Carliolen:

Acta habita et facta

in negotio Confirmationis electionis de persona venerabilis viri Henrici Robinson sacre theologie professoris in Episcopum et Pastorem ecclesie Cathedralis sancte et individue Trinitatis Carliolen. per Decanum et Capitulum eiusdem ecclesie Cathedralis electi, die Sabbati vicesimo secundo viz. die mensis Julij Anno Domini Millesimo quingentesimo nonagesimo octavo, Regnique Serenissime in Christo principis et domine nostre domine Elizabethe Dei gratia Anglie Ffrancie et Hibernie Regine fidei defensoris etc. Quadragesimo, in ecclesia parochiali beate Marie virginis de Arcubus London ecclesie Christi Cant. Jurisdictionis immediate, coram venerabili viro Edwardo Stanhope legum doctore Reverendissimi in Christo patris et domini domini Matthei providentia divina Eboracen. Archiepiscopi Anglie Primatis et Metropolitani Commissario in hac parte inter alios con.li et di.li specialiter et legitime constituto, in presentia mei Thome Redman notarij publici etc. assumpti etc.

Dictis die et loco inter horas secundam

Actus super Confirmacione

et quartam post meridiem eiusdem diei, presentatis coram prefato venerabili viro Edwardo Stanhope legum doctore Commissario etc. iudicialiter et pro Tribunali sedente literis patentibus regijs magno Sigillo Anglie sigillatis, memorato Reverendissimo patri instructis et directis, necnon alia per Reverendissimum patrem dominum Johannem Archiepiscopum Cantuarien. totius Anglie Primatem et Metropolitanum pro Confirmatione Electionis predicti venerabilis viri Henrici Robinson sacre theologie professoris in Episcopum et Pastorem Carliolen. infra Provinciam Cant. concessa, ac literis Commissionalibus dicti Reverendissimi patris Ebor. Archiepiscopi eidem magistro Edwardo Stanhope et alijs con.li et di.li in hac parte factis, ac per me prefatum Thomam Redman notarium publicum etc. auditum de mandato dicti magistri Stanhope publice lectis, idem magister Edwardus Stanhope ob honorem et reverentiam prenominate Illustrissime domine nostre Regine et memorati Reverendissimi patris acceptavit in se onus executionis dictarum literarum patentium et Commissionalium et decrevit procedendum fore iuxta tenorem vim formam et effectum earundem, Deinde comparuit personaliter magister Galfridus Clerke notarius publicus alter Curie Cant. de Arcubus London procuratorum generalium unus et exhibuit procuratorium suum literatorie pro venerabilibus viris Decano et Capitulo ecclesie Cathedralis sancte et individue Trinitatis Carliolen. et fecit se partem pro eisdem, ac nomine procuratorio eorundem Decani et Capituli presentavit eidem magistro Edwardo Stanhope dictum venerabilem virum Henricum Robinson sacre theologie professorem in Episcopum et Pastorem dicte ecclesie Cathedralis Carliolen. electum, Et tunc idem magister Galfridus Clerke procurator Decani et Capituli predict. exhibuit mandatum originale citatorium contra oppositores in huiusmodi negotio emanatum una cum Certificatorio in dorso super executione eiusdem et petijt omnes et singulos oppositores huiusmodi preconizari, Quibus tunc et ibidem trina vice publice preconizatis et nullo modo comparentibus etc. Prefatus magister Galfridus Clerke procurator antedictus accusavit contumacias eorum omnium et singulorum sic (ut premittitur) ad hos diem horam et locum citatorum et intimatorum etc. ac modo predicto preconizatorum diuque et sufficienter expectatorum et nullo modo comparentium nec aliquid in hac parte dicere excipere vel opponere curantium et petijt eos omnes et singulos reputari contumaces, Ad cuius petitionem prefatus magister Edwardus Stanhope pronunciavit eos omnes et singulos sic citatos intimatos preconizatosque et nullo modo comparentes, nec aliquid in hac parte dicere, excipere vel opponere curantes contumaces, et in penam contumaciarum suarum huiusmodi viam ulterius opponendi contra dictam electionem, formam eiusdem aut personam in hac parte electi eis et eorum cuilibet preclusit, necnon ad ulteriora in dicto Confirmationis negotio procedendum fore decrevit eorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante, prout in schedula per eum lecta plenius continetur. Quibus sic gestis prefatus magister Galfridus Clerke procurator antedictus in penam contumaciarum eorundem citatorum et non comparentium dedit summariam petitionem in scriptis quam petijt admitti etc. qua quidem summaria petitione per me prefatum Thomam Redman de mandato dicti magistri Stanhope publice

lecta

perlecta idem magister Edwardus Stanhope admisit dictam summariam petitionem quatenus de iure sit admittenda et decrevit procedendum fore summarie et de plano &c et assignavit eidem magistro Galfrido Clerke ad probandum contenta in eadem summaria petitione ad statim, Deinde dictus magister Galfridus Clerke procurator antedictus in subsidium probationis contentorum in dicta summaria petitione exhibuit litteras patentes regias de assensu suo regio superius mentionatas magno Sigillo Anglie sigillatas per quas apparuit memoratos Decanum et Capitulum ecclesie Cathedralis sancte et individue Trinitatis Carliolen predict prefatum venerabilem virum Henricum Robinson in eorum et dicte ecclesie Cathedralis Episcopum et pastorem elegisse, regiamque maiestatem eidem electioni assensum suum regium adhibuisse ac etiam exhibuit schedulam consensus prefati domini electi eidem electioni adhibiti, et allegavit omnia et singula contenta in dictis respective exhibitis fuisse et esse vera, atque habita et gesta prout in eisdem continetur, petendo terminum sibi assignari ad audiendum sententiam sive finale decretum in hac causa, Ad cuius petitionem prenominatus magister Edwardus Stanhope assignavit ad audiendum sententiam ad statim, Consequenter vero facta alia trina preconizatione omnium et singulorum oppositorum huiusmodi sic ut prefertur citatorum et nullo modo comparentium nec aliquid in hac parte opponere curantium, Dictus magister Edwardus Stanhope ad petitionem sepefati magistri Galfridi Clerke accusantis contumacias &c pronunciavit eos et eorum quemlibet contumaces et in penam contumaciarum suarum huiusmodi ad petitionem eiusdem magistri Galfridi Clerke decrevit procedendum fore ad prolationem Sententie diffinitive in huiusmodi causa sive negotio confirmationis eorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante, prout in alia schedula per eundem magistrum Edwardum Stanhope lecta continetur. Hijs expeditis, prestitoque iuramento per prefatum venerabilem virum Henricum Robinson dominum electum, ad sancta dei Evangelia per eum corporaliter tacta et deosculata de fidelitate obedientia et subiectione dicte serenissime domine nostre Regine, eiusque heredibus et successoribus prestando ac de renuntiando cuidam forinsece potestati &c iuxta formam Statuti in ea parte editi et provisi, necnon de canonica obedientia dicto Reverendissimo patri Eboracen Archiepiscopo et successoribus suis &c prenominatus magister Edwardus Stanhope ad petitionem predicti magistri Galfridi Clerke legit tulit et promulgavit Sententiam diffinitivam sive finale decretum in dicto confirmationis negotio in scriptis conceptam pronunciando, decernendo, declarando, confirmando ceteraque faciendo prout in eadem continetur, Super quibus omnibus et singulis tam dictus dominus electus Carliolen quam prefatus magister Galfridus Clerke procurator Decani et Capituli predict me notarium publicum antedictum sibi unum vel plura publicum seu publica Instrumentum sive Instrumenta conficere ac testes inferius nominatos testimonium inde perhibere instanter respective rogaverunt et requisiverunt, Deinde predictus magister Edwardus Stanhope ad petitionem tam dicti domini electi quam memorati magistri Galfridi Clerke procuratoris Decani et Capituli Carliolen predict decrevit eis litteras testimoniales super omnibus et singulis premissis sub modo et forma supra specificatis gestis et expeditis fieri et liberari, Presentibus tunc et ibidem venerabilibus viris Johanne Amys, Thoma Edwards et Evano Morris legum respective doctoribus, Barnardo Robinson et Egidio Robinson sacre theologie Baccalaureis, Johanne Coston, Alexandro Serle, Richardo Stubbs Johanne Cambe et Johanne Drake notarijs publicis et multis alijs testibus &c

Tenores vero tam litterarum patentium regie Maiestatis quam etiam totius processus in dicto confirmationis negotio habiti et facti et superius mentionati sequuntur et sunt tales videlicet.

Litere patentes regie Maiestatis.

Elizabeth Dei gratia Anglie Francie et Hibernie Regina fidei Defensor &c Reverendissimo in Christo patri ac predilecto et fideli nostro Domino Matheo Eboracen Archiepiscopo Anglie Primati et Metropolitano et alijs quibuscumque Episcopis ~~quorum~~ quorum in hac parte intererit Salutem. Cum vacante nuper sede Episcopali Carliolen per mortem ultimi Episcopi ibidem, ad humilem petitionem Decani et Capituli ecclesie Cathedralis Carliolen per litteras nostras patentes licentiam illis concesserimus alium sibi eligendi in Episcopum et pastorem sedis predict, Idem Decanus et Capitulum virtute et obtentu licentie nre predict Dilectum nobis in xpo magistrum Henricum Robinson sacre theologie doctorem sibi et ecclie predict elegerunt in Epum et pastorem prout per Lras suas Sigillo communi sigillat nobis inde direct certificatos Datum vicesimo septimo die May Anno Dni Millimo quingenmo nonagesimo octavo, ac Regni nri quadragesimo, plenius liquet et apparet, Nos Electionem illam acceptand eidem electioni regium nrum assensum adhibuimus pariter et favorem, Et hoc vobis tenore presentium significamus, Rogantes ac in fide et dilectione quibus nobis tenemini firmiter precipientes et mandantes, quatenus vos aut ad minus tres vrum eundem Henricum Robinson in Epum et Pastorem eccle Cathris Carliolen sic ut prefertur electum, electionemque illam confirmare ipsumque Henricum Robinson Epum et Pastorem ecclie predict consecrare, Ceteraque omnia et singula facere ac peragere que vro in hac parte incumbunt Officio pastorali iuxta formam Statutorum in ea parte edit et provis velitis cum effectu. In Cuius rei Testimonium has Lras nras fieri fecimus patentes, Teste me ipsa apud Westm Secundo die July Anno Regni nri quadragesimo. per Breve de privato Sigillo,

Egerton.

Lra ad confirman electionem infra Provinciam Can

Johannes divina providentia Cantuarien Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus, **Reverendissimo** in xpo patri ac venerabili confratri nro Dno Matheo eadem providentia Eboracen Archiepo Anglie Primati et Metropolitano Saltm et fraternam in Domino Charitatem. **Cum** vacante nuper sede Epali Carliolen per mortem nalem Johis Mey ultimi Epi et Pastoris eiusdem, Decanus et Capitulum ecclie Cathris Carliolen predict (lra regia primo in ea parte petita et obtenta) venlem virum Henricum Robinson sacre theologie professorem in eorum et dicte ecclesie Cathris Epum et Pastorem elegerunt, Cumque etiam Illustrissima in xpo princeps et dna nra dna Elizabetha Dei gra Anglie Francie et Hibernie Regina fidei Defensor electioni de persona dict Henrici Robinson in ea parte habit et celebrate consensum et assensum suos regios gratiose adhibuerit pariter et favorem, vreque Reverendissime paternitati pre[illegible] per Lras suas patentes magno Sigillo Anglie sigillat vobis in ea parte directas significaverit, rogando et eidem Reverendissime paternitati vre firmiter precipiendo mandand, quatenus dictum nrum Henricum Robinson, sic (ut prefertur) in Epum et Pastorem eccle Cathris Carliolen predict electum, electionemque predict confirmare ac ipsum Epum Carliolen consecrare velitis, Cumque (ut informamur) eadem Reverendissima paternitas vra pro maturiori et celeriori expeditione dict Confirmationis et consecrationis negotij eandem electionem confirmare, et eundem electum consecrare in aliquo loco convenienti infra Provinciam nram Cantuarien intendit, ac licentiam nram in ea parte fieri desiderat **Nos** igitur petitioni vre in hac parte favorabiliter inclinati ac grat consuetudin assensu, in Juris Subsidium ac sub mutue vicissitudinis obtentu, Licentiam nram specialem ad cognoscend et procedend in dicto Confirmationis negotio cum suis incidentibus dependen annexis et connexis quibuscumque, et eundem Electum consecrand et benedicend (adhibitis quibuscumque Episcopis etiam nre Provincie, (si opus fuerit) ac aliis de more et ritu ecclie Anglicane in hac parte adhibendis) in quacumque ecclia, Capella sive loco congruo et convenien ad vrum arbitrium eligend infra Provinciam nram Cantuarien ubilibet constitut, ac quibuscumque diebus congruis et convenien arbitrio vro seu Commissariorum vrorum in hac parte limitandis et assignand, vre reverendissime paternitati ac Commissario sive Commissariis vris in hac parte quibuscumque, pro hac vice, quantum in nobis est, et Jura regni patiuntur concedimus et elargimur per presentes, Juribus nris Archiepatibus Cant et ecclie nre Cathris et Metropolitice xpi Cant predict dignitatibus et honoribus in omnibus semper salvis. **In cuius** rei Testimonium Sigillum quo in hac parte utimur presentibus apponi fecimus, **Datum** Tertio die mensis July Anno Domini Millesimo quingentesimo nonagesimo octavo, Et nre Translationis Anno decimo quinto.

Comissio ad confirmand dcam electionem.

Matthéus providentia divina Ebor Archiepus Anglie Primas et Metropolitanus
Dilectis nobis in Xpo venerabilibus viris magris Edwarde Stanhoppe, Johanni Gibson, Johanni
Hont et Willmo fferrand legum respective doctoribus, Salutem et gratiam. Cum Lras paten
Illustrissime in Xpo principis et dne nre dne Elizabethe Dei gra Anglie ffrancie
et Hibernie Regine fidei Defensor &c Sigillo suo magno Regni sui Anglie sigillat
geren datum apud Westm secundo die Julii Anno Regni sui felicissimi, quadrige-
simo tercio nobis: Cumque (inter alia) in eisdem nobis est preceptum ut electionem de
persona venerandi viri, magri Henrici Robinson sacre theologie professoris in
Epum et Pastorem eccle Cathis Carliolen nre Ebor Provincie factam confir-
maremus: Cumque Revmus pater confrater nr Dnus Johannes eadem providentia
dia Cantuarien Archiepus, Licentiam suam in scriptis impartiverit ac liber-
tatem et licentiam nobis concesserit prenoiatum venerend virum in Epum et
pastorem dicte eccle Cathis Carliolen predict ubicunque infra Provinciam
suam Cantuarien, per nos nrumve Surrogat sive Comissarium confirmandi.
Nos cum reverentia et celeritate debitis volentes mandato regio in ea parte (prout decet
et tenemur) humillime satisfacere, Ad examinand igitur discutiend approband
et confirmand dcam electionem de persona dci venerandi viri mri Henrici
Robinson sacre theologie professoris ad Epatum Carliolen predict factam et
celebratam, ipsamque electionem et psonam sic electam secundum Jura et Statu-
torum hujus regni Anglie exigentiam ac juxta tenorem formam et effectum
mandati Regii (prefate nobis in ea parte ut premittitur) facti et directi, (quate-
nus eandem electionem, rite et ltime factam et celebratam fuisse et esse, vobis
con' et div' constiterit) rite et ltime approband et comproband, defectusque
(si qui forsan in ea parte intervenerint) rite et ltime supplend, Ceteraque
omnia et singula que in hac parte necessaria fuerint seu quomodolibet
opportuna cum quorumque loco sacre ubi magis vobis videbitur expedire
etiam infra Provinciam Cant' predict faciend exercend exequend et
expediend vobis con' et div' vices nras comittimus ac plenam in Domino tenore
presentium concedimus potestatem Juribus nris Archiepalibus Ebor ceterisque
emolumentis nobis et Officiariis ac ministris nris in hac parte competentibus
semper salvis et reservatis. In cujus rei testimonium Sigillum nrum Archiepale
presentibus apponi fecimus, Dat in Manerio prope muros Civitatis Ebor
Octavo die mensis Julii Anno Dni millimo quingentesimo nonagesimo octavo, Et
nre Trans Anno quarto.

Procuratorium Captli Carliolen.

Pateat universis per putes, Qd nos Decanus et Capitulum eccle Cathis
sancte et individue Trinitatis Carliolen. Dilectum nobis in Xpo Galfridum Clerke
notarium publicum et actorum nrorum scribam nrum verum ltimum ac indubitatum
ordinamus facimus et constituimus procuratorem actuarium sive actorum nrorum
scribam ac negotiorum nrorum gestorem et ad infrascripta nuntium spialem per
putes, Damusque et concedimus eidem procuratori, actuario sive actorum nrorum
scribe potestatem generalem et mandatum spiale et tam generale qm spiale
pro nobis et nominibus nris coram quibuscunque in hac parte potestatem seu
auctoritatem habentibus comparendi, absentiamque nram quoad personalem comparitionem
excusandi ac cam seu causas absentie nre hujusmodi allegandi proponendi et probandi et super eisdem
si opus fuerit in animam nram jurandi, ac Lras electionis per nos in Domo Capitulari nra
de et super electione venerabilis viri mri Henrici Robinson sacre theologie
Doctoris in Pastorem et Epum nrum Carliolen fcas virtute Lrarum patent
a dna nra Regina Elizabetha nobis directas presentand et exhibend ipsasque secundum
formam in ea parte hactenus usitatam admitti petend et obtinend, necnon alia necessa-
ria scripta quecunque scribend et registrand, Et generaliter omnia alia et singula
faciend exercend et expediend que in premissis et circa ea necessaria fuerint
seu quomodolibet opportuna etiam si mandatum de se magis exigant spiale quam ~~fuerit~~
presentibus est expressum et que nos in premissis faceremus seu facere possemus si
presentes personaliter interessemus, Promittimusque nos ratum gratum et firmum ppetuo
habitur totum et quicquid procurator sive actuarius nr fecerit in premissis per putes.

In cujus

In cuius rei testimonium Sigillum nrum commune presentibus est appensum, **Dat** in domo Capitulari nra die Sabbati viz vicesimo septimo die mensis May Anno Domini Millesimo quingentesimo nonagesimo octavo.

Citaco con oppositores

Mattheus providentia divina Ebor Archiepus Anglie Primas et Metropolitanus dilectis Universis et singulis Clericis et literatis quibuscunque per totam Provinciam Cant ubilibet constitutis et presertim Johanni Clerke literato apparitori nro in hac parte specialiter constituto Salutem. Cum vacante nuper sede Episcopali Carliolen per mortem naturalem Reverendi patris Johannis Maye ultimi Episcopi et pastoris eiusdem Decanus et Capitulum ecclie Cathis Carliolensis pro electione novi futuri Episcopi ibm (licencia regia primo in ea parte petita et obtenta) celebranda certum terminum prefixerint et assignaverint atque in electionis huiusmodi negotio rite et lime procedentes Reverendum virum mrum Henricum Robinson sacre theologie professorem in eorum et dicte ecclie Cathis Carliolen Epum et Pastorem elegerint, Cumque Serenissima in Xpo princeps et dna nra dna Elizabetha Dei gra Anglie Francie et Hibernie Regina fidei Defensor &c ad humilem peticonem eorundem Decani et Capituli eidem electioni de persona prefati Rev viri mri Henrici Robinson sacre theologie professoris fact et celebrat regium suum adhibuerit assensum pariter et favorem prout per lras suas patentes regias sub magno Sigillo Anglie sigillat nobis certificavit, Mandando quatenus nos Electionem pdcam ac personam electam confirmare iuxta tenorem Statuti in ea parte edit et provis velimus cum omni celeritate comoda, prout per easdem Lras patentes regias Dat apud Westm secundo die July Anno Regni sui Quadragesimo. Nos vero volentes Serenissime dne nre Regine antedct mandatis pro officij nri debito parere, ac in huiusmodi confirmationis negotio iuxta iuris et Statutorum huius Regni Anglie exigentiam procedere. Cum Reverendissimus confrater noster Johannes providentia diva Cant Archiepus, licenciam suam in scriptis nuper prout ac libertatem nobis concesserit prefatum Reverendum virum in Epum et pastorem Cathis eccle Carliolen predict ubicumque infra Provinciam Cant per nos nominand sive confirmand, omnes et singulos (si qui sint) qui contra dcam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam dicere excipere et opponere voluerint ad diem hor et locum ad effectum subscriptum evocand et citand fore decrevimus (iusticia mediante) Vobis igitur coniunctim et divisim committimus et firmiter iniungendo mandamus quatenus citetis seu citari faciatis peremptorie publice alta et intelligibili voce infra ecclesiam parochialem beate Marie virginis de Arcubus London infra Civitatem London Cant Provincie situat, necnon per affixionem pntium in aliquo loco convenienti infra eandem, vel in alijs locis publicis, ubi videbitur expediens, omnes et singulos oppositores (si qui sint) in specie, alioquin in genere, qui contra dcam electionem, formam eiusdem aut psonam in hac parte electam dicere excipere vel opponere voluerint, Quod compareant et eorum quilibet compareat coram nobis aut vicario nro in spualibus generali et Officiali principali vel alio nro Commissario quocumque in dca eccla parochiali beate Marie virginis de Arcubus London die Sabbati viz vicesimo secundo die mensis instantis July inter horas secundam et quartam post meridiem eiusdem diei cum continuacione et prorogatione dierum et locorum extunc sequen (si oporteat) in ea parte faciend, contra dictam electionem, formam eiusdem aut personam electam (si sua putaverint interesse) in debita iuris forma dictur et oppositur, ulteriusque facturi et recepturi quod iustum fuerit in hac parte et dicti negotij qualitas et natura de se exigunt et requirunt Intimantes preterea modo et forma predictis predictis omnibus et singulis oppositoribus (si qui sint) in specie alioquin in genere, Quod sive ipsi sic citati dictis die horis et loco coram nobis aut vicario nro vel alio Commissario antedicto comparuerint et contra dictam electionem formam eiusdem aut personam electam huiusmodi dicere excipere vel opponere voluerint, sive non, Nos nihilominus aut vicarius nr vel Commissarius antedictus in dicto confirmationis negotio iuxta Iuris et Statutorum huius regni Anglie exigentiam procedemus et procedet et procedere intendimus et intendit, sic citatorum et non comparentium absentijs sive contumacijs in aliquo non obstan, Et quid in premissis feceritis nos aut vicarium nrum in spualibus generalem et Officialem principalem vel alium nrum Commissarium antedictum die hora et loco antedictis debite certificetis, seu ille vestrum certificet qui hoc nrum mandatum fuerit executus personaliter vel lris autenticis una cum pntibus, **Dat** in Manerio prope muros Civitatis Ebor sub sigillo nro quo in hac parte utimur Octavo die mensis July Anno Domini Millesimo quingentesimo nonagesimo octavo. Et nre Trans Anno quarto.

Certm Citacois predict

Reverendissimo in Xpo patri et dno dno Mattheo providen diva Eboracen Archiepo Anglie Primati et Metropolitano vestro Commissario in hac parte specialiter deputato cuicumque: Vester humilis et devotus Johannes Clerke literatus vester ad infrascripta mandatarius specialiter et lime constitutus omnimodas reverentiam obedientiam et subiectionem tanto Reverendissimo patri debit et condignum cum honore.

Mandatum vestrum Reverendissimum retroscriptum nuper cum ea qua decuit reverentia humiliter recepi exequendum, Cuius vigore pariter et auctoritate omnes et singulos oppositores (si qui sint) tam in specie quam in genere qui contra retronominatam electionem, formam eiusdem aut personam electam dicere excipere vel opponere voluerint per affixionem mandati vestri Reverendissimi retroscripti in valvis exterioribus ecclesie parochialis beate Marie virginis de Arcubus London retroscript. et ibidem aliquamdiu dimissi, die Mercurii decimo nono viz. die mensis instantis ~~[illegible]~~ Julii Anno Domini Millesimo quingentesimo nonagesimo octavo iam currente peremptorie citavi Quod compareant et eorum quilibet compareat coram vobis die hora et loco in mandato vestro Reverendissimo huiusmodi contentis et specificatis, contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam huiusmodi (si sua putaverint interesse) in debita iuris forma dicturi excepturi et opposituri ulteriusque facturi et recepturi quod tenor et effectus istius vestri mandati Reverendissimi retroscripti de se exigunt et requirunt, Et preterea die et loco predictis eisdem oppositoribus omnibus et singulis sic (ut prefertur) citatis intimavi, quod sive ipsi dictis die hora et loco comparere curaverint, et que imperata sunt fecerint sive non; vos nihilominus aut Commissarii vestri vel eorum aliquis in eodem confirmationis negotio iuxta Iuris et Statutorum huius regni Anglie exigentiam procedetis ac iustitiam ministrabitis seu sic procedet et ministrabit Commissarius vester huiusmodi ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante. Et sic ego Mandatarius vester antedictus mandatum vestrum Reverendissimum retroscriptum huiusmodi quantum in me fuit debite et diligenter sum executus. In Cuius rei Testimonium Sigillum venerabilis viri Domini Arthuri Essex presentibus apponi procuravi, Et nos Arthurus antedictus ad specialem rogatum dicti Certificantis Sigillum nostrum huiusmodi presentibus apponi fecimus, Dat. vicesimo die mensis Julii Anno Domini Millesimo quingentesimo nonagesimo octavo.

Prima Schedula

In dei nomine Amen. Nos Edwardus Stanhope legum doctor Reverendissimi in Christo patris et domini domini Matthei providentia divina Eboracensis Archiepiscopi Anglie Primatis et Metropolitani Commissarius inter alios ad infrascripta conjunctim et divisim specialiter et legitime constitutus in negotio confirmationis electionis de persona venerabilis viri Henrici Robinson sacre theologie professoris in Episcopum et Pastorem ecclesie Cathedralis sancte et individue Trinitatis Carliolensis electi, facte et celebrate, rite et legitime procedentes Omnes et singulos oppositores (si qui sint) qui contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam dicere excipere vel opponere voluerint ad comparendum coram nobis istis die hora et loco (si sua putaverint interesse) contra dictam electionem, formam eiusdem aut personam in hac parte electam in debita iuris forma dicturi excepturi vel opposituri, alias legitime et peremptorie citatos, sepiusque publice preconizatos diuque et sufficienter expectatos et nullo modo comparentes, ad petitionem partis Decani et Capituli ecclesie Cathedralis sancte et individue Trinitatis Carliolensis predicte pronunciamus contumaces, ipsisque et eorum cuilibet, in penam contumaciarum suarum huiusmodi, viam ulterius opponendi contra dictam electionem formam eiusdem et personam electam precludimus in hiis scriptis ac etiam decernimus ad ulteriora in dicto confirmationis negotio procedendum fore iuxta Iuris et Statutorum huius regni Anglie exigentiam, ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante.

Lecta fuit huiusmodi schedula per prefatum magistrum Edwardum Stanhope legum doctorem die hora et loco in actu mentionatis.

Summaria petitio.

In dei nomine Amen. Coram vobis Reverendissimo in Christo patre et domino domino Mattheo providentia divina Eboracensi Archiepiscopo Anglie Primate et Metropolitano ad infrascripta authoritate Parliamenti huius inclyti Regni Anglie mediantibus literis Commissionalibus patentibus Illustrissime nostre in Christo principis et domine nostre domine Elizabethe Dei gratia Anglie Francie et Hibernie Regine fidei Defensoris sufficienter et legitime fulcito, vestrove vicario in spiritualibus generali et Officiali principali legitime constituto aut vestris Commissariis quibuscumque in hac parte specialiter deputatis eorumve altero quorumque, Pars venerabilium virorum Decani et Capituli ecclesie Cathedralis sancte et individue Trinitatis Carliolensis dicit allegat et in hiis scriptis ad omnem Iuris effectum exinde sequi valentem per viam summarie petitionis in iure proponit articulatim prout sequitur.

1 **Inprimis** videlicet Quod Sedes episcopalis Carliolensis per obitum bone memorie Domini Johannis Mey ultimi et immediati Episcopi ibidem nuper vacare cepit et aliquamdiu vacavit pastorisque solatio destituta extitit et existit in presenti, hocque fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum, Et ponit conjunctim et divisim ac de quolibet.

2 **Item** Quod dicta Sede episcopali Carliolensi dudum (ut prefertur) vacante Decanus et Capitulum ecclesie Cathedralis predicte capitulariter congregati et Capitulum facientes

tia

lra regia primo in ea parte petita et obtenta) certum diem ac domum suam Capitularem ecclie Cathis predict ad electionem novi et futuri Episcopi Carlielen celebrand unanimiter et concorditer prefixerunt ac omnes et singulos eiusdem ecclie Cathis Canonicos et Prebendarios suos vocem et interesse in eadem electione habentes seu habere pretendentes ad diem et locum predict in huiusmodi electionis negotio processur et procedi, visur ltime et peremptorie citari fecerunt, Horq fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum. Et po ut supra

3 Item Quod prefati Decanus et Capitulum die et loco prefixis viz die Sabbati vicesimo septimo die mensis May Anno Domini Millesimo quingentesimo nonagesimo octavo iam circiter capitulariter congregati et Capitulum facientes (servatis primitus per eos de Jure et Statutis huius inclite regni Anglie in ea parte servandis) habitoq per eos tractatu diligenti de persona idonea eligend in Epum et Pastorem ecclie Cathis Carlielen predict, tandem unanimiter et concorditer, nullo eorum contradicen vel reclaman, venerabilem virum Henricum Robinson sacre theologie professorem in eorum et dicte ecclie Cathis Epum et pastorem elegerunt et ecclie memorate de eodem providerunt. Et ponit ut supra.

4 Item Quod electio huiusmodi et persona electa die predicto in ecclia Cathi sancte et individue Trinitatis Carliolen predict coram Clero et populo tunc et ibm in numero copioso congregat debite publicat et declarate fuerunt. Et ponit ut supra.

5 Item Quod dictus Electus, huiusmodi electioni de persona sua in Epum et Pastorem ecclie Cathis sancte et individue Trinitatis Carliolen predict (ut prefertur) fact et celebrate, ad humilem peticonem partis eorundem Decani et Capituli debitis loco et tempore consentiebat et consensum suum eidem prebuit in scriptis per eum lectis. Et ponit ut supra.

6 Item Quod dictus venerabilis vir Henricus Robinson fuit et est vir providus et discretus eminenti scientia vita et moribus merito commendatus, liber et de ltimo matrimonio procreatus, atq in etate ltima, et ordine sacerdotali constitutus, necnon Deo devotus et ecclie memorate apprime necessarius. Horq fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum. Et ponit ut supra.

7 Item Quod prefati Decanus et Capitulum huiusmodi electionem et personam electam Serenissime dne nre Elizabethe Regine, per lras suas patentes Sigillo eorum communi roboratas pro officio suo debito, iuxta formam Statuti huius Regni Anglie in ea parte editi et provisi significarunt et intimarunt. Et ponit ut supra.

8 Item Quod presentato ex parte dictorum Decani et Capituli eidem Regie sublimitati processu electionis huiusmodi, eadem Serenissima dna nra Regina, pro sua clementia regia, electioni huiusmodi de persona prenominati venerabilis viri Henrici Robinson (ut prefertur) facte et celebrate, consensum et assensum suos regios graciose adhibuit, illamq ratam et gratam habuit et habet, Horq fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum. Et ponit ut supra.

9 Item Quod dicta Serenissima dna nra Regina vobis prefato Reverendissimo patri de assensu et consensu suis regiis, huiusmodi electioni (ut prefertur) adhibitis per lras suas patentes vobis inscriptas et directas, non solum significavit verumetiam earundem literarum suarum patentium serie vobis rogando mandavit, quatenus vos electionem predictam et personam elect huiusmodi confirmare, ceteraq peragere que vestro in hac parte incumbunt officio pastorali iuxta formam statuti in ea parte editi et lrarum patentium huiusmodi velitis cum favore. Horq fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum. Et ponit ut supra

10 Item Quod premissa omnia et singula fuerunt et sunt vera publica notoria manifesta
pariter et famosa, Atque de et super eisdem laborarunt et in presenti laborant publica vox
et fama; unde fca fide de Iure in hac parte requisita, ad quam faciend offert se pars dictorum
Decani et Capituli prompt et parat pro loco et tempore congruis et opportunis, petitque
eadem pars prefatam electionem et personam electam confirmand fore decerni et
cum effectu confirmari iuxta Iuris et Statutorum huius regni Anglie exigentiam
necnon literarum regiarum patentium huiusmodi vobis directarum in hac parte seriem,
Curamque regimen et administrationem spiritualium Epatus Carliolen predict eidem
electo committi, Ipsumque in realem actualem et corporalem possessionem dicti Epatus
Carliolen iuriumque honorum dignitatum preeminentiarum et pertinentium suorum
universorum inducend installand et inthronizand fore decerni ulteriusque fieri
statui et decerni in premissis et ea concernen quibuscumque quod iuris fuerit ~~et~~
et rationis, ac Statutis huius inclite Regni Anglie consonum, supplendo defectus
quoscumque in hac parte intervenientes; Que proponit et fieri petit pars ista
proponens coniunctim et divisim non artans se ad omnia et singula premissa probanda
nec ad onus superflue probationis de quo protestatur, Sed quatenus probaverit
in premissis, eatenus obtineat in petitis, Iuris beneficio in omnibus semper
salvo, vestrum Officium Dne Iudex audit humiliter implorando.

Schedula consensus Domini Electi

In dei nomine Amen, Ego Henricus Robinson sacre theologie professor in
Episcopum et pastorem eccliae Cathis sancte et individue Trinitatis Carliolen rite et
legitime nominatus et electus, ad consentiend huiusmodi electioni de me et persona mea in hac
parte facte et celebrate, ex parte et per partem venerabilium virorum Decani et Capli
eiusdem eccliae Cathis instanter rogatus et requisitus, Dei omnipotentis clementia
fretus, electioni huiusmodi de me et persona mea sic (ut prefertur) facte et celebrate,
ad honorem Dei omnipotentis patris, filij et spiritus sancti consentio, eidemque
consensum et assensum meos, semel atque iterum rogatus et interpella
tus prebeo in hijs scriptis. / Ita est Henricus Robinson electus Carliolensis.

Die Veneris vicesimo primo viz die mensis Julij Anno Domini Millimo
quingentesimo nonagesimo octavo, Regnique Illustrissime in xpo principis et dne
nre dne Elizabethe Dei gra Anglie ffrancie et Hibernie Regine fidei Defen
sor etc Quadragesimo in edibus cuiusdam Ascanij Rencalme Bibliopole infra
parochiam sancte Anne in Le Blackfriers London notorie situat Coram prenomi
nato venerabili viro Henrico Robinson, in meique Johannis Drake notarij publici ac
testium inferius nominatorum presentijs, Constitutus psonaliter discretus vir mr
Galfridus Clerke notarius publicus alterque curie Cant de Archubus London pro-
curatorum generalium unus, quoddam procuratorium sigillo commun (ut apparuit)
Decani et Capituli eccliae Cathis sancte et individue Trinitatis Carliolen pendent
sub cera rubea sigillatum, ei specialiter fact, exhibuit, et fecit se partem pro eisdem
Decano et Capitulo, ac nomine procurio eorundem Decani et Capituli, prefato venli
viro Henrico Robinson sacre theologie professori tunc et ibm psonaliter presenti
(cum ea qua decuit reverentia) significavit et intimavit, Dictos Decanum et
Capitulum Dnos suos, eundem venerabilem virum Henricum Robinson in eorum
et dicte eccliae Cathis Carliolen Epum et Pastorem elegisse, eundemque dnum
Dnum Electum instanter instantius et instantissime, quatenus eidem electioni
de ipso et eius persona (ut premittitur) facte et celebrate consentire ac
consensum et assensum suos eidem prebere dignaretur, rogavit et requisivit
Qui quidem venerabilis vir Electus Carliolen Epus auditis sic requisitus
et interpellatus, primo et ante omnia gratias agens dicte Serenissime dne
nre Regine, que ipsum licet indignum (ut asseruit) dictis Decano et Capitulo

commendare

Comendare dignata est, Deinde eisdem Decano et Capitulo, qui eum tam gratis animis elegerunt, licet se tanto munere indignum indicaret, Tamen ne ipse divine voluntati, et dicte dne nre Regine beneplacito minime obtemperare videretur, Deum precatus est ut suo sancto spiritu et gratia speciali sibi in omnibus adesse velit, ad illustrandam nominis sui gloriam, et ecclie utilitatem procurandam, et tunc superabundanti electioni pdict de ipso et eius persona (ut premittitur) facte et celebrate, et per eum als acceptate, consentiebat in scriptis per eum lectis, Super quibus omnibus et singulis tam dictus dnus electus, quam dictus magr Galfridus Clerke procurator dictorum Decani et Capituli me notarium publicum subscriptum sibi et omnibus alijs in hac parte interesse habentibus seu habituris, unum vel plura publicum seu publica Instrumentum seu instrumenta conficere testesque inferius nominatos testimonium inde perhibere instanter et specialiter rogarunt et requisiverunt, Presentibus tunc et ibm venerabili viro Thoma Edwards legum doctore, Barnardo Robinson sacre theologie Baccho, Richo Williams Armigero prenominato Astanio Vendalme et Georgio Cole clerico testibus &c. / Lme Jo: Drake, notarium publicum audtum.

In dei nomine Amen, Nos Edwardus Stanhope legum doctor, Reverendissimi in xpo pris et dni dni Matthei providen dia Eboracen Archiepi Anglie Primatis et Metropolitani Commissarius inter alios ad infrascripta coniunctim et divisim specialiter et ltime constitutus, in negotio confirmationis electionis de persona venerabilis viri Henrici Robinson sacre theologie professoris in Epum et Pastorem ecclie Cathedralis sancte et individue Trinitatis Carliolen electi, facte et celebrate, rite et ltime procedentes, Omnes et singulos oppositores (si qui sint) qui contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam in hac parte electam dicere excipere, vel opponere voluerint, ad comparendum coram nobis istis die hora et loco (si sua putaverint interesse) contra dictam electionem, formam eiusdem aut personam in hac parte electam in debita Juris forma dicturi excepturi vel oppositur als ltime et peremptorie citatos sepius publice preconizatos diuque et sufficienter expectatos et nullo modo comparentes nec contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electum huiusmoi aliquid dicentes, excipientes vel opponentes ad peticoem partis Decani et Capituli ecclesie Cathris sancte et individue Trinitatis Carliolen predict pronunciamus contumaces et in penam contumaciarum suarum huiusmoi decernimus procedendum fore ad prolationem Sententie nre diffinitive, sive nri finalis Decreti in huiusmoi negotio ferend, ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante.

Lect per dictum venerabilem virum Edwardum Stanhope legum doctorem Commissarium &c die hora et loco in actu mentionatis &c

Secunda schedula

I Henrie Robinson doctor of Divinitie elected Bisshopp of the Episcopall Sea of Carlile doe utterlie testifie and declare in my conscience, That the Queenes highnes is the onlie supreame Governor of this Realme and of all other her highnes dominions and countries aswell in all spirituall or ecclesiasticall thinges or causes as temporall, And that noe forraine Prince person prelate State or Potentate hath or ought to have anie Jurisdiction power superioritie preheminence or authoritie ecclesiasticall or spirituall within this Realme, And therefore I doe utterlie renounce and forsake all all forraine Jurisdictions, powers superiorities and authorities and doe promise that from hencforth I shall beare faith and true allegiance to the Queenes highnes her heires and lawfull successors and to my power shall assist and defend all Jurisdictions privileges preheminences and authorities graunted or belonginge to the Queenes highnes her heires and lawfull successors or united and annexed to the Imperiall Crowne of this Realme, Soe helpe me God and the contents of this Booke.

Juramentum

Sententia

In Dei nomine Amen: Auditis visis et intellectis ac plenarie et mature discussis per nos Edwardum Stanhope legum doctorem Reverendissimi in Xpo patris et Domini dni Matthei providentia diva Eboracen Archiepi Anglie Primatis et Metropolitani Comissarium inter alios ad infrascripta coniunctim et divisim specialiter et ltime constitutum, Meritis et circumstantiis cuiusdam cause sive negotii confirmationis electionis de persona venerabilis viri Henrici Robinson sacre theologie professoris in Episcopum et Pastorem ecclesie Cathis sancte et individue Trinitatis Carliolen electi, facte et celebrate, quod coram nobis in Judicio aliquamdiu vertebatur vertiturque in presenti et pendet indecisum, Rimatoque primitus per nos toto et integro processu, coram nobis, in dicto Confirmationis negotio, habito et facto atque diligenter recensito, Servatisque per nos de Jure et Statutis huius Regni Anglie in hac parte servandis, ad nre Sententie diffinitive, sive nri finalis Decreti prolationem in hmoi Confirmationis negotio ferendam sic duximus procedendum fore et procedimus in hunc qui sequitur modum, Quia per acta inactitata, deducta, allegata, proposita exhibita confessata et probata coram nobis in dicto Confirmationis negotio comperimus luculenter et invenimus Electionem predictam per Decanum et Capitulum eccle Cathis sancte et individue Trinitatis Carliolen predict de prenominato venerabili viro Henrico Robinson electo huiusmodi viro utique provido et discreto, vita et moribus merito commendato, libero et de ltimo matrimonio procreato, atque in etate ltima, et ordine sacerdotali constituto, rite et ltime fuisse et esse factam et celebratam, nihilque eidem venerabili viro Electo hmoi de Institutis ecclasticis obviasse, quominus in Epum Carliolen, authoritate dicti Reverendissimi pris, merito valeat confirmari, **Idcirco** nos Edwardus Stanhope legum doctor Comissarius et Judex antedictus, sic (ut prefertur) spialiter constitut, attentis premissis et aliis virtutum meritis, quibus prenominatus Electus Carliolen fidedigno commendatur testimonio, Christi nomine primitus invocato ac ipsum solum Deum oculis nris preponentes et habentes, de et cum Consilio Jurisperitorum cum quibus in hac parte communicavimus, prenominatam electionem de eodem venerabili viro Henrico Robinson factam et celebratam, auctte qua fungimur confirmamus, defectusque quoscunque in dicto confirmationis negotio intervenientes (si qui forsan sint) quantum in nobis est et de Jure poterimus supplentes et supplemus, Ipsumque Dnum Electum et confirmatum consecrandum et benedicendum fore decernimus, Curamque regimen et administrationem spiritualium dicti Epatus Carliolen eidem Dno electo et confirmato committimus, ac ipsum in realem actualem et corporalem possessionem dicti Epatus Carliolen, Juriumque dignitatum, honorum preeminentiarum et pertinentium suorum universorum inducendum installandum et inthronizandum fore per Archidiaconum Eboracen vel eius Deputatum aut alium quemcunque, ad id Jus et interesse habentem, iuxta eccle Cathis sancte et individue Trinitatis Carliolen predict morem et consuetudinem (legibus et Statutis huius Regni Anglie non adversantibus) etiam decernimus et declaramus per hanc nram Sententiam diffinitivam, sive hoc nrum finale decretum, quam sive quod ferimus et promulgamus in his scriptis.

Lecta fuit huiusmodi Sententia per prefatum venerabilem virum Edwardum Stanhope legum doctorem Comissarium etc die Sabbati vicesimo secundo viz. die mensis Julii Anno Domini Millesimo quingentesimo nonagesimo octavo in eccla parochiali bte Marie virginis de Arcubus London inter horas secundam et quartam post meridiem eiusdem diei ad petitionem mri Galfridi Clerke procuratoris Decani et Capituli eccle Cathis Carliolen in pntia mei Thome Redman noti publ etc Super quibus etc presentibus tunc et ibm testibus in actu mentionatis etc.

Commissio pro consecratione Electi Epi Carliolen.

Matheus providentia divina Eborum Archiepus Anglie Primas et Metropolitanus ad infrascripta auctoritate Parliamenti huius Regni Anglie sufficienter fulcitus, Reverendis confratribus nostris Richardo London, Thome Winton, Willelmo Lincoln, Anthonio Cicestren et Johanni Roffen respective Episcopis Salutem et fraternam in Domino charitatem. Cum literas patentes Illustrissime in Christo principis et domine nostre domine Elizabethe Dei gratia Anglie Francie et Hibernie Regine fidei defensoris etc sigillo suo magno Regni sui Anglie sigillatas gerentes Dat apud Westmon secundo die Julij Anno Regni sui felicissimi Quadragesimo receperimus. Cumque inter alia in eisdem nobis preceptum est, ut Reverendum virum magistrum Henricum Robinson sacre theologie professorem in Episcopum et pastorem ecclesie Cathedralis Carliolen nostre Eborum provincie rite et legitime nominatum et electum Episcopum et Pastorem dicte ecclesie consecraremus, Cumque Reverendissimus pater confrater noster Johannes eadem providentia Cantuarien Archiepus licentiam suam in scriptis impartiverit ac nobis libertatem concesserit eundem Reverendum virum, sic electum ubicunque infra suam Provinciam Cantuarien Episcopum et Pastorem ecclesie Carliolen predicte consecrandi et benedicendi, prout per literas suas sigillo quo in ea parte utitur sigillatas gerentes dat tertio die mensis Julij instantis latius continetur. Nos vero cum reverentia et celeritate debitis prout decet et tenemur regio mandato in ea parte humiliter satisfacere. Ad consecrandum igitur et benedicendum cum omni ea qua poteritis celeritate vice loco et nomine nostris eundem Reverendum virum magistrum Henricum Robinson sacre theologie professorem in Episcopum et pastorem ecclesie Cathedralis Carliolen predicte nominatum et electum atque ad exhibendum et impartiendum illi ceremonias in hac parte de Jure, Statutis et usu modernis ecclesie Anglicane usitatis, observatis et requisitis in quacunque ecclesia Capella sive loco congruo et convenienti aliquo die dominico vestro arbitrio limitandum et deputandum accersitis vobis quibuscunque alijs Episcopis executionem sui officij obtinentibus in numero competenti et requisito in hmoi ministerio assidentibus et congrue opitulantibus et assistentibus, Ac recipiendum quoque corporale et admittendum vice loco et nomine nostris ab eodem magistro Henrico Robinson consecrando et benedicendo Juramentum, tam de recognoscendo regiam supremam auctoritatem in causis ecclesiasticis et temporalibus ac de renunciando refutando et recusando omnem potestatem auctoritatem superioritatem et Jurisdictionem forinsecas iuxta formam Statuti seu actus Parliamenti huius regni Anglie in ea parte edit et promulg, quam etiam de obedientia debita nobis et successoribus nostris Ebor Archiepiscopis qui pro tempore fuerint exhibendum et prestandum, Ceteraque omnia et singula faciendum exercendum et exequendum et expediendum que de Jure et Statutis huius Regni Anglie in hac parte necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna vel requisita, vobis, quatuor vel tribus vestrum coniunctim prefatum vices nostras committimus et plenam in Domino tenore presentium concedimus potestatem. **In cuius** rei Testimonium Sigillum nostrum Archiepiscopale presentibus apponi fecimus. **Dat** in Manerio prope muros Civitatis Ebor octavo die mensis Julij Anno Domini Millesimo quingentesimo nonagesimo octavo, Et nostre Translationis ad Archiepatum Ebor Anno quarto

Actus Consecrationis

Die Dominica vicesimo tertio viz die mensis Julij Anno Domini Millesimo quingentesimo nonagesimo octavo in Capella Reverendi in Christo patris domini Richardi permissione divina London Episcopi infra Palatium suum Episcopale London notorie situata, Idem Reverendus pater Richardus London Episcopus ac Reverendi patres Johannes Roffen et Anthonius Cicestren respective Episcopi, literas Commissionales patentes Serenissime in Christo principis et domine nostre domine Elizabethe Dei gratia Anglie Francie et hibernie Regine fidei defensoris etc atque licentiam Reverendissimi in Christo patris et domini domini Johannis divina providentia Cantuarien Archiepiscopi totius Anglie Primatis et Metropolitani, necnon literas Commissionales Reverendissimi in Christo patris domini Matthei eadem providentia Eboracen Archiepi Anglie Primatis et Metropolitani in hac parte respective fact et direct, cum ea qua decuit reverentia receperunt, easdemque per venerabilem virum Edwardum Stanhope legum doctorem publice perlegi mandaverunt et fecerunt onusque executionis earundem literarum paten et commissionalium in se assumpserunt et decreverunt procedendum fore iuxta vim formam et effectum earundem. Atque tunc et ibidem dicti Reverendi patres vigore et authoritate literarum paten ac licentie et literarum Commissionalium predict, munus consecrationis venerabili viro Henrico Robinson sacre theologie professori in Episcopum et Pastorem ecclesie Cathedralis sancte et individue Trinitatis Carliolen electo et confirmato prestito primitus per eundem dominum electum Juramento tam de recognoscendo regiam supremam potestatem in causis ecclesiasticis et temporalibus ac de renunciando omni et omnimode Jurisdictioni potestati auctoritati et superioritati

forinsecis

ferancis et extraneis iuxta vim formam et effectum Statuti Parliamenti huius inclyti Regni
Anglie in ea parte edit et provis, quam etiam de reverentia et obedientia debitis Domino
Archiepo Eboracensi et ecclie Metropolitice beati Petri Eboracen et eorum Successori
bus adhibendis, adhibitisque ritibus et ceremoniis de usu moderno ecclie Anglicane
adhibendis, iuxta formam descript in Libro intitulato (The forme and manner of makinge
and consecratinge Bysshopps Preists and Deacons) impendebant, in pntia mei Thome Redman
notarii publici etc. Presentibus tunc et ibidem venerabilibus viris Edwardo Stanhope
legum doctore dicti Reverendissimi patris dni Archiepi Cant vicario in spualibus
generali Daniele Dun legum etiam doctore Curie Audientie dicti Reverendissimi
pris Archiepi Cant Auditore Thome Monford et Johanne Dix sacre theologie professori
bus, Thoma Edwards legum doctore, Barnardo Robinson, Egidio Robinson, Samuele
Horsnett et Johanne Lillie presbyteris sacre theologie Bacchris, Francisco Clerke
Mandatum Dni Archiepi Cantuar sub Sigillo Commissarij Capituli London, Emanavit vicesimo septimo die mensis Novembris Anno Dni Millesimo quingentesimo nonagesimo octavo direct magris Griffino Lewes sacre Theologie professori Decano ecclie Cathedralis Glouc, Henrico Aygill Subdecano dicte ecclie, Thome Perry Theologie Bacc prebendario ibm et Laurentio Bridger artium magro prebendar ibidem

Exon

Acta habita et facta in negotio

Confirmationis electionis factae de persona venerabilis viri Willmi Coten sacre Theologiae professoris in Epum et Pastorem ecclesie Cathis Beati Petri Exon per Decanum et Capitulum eiusdem ecclie Cathis electi die Sabbathi vizt undecimo die mensis Novembris, Anno Dni Millesimo quingentesimo nonagesimo octavo, et Regni Illustrissime in Xpo principis et Dne nostre Dne Elizabeth Dei gratia Anglie Francie et Hibernie Regine fidei Defensor &c Quadragesimo in ecclesia parochiali Beate Marie virginis de Arcubus London ecclesie Xpi Cantuar Jurisdictionis immediate inter horas octavam et undecimam ante meridiem eiusdem diei Coram venerabili viro Edwardo Stanhope Legum Doctore Reverendissimi in Xpo patris et Dni Domini Johannis divina providentia Cantuar Archiepi totius Angliae Primatis et Metropolitani vicario in Spualibus generali et Officiali principali, necnon Commissario ad infrascripta inter alios conj et divi sufficienter et legitime Deputat et constitut in pntia nostrorum Thome Redman et Johannis Ceston Notariorum publicorum

Dictis die et loco atque inter horas pred

presentatis coram prefato venerabili viro Edwardo Stanhope Legum Doctore vicario in Spualibus generali et Officiali principali Reverendissimi patris Dni Johannis Archiepi Cantuar &c ac Commissario &c Judicialiter et pro Tribunali seden Literis patentibus Regijs de assensu suo regio prefato Reverendissimo patri direct, necnon Lris Commissionalibus dicti Reverendmi patris eidem magro Edwardo Stanhope et alijs conj et divi in hac parte facts, ac per me prefatum Thomam Redman de mandato dicti magri Edwardi Stanhope publice lectis, Idem magr Edwardus Stanhope ob honorem et reverentiam dicte Dne nostre Regine et memorati Reverendmi patris acceptavit in se onus executionis dictarum Literarum patentium et Commissionalium et decrevit procedendum fore iuxta vim formam et effectum earundem. Deinde Comparuit personaliter magr Alexander Serle Notarius publicus alme Curie Cantuar de Arcubus London procuratorum generalium unus et exhibuit procuratorium suum literatorie pro venerabilibus viris Decano et Capitulo ecclesie Cathedralis Beati Petri Exon pred sigillo eorum communi (ut apparuit) sigillatum, et fecit se partem pro eisdem, et nomine procurio eorundem Decani et Capituli pntavit eidem vicario in Spualibus generali et Commissario &c venerabilem virum Willmum Coton sacre Theologie professorem in Epum et Pastorem sedis Episcopalis Exon electum, et ipsum e regione confirmantis sistebat: Et tunc magr Alexander Serle exhibuit mandatum originale alis contra oppositores in hoc negotio emanatum, unacum Certificatorio in dorso super executione eiusdem, et ~~tunc~~ petijt omnes et singulos oppositores hmoi publice preconizari; et tunc facta trina publica preconizatione omnium et singulorum oppositorum hmoi ad hos diem et locum ad dicend et opponend contra electionem pred &c citatorum et nullo modo comparen, dictus magr Alexander Serle procurator et noie procurio quo supra petijt eos omnes et singulos reputari contumaces, et in penam contumaciarum suarum hmoi viam ulterius opponendi in hmoi causa sive negotio eis et eorum cuilibet precludi &c, ad cuius peticionem dictus magr Edwardus Stanhope vicarius generalis et Commissar antedictus pronunciavit eos et eorum quemlibet contumaces, et in penam contumaciarum suarum hmoi viam ulterius opponendi in hac causa eis et eorum cuilibet preclusit: Necnon ad peticionem dicti Alexandri Serle ad ulteriora in dicto

Confirmacois

Confirmationis negotio procedend fore decrevit, ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante, prout in schedula per eundem magrum Edwardum Stanhope lecta plenius apparet. Deinde dictus magr Serle dedit summariam petitionem in scriptis, et Dns ad eius petitionem decrevit procedend fore summarie et de plano, et assignavit eidem magro Serle ad proband dictam summariam petitionem ad statim: Et tunc idem mr Serle, in subsidium probationis contentorum in dicta summaria petitione, exhibuit Dno Certificatoria sive Literas Testimoniales super electione eiusdem venerabilis viri Willimi Coton sacre Theologiæ professoris in Epum et Pastorem ecclesiæ Cathis Beati Petri Exon pred per Decanum et Capitulum eiusdem ecclesiæ fact, necnon Literas patentes regias magno sigillo Angliæ sigillat: Ac etiam exhibuit Instrumentum super Consensu dicti venerabilis viri Dni Electi eidem electioni etiam adhibit: Quibus sic factis Dns ad petitionem dicti magri Alexandri Serle assignavit ad audiend Sententiam sive finale decretum ad statim: Consequenter vero facta alia trina preconizatione omnium et singulorum oppositorum sic (ut premittitur) citatorum et nullo modo comparen, nec quicquam in hac parte opponen vel obiicien Dns ad petitionem dicti magri Alexandri Serle ut supra accusan eorum contumacias et peten pr pronunciavit eos et eorum quemlibet contumaces, et in penam Contumaciarum suarum hmoi decrevit procedend fore ad prolationem Sententiæ diffinitivæ in hmoi negotio, ipsorum sic citatorum et non comparen absentia sive contumacia in aliquo non obstan: Deinde prestito Iuramento per prefatum venerabilem virum Dnum Electum antedictum ad sancta Dei Evangelia per eum Corporaliter tact et deosculata de fidelitate obedientia et subiectione prefate Serenissime Dne nostre Regine prestand et exhibend: necnon de renunciand refutand et recusand omni et omnimode Iurisdictioni potestati, et autoritati forancis iuxta vim formam et effectum Statuti Parliamenti huius incliti Regni Angliæ in ea parte editi et provisi dictus magr Edwardus Stanhope ad petitionem prefati magri Alexandri Serle legit tulit et promulgavit sententiam diffinitivam in dicto Confirmationis negotio in scriptis conceptam pronunciand declarand et cetera faciend prout in eadem continetur: Super quibus omnibus et singulis premissis tam dictus venerabilis vir Dns Electus Exon Episcopus quam memoratus magr Alexander Serle me Notarium publicum antedictum sibi unum vel plura publicum seu publica instrument sive Instrumenta conficere, ac Testes inferius nominatos Testimonium inde perhibere instanter respective rogarunt et requisiverunt: Postremo vero dictus magr Edwardus Stanhope vicarius generalis et Commissarius antedictus ad petitionem prelibati venerabilis viri Dni Electi et procuratoris Capituli antedict decrevit sibi Literas Testimoniales super omnibus et singulis premissis sic (ut premittitur) gestis et expeditis fieri et liberari. Presentibus tunc et ibidem venerabilibus viris Arthuro Bright sacre Theologiæ professore, Johanne Lloyd, Willimo Wood, Willimo Wilkinson, Richardo Trever et Evano Morris Legum Doctoribus, Johanne Burrough, Thoma Iles, Richardo Keddall, Edwardo Gay, Johanne Jones, Thoma Sadler, Johanne Rice et Johanne Drake Notariis publicis Willimo Sallamore Apparitore generali, Thoma Watson et Georgio Fforman literatis cum multis aliis in numero Copioso congregatis testibus &c. Tenores vero tam Literarum paten Regiæ Maiestatis, quam etiam totius processus in dicto Confirmationis negotio habit et fact ac superius mentionat, sequuntur et sunt tales vizt

Lres paten Regie

Elizabeth Dei gratia Angliæ Ffrancie et Hiberniæ Regina fidei Defensor &c, Reverendissimo in xpo patri ac predilecto et per quam fideli Consiliario nostro Dno Johanni Cantuar Archiepo, ac aliis quibuscumque Episcopis quibus in hac parte interesit salutem: Cum vacante nuper Sede Episcopali Exon per Translationem Reverendi in xpo patris Gervasii nuper Episcopi ibidem ad Episcopatum Wigorn, ad humilem petitionem Decani et Capituli eiusdem ecclesiæ Cathis Exon per literas nostras patentes Licentiam concessermus alium sibi eligend in Epum et Pastorem sedis antedict: Idem Decanus et Capitulum vigore et obtentu Licentiæ nostre predict Dilectum nobis in xpo Willimum Coton sacre Theologiæ professorem sibi et ecclesiæ pred elegerunt in Epum et Pastorem, prout per literas suas sigillo eorum communi sigillat nobis inde direct plenius apparet: Nos electionem illam acceptantes eidem electioni regium nostrum assensum adhibuimus pariter et favorem, et hoc vobis tenore pntium significamus: Rogantes ac in Fide et dilectione quibus nobis tenemini firmiter precipiendo mandantes, quatenus vos eundem Willimum Coton in Episcopum et Pastorem ecclesie Cathis Exon predict sic ut prefertur elect, electionemque predict confirmare, et eundem Willmum Epum et Pastorem eiusdem ecclie consecrare, Ceteraque omnia et singula peragere que vestro in hac parte incumbunt officio pastorali iuxta formam statuti in ea parte editi et provisi velitis cum favore et effectu: In cuius rei Testimonium has Literas nostras fieri fecimus patentes: Teste me ipsa apud Westm Tricesimo primo die mensis Octobris Anno Regni nostri Quadragesimo, per bre de privato sigillo. Ta. Egerton

Lre Commissional Reverendmi

Johannes divina providentia Cantuar Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus: Dilectis nobis in Xpo venerabilibus viris Edwardo Stanhope Legum Doctori vicario nostro in Spiritualibus generali et officiali principali, necnon Danieli Dun Willmo Fferrand, et Johanni Amy Legum respective Doctoribus salutem et gratiam: Cum Literas patentes Illustrissime in Xpo principis et Dne nostre Dne Elizabeth Dei gratia Anglie Ffrancie et Hibernie Regine fidei Defensor ex sigillo suo magno Anglie sigillat geren dat apud Westm Tricesimo primo die mensis Octobris Anno Regni sui felicissimi Quadragesimo receperimus: Cumque inter alia in eisdem nobis preceptum est ut electionem venerabilis viri Willmi Coton sacre Theologie professoris ad Epum Exon confirmaremus: Nos cum ea qua decuit reverentia volentes mandato regio in ea parte humiliter satisfacere: Ad examinandum igitur discutiendum approbandum et Confirmandum dictam electionem de persona dicti venerabilis viri Willmi Coton factam et celebratam Ipsamque electionem et personam sic electam, secundum Juris et Statutorum huius regni Anglie exigentiam, ac iuxta tenorem formam et effectum mandati Regij predict nobis in ea parte (ut prefertur) fact et directi, quatenus eandem electionem rite et legitime factam et celebratam fuisse et esse vobis conium et divim constiterit,) rite et legitime approband et comproband, Defectusque (si qui forsan in ea parte intervenerint) ~~sup~~ rite et legitime supplend: Ceteraque omnia et singula faciend exercend et expediend que in hac parte necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna: Vobis conium et divim vices nostras committimus, ac plenam in Domino tenore pntium concedimus potestatem, Juribus nostris Archiepalibus Cantuar, Ceterisque emolumentis nobis et Officiarijs ac Ministris nostris in hac parte competentibus semper salvis et reservatis: In cuius rei Testimonium Sigillum quo in hac parte utimur pntibus apponi fecimus: Dat Octavo die mensis Novembris Anno Dni Millesimo quingentesimo nonagesimo octavo: Et nostre Transl Anno Decimo sexto

Procuratorium Decani et Capitli Exon

Pateat Universis per pntes Quod Nos Decanus et Capitulum ecclie Cathedralis Beati Petri Exon Dilectos nobis in Xpo Thomam Barrett Clericum in Artibus magistrum Archinum Exon, Willmum Tooker Clericum sacre Theologie Doctorem Archinum Barum, Alexandrum Steele, Richm Godall Alme Curie Cantuar de Arcubus London procuratores Robertum Mitchell Notarium publicum et Thomam Mabston literatum conium et eorum cuilibet per se divim et insolid Ita quod non sit melior Conditio occupan nec deterior subsequen, sed quod unus eorum inceperit, id ipsorum quilibet libere prosequi valeat mediare pariter et finire procuratores actores factores et nuncios speciales et generales ad infrascripta omnia et singula nominamus ordinamus facimus et Constituimus per pntes: Damusque et concedimus eisdem procuratoribus nostris conium et eorum cuilibet per se divim ut prefertur et insolid potestatem generalem et mandatum tam generale quam speciale pro nobis ac vice et nomine nris Coram venerabili et egregio viro Dno Willmo Coton sacre Theologie Doctore in Epum et Pastorem ecclesie Cathis Exon predict elect comparend et interessend, Literasque nostras Certificatoriales sive decretum de et super electione eiusdem venerabilis viri Dni Willmi Coton predict in Episcopum et Pastorem ecclesie Cathis Exon predict per nos unanimiter fact et confect sigillo nostro Communi sigillat eidem venerabili viro Dno Willmo Coton predict realiter presentand, exhibend et ostendend ipsumque suppliciter et cum instantia quoties eis et eorum alicui visum fuerit, Quod ipse electioni de se facte consentire, et consensum suum expresse prebere dignetur rogand et requirend, Negotiumque electionis predict coram serenissima in Xpo Principe et Dna nostra Dna Elizabeth Dei gratia Anglie Ffrancie et

Hibernie Regine fidei Defensor etc Certificand, Necnon negotium Confirmationis electionis predict coram Reverendissimo in xpo patre et Dno Dno Johanne providentia divina Cantuar Archiepiscopo totius Anglie Primate et Metropolitano aut eius Officiali sive vicario in Spualibus generali tractandi usque ad finalem expeditionem eiusdem nomine nostro prosequend ac Confirmationem in ea parte petend et obtinend provocand et appelland, provocationesque et appellationes notificand et intimand, Alium seu alios procuratorem seu procuratores loco suo et eorum cuiuslibet substituend, et substitutum sive substitutos huiusmodi revocand, procuratorisque officium in se et eorum quemlibet reassumend quoties eis et eorum alicui melius videbitur expedire: Et generaliter omnia alia et singula faciend exequend et expediend usque ad finalem expeditionem negotij Confirmationis huiusmodi que in premissis vel circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, licet mandatum de se magis exigat speciale quam superius est expressum promitten et promittimus nos ratum gratum et firmum perpetuo habitur totum et quicquid dicti procuratores nostri aut eorum alter fecerint seu fecerit in premissis vel aliquo premissorum sub ypotheca et obligatione omnium et singulorum bonorum nrorum et in ea parte Cautionem exponimus per presentes: In cuius rei Testimonium Sigillum nostrum Commune presentibus apposuimus. Dat in Domo nostra Capitulari quoad sigilli nostri appensionem Sexto die mensis Septembris Anno Dni Millesimo quingentesimo nonagesimo octavo, Regnique Dne nre Dne Elizabethe Dei gratia Anglie ffrancie et Hibernie Regine fidei defensor etc Quadragesimo

Citatio oppositorum

Johannes divina providen Cantuar Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus: Universis et singulis Clericis et literatis quibuscumque per Provinciam nram Cantuar ubilibet constitut salutem: Cum vacan nuper sede Episcopali Exon per Translationem Reverendi patris Dni Gervasij Babington ultimi Episcopi et Pastoris ibidem ad Ecclesiam Wigorn, Decanus et Capitulum ecclie Cathedralis Beati Petri Exon pro electione novi et futuri Epi ibidem (Licentia regia prius in ea parte petita et obtenta) celebranda certum Terminum prefixerint et assignaverint, et in eiusdem electionis negotio termino ad id statuto et assignato rite procedentes, venerabilem virum Willimum Coton sacre Theologie Doctorem in eorum et dicte ecclie Cathis Epum et Pastorem elegerint: Cuique Serenissima in xpo princeps et Dna nra Dna Elizabetha Dei gratia Anglie ffrancie et Hibernie Regina fidei Defensor etc ad humilem petitionem eorundem Decani et Capituli eidem electioni de persona prefati Dni Electi fact et celebrate regium suum adhibuerit assensum pariter et favorem, prout per Literas suas patentes regias suo magno Sigillo Anglie sigillat nobis significaverit: Mandando quatenus nos electionem predictam et personam electam confirmare, iuxta tenorem Statuti in ea parte editi et provisi velimus cum omni celeritate accommoda, prout per easdem Literas patentes Regias ad quas habeatur relatio plenius liquet et apparet: Nos vero volentes eiusdem Serenissime Dne nostre Regine mandatis pro Officij nostri debito parere, ac in huiusmodi Confirmationis negotio iuxta Juris et Statutorum huius Regni Anglie exigentiam procedere: Omnes et singulos (si qui sint) qui contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam in hac parte electam dicere excipere vel opponere voluerint, ad diem horas locum et effectum infrascriptum evocand et Citand fore decrevimus iustitia mediante: Vobis igitur coniunctim et divisim committimus et firmiter iniungendo mandamus quatenus citetis seu Citari faciatis peremptorie altaque et intelligibili voce infra Ecclesiam parochialem Beate Marie Virginis de Arcubus London nostri et ecclesie nre Cathis et Metropolitice xpi Cantuar Jurisdictionis immediate, necnon per affixionem presentium in aliquo loco Convenien infra ecclesiam parochialem predict vel alijs locis publicis ubi videbitur expediens, omnes et singulos oppositores (si qui sint) in specie aliquin in genere qui contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam dicere excipere vel opponere voluerint: Quod compareant et eorum quilibet compareat Coram nobis aut Vicario nostro in Spualibus generali et Officiali principali, vel Commissarijs nostris sive aliquo eorum in hac parte quorumque in eadem ecclia parochi Beate Marie Virginis de Arcubus London die Sabbathi vizt undecimo die presentis mensis Novembris inter horas octavam et undecimam ante meridiem eiusdem diei cum continuatione et prorogatione dierum et locorum extunc sequentium (si oporteat) sicut contra dictam electionem, formam eiusdem aut personam in hac parte electam (si sua putaverint interesse) in debita Juris forma dicturos excepturos et opposituros ulteriusque facturos et recepturos quod iustum fuerit in hac parte, et dicti negotij qualitas et natura de se exigunt et requirunt: Intimetis preterea modo et forma precitatis omnibus et singulis oppositoribus (si qui sint) in specie aliquin in genere quibus nos etiam tenore presentium sic intimamus: Quod si non ipsi sic citati dictis die horis et loco coram nobis aut Vicario nostro in Spualibus generali vel Commissario predicto comparuerint, et contra dictam electionem formam eiusdem aut personam electam huiusmodi dicere excipere vel opponere voluerint, sive non, Nos nihilominus in dicto Confirmationis negotio iuxta Juris et Statutorum huius Regni Angliæ exigentiam procedemus, ac Justiciam ministrabimus, seu sic procedet et ministrabit vicarius noster in Spualibus generalis et Officialis principalis vel Commissarius pred ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive Contumacia in aliquo non obstante: Et quid in premissis feceritis Nos aut Vicarium nostrum in Spiritualibus generalem antedictum, vel Commissarium hmoi debite et autentice certificetis, seu sic certificet ille vestrum qui presens nostrum mandatum fuerit executus: Dat Octavo die mensis Novembris Anno Dni Millesimo quingentesimo nonagesimo octavo, Et nostre Translacois Anno decimo sexto

Cer'l citacōis

Reverendissimo in xpo patri et Dno Dno Johanni divina providentia Cantuarien Archiepo totius Angliæ Primati et Metropolitano, vestrove Commissario in hac parte specialiter deputat cuicunqz Vester humilis et devotus Rogerus Bates literatus vester ad infrascripta mandatarius legitime constitutus, omnimodas reverentiam, obedientiam et subiectionem tanto Reverendissimo patri debitas et condignas cum honore Mandatum vrum Reverendissimum retroscript nuper cum ea qua decuit reverentia humiliter recepi exequend: Cuius vigore pariter et auctate omnes et singulos oppositores si qui sint, tam in specie quam in generere qui contra retronominatam electionem formam eiusdem aut personam electam dicere excipere vel opponere voluerint per affixionem mandati vestri Reverendissimi retroscript in valuis exterioribus ecclesie parochialis Beate Marie virginis de Arcubus London retroscript et ibidem aliquandiu dimiss, die Mercurij octavo viz die mensis presentis Novembris Anno Dni 1598 iam currente peremptorie citavi Qd compareant et eorum quilibet compareret Coram vobis die horis et loco in mandato vestro Reveren^mo hmoi contentis et specificatis contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam hmoi (si sua putaverint interesse) in debita Juris forma dictur excepturi vel oppositur, ulteriusqz factur et recepturi qd tenor et effectus istius vestri mandati Reveren^mi de se exigunt et requirunt: Et preterea die et loco predicts eisdem Oppositoribus omnibus et singulis sic (ut prefertur) Citatis intimavi, qd sive ipsi dictis die horis et loco comparere curaverint, et quæ imperata sunt fecerint sive non, vos nihilominus aut Commissarij vestri, vel eorum aliquis in eodem Confirmationis negotio iuxta Juris et Statutorum huius Regni Angliæ exigentiam procedetis, ac Justiciam ministrabitis, seu sic procedet et ministrabit Commissarius vester hmoi ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive Contumacia in aliquo non obstante: Et sic ego mandatarius antedictus mandatum vestrum Reverendissimum retroscriptum hmoi quantum in me fuit debite diligenter et humiliter sum executus: In cuius rei Testimonium Sigillum venerabilis viri Dni Archini Essex pntibus apponi procuravi. Et nos Archinus antedictus ad specialem rogatum dicti Certificants Sigillum nostrum hmoi pntibus apponi fecimus: Dat Nono die mensis Novembris Anno Dni Millesimo quingentesimo nonagesimo octavo.

Prima schedula

In Dei Nomine Amen Nos Edwardus Stanhope Legum Doctor Reverendissimi in xpo patris et Dni Dni Johannis divina providentia Cantuar Archiepi totius Angliæ Primatis et Metropolitani vicarius in Spualibus generalis et Officialis principalis, necnon Commissarius inter alios ad infrascripta con^ll et di^ll specialiter et ltime Constitutus, in negotio Confirmationis electionis de persona venerabilis viri Willmi Coton sacræ Theologiæ professoris in Episcopum et Pastorem eccliæ Cathedral Beati Petri Exon elect facta et celebratæ, rite et ltime procedentes, omnes et singulos oppositores (si qui sint) qui contra dictam electionem formam eiusdem aut personam electam dictæ excipere vel opponere voluerint, ad comparend coram nobis istis die horis et loco (si sua putaverint interesse) contra dictam electionem formam eiusdem aut personam electam in debita Juris forma dictur excepturi et oppositur, alias rite ltime et peremptorie citat, sæpius publice preconizat, diuqz et sufficienter expectat et nullo modo comparen ad petitoem partis Decani et Capituli ecclesie Cathlis beati Petri Exon pred pronunciamus contumaces, ac ipsis et eorum cuilibet in penam contumaciarum suarum hmoi viam ulterius opponendi contra dictam electionem, formam eiusdem et personam sic electam precludimus in hijs scripts: Ac etiam decernimus ad ulteriora in dicto Confirmationis negotio procedend fore iuxta Juris et statutorum huius Regni Angliæ exigentiam, ipsorum sic citatorum et non comparen absentia sive Contumacia in aliquo non obstan

Summar petico

In Dei Nomine Amen Coram vobis Reverendissimo in

xpo

in xpo patri et Domino Dno Johanni divina providentia Cantuarien Archiepiscopo totius Angliæ Primati et Metropolitano, ad infrascripta auctoritate Parliamenti huius inclyti Regni Angliæ, mediantibus Lris Commissionalibus patentibus Illustrissimæ in xpo principis et Dominæ nostræ Dnæ Elizabethæ Dei gratia Angliæ ffranciæ et Hiberniæ Reginæ fidei Defensor &c. sufficienter et legitime fulcito, vestrove vicario in spiritualibus generali et Officiali principali ltime Constituto, aut vestris Commissarijs in hac parte specialiter deputatis, coniunctim altero quorumque. Pars venerabilium virorum Decani et Capituli Ecclesiæ Cathis Beati Petri Exon dicit allegat, et in hijs scriptis in Iure proponit articulatim prout sequitur /R/

1 **Imprimis** videlt, Qd Sedes Episcopalis Exon per Translacoem Reverendi patris Dni Gervasij Babington ad Epatum Wigorn ultimi Episcopi ibidem nuper vacare cepit, et aliquamdiu vacavit, pastorisque solatio destituta extitit et existit in pnti: Hocque fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum, Et ponit conm et dim ac de quolt

2 **Item** Qd dicta Sede Epali Exon dudum (ut praefertur) vacan Decanus et Capitulum eclie Cathis Beati Petri Exon predict Capitulariter congregati, et Capitulum facientes (Licentia regia in ea parte prius petita et obtenta) Certum diem, ac domum suam Capitularem eclie Cathedral pred pro hmoi electione faciend et celebrand unanimiter et Concorditer praefixerint, ac omnes et singulos eiusdem eclie Cathis Canonicos et Prebendarios ius voces aut interesse in eadem electione habentes seu habere pretendentes, ad diem et locum predcos in hmoi Electionis negotio processur et procedi visuros ltime et peremptorie citari fecerunt; Hocque fuit et est verum publicum Notorium manifestu pariter et famosum: Et ponit ut supra. /R/

3 **Item** Qd praefati Decanus et Capitulum die et loco praefixis vizt sexto die mensis Septembris Anno Dni Millesimo quingentesimo nonagesimo octavo, Capitulariter congregati et Capitulum facientes servatis primitus per eos de Iure et Statutis huius Regni Angliæ in ea parte servandis, habitoque per eos tractatu diligenti de persona idonea eligenda in Epum et Pastorem eclie Cathis Beati Petri Exon predict, tandem unanimiter et Concorditer nullo eorum contradicente, vel reclamante venerabilem virum Willimum Coton presbiterum sacræ Theologiæ Doctorem in eorum et dictæ eclesiæ Cathedralis Epum et Pastorem elegerunt, et Ecclæ memoratæ de eodem providerunt: Et ponit ut supra /

4 **Item** Qd Electio hmoi et persona electa die predict in Eclia Cathi Beati Petri Exon predict, Coram Clero et populo tunc ibidem in numero Copioso congregatis debite publicatæ et declaratæ fuerunt Et ponit ut supra

5 **Item** Qd dictus Electus hmoi electioni de persona sua in Epum et Pastorem eclie Cathis Beati Petri Exon predict (ut praefertur) factæ et Celebratæ ad humilem peticoem partis eorundem Decani et Capituli debitis loco et tempore consentiebat, et Consensum suum eidem prebuit in scriptis per eum lectis. Et ponit ut supra

6 **Item** Qd dictus Electus venerabilis vir Willimus Coton fuit et est vir providus et discretus, eminenti scientia vita et moribus merito commendatus, liber et de legitimo matrimonio procreatus, atque in ætate ltima et ordine sacerdotali Constitutus, nec non Deo devotus, et ecclesiæ memoratæ apprime necessarius: Hocque fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum Et ponit ut supra

7 **Item** Qd praefati Decanus et Capitulum hmoi electionem et personam electam Serenissimæ Dnæ nostræ Reginæ Elizabethæ per Literas suas paten [illegible]
sigillo

Sigillo eorum communi roboratas pro officij sui debito iuxta formam Statuti huius inclyti Regni Angliae in ea parte editi et provisi significaverunt et intimaverunt, Et ponit ut supra.

8 **Item** Quod presentato ex parte dictorum Decani et Capituli eidem regiae sublimitati, processu electionis huiusmodi, eadem Serenissima Domina nostra Regina pro sua Clementia regia electioni huiusmodi de persona praenominati venerabilis viri Willelmi Coton (ut prefertur) factae et celebratae, Consensum et assensum suos regios gratiose adhibuit, illamque ratam et gratam habuit et habet: Hocque fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum, Et ponit ut supra.

9 **Item** Quod Serenissima Domina nostra Regina vobis prefato Reverendissimo patri de assensu et consensu suis regiis huiusmodi electioni (ut prefertur) adhibitis, per Literas suas patentes vobis inscriptas et directas non solum significavit, verum etiam earundem Literarum suarum patentium serie vobis rogando mandavit, quatenus vos electionem predictam et personam Electam huiusmodi confirmare, et eundem Episcopum et Pastorem ecclesie predicte consecrare ceteraque peragere quae vestro in hac parte incumbunt Officio pastorali iuxta formam Statuti in ea parte editi, et Literarum patentium huiusmodi velitis cum favore: Hocque fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum; Et ponit ut supra.

10 **Item** Quod premissa omnia et singula fuerunt et sunt vera publica notoria, manifesta pariter et famosa; Atque de et super eisdem laborarunt et in presenti laborant publica vox et fama: Unde facta fide de Iure in hac parte requisita, ad quam faciendam offert pars ista proponens dictorum Decani et Capituli se promptam et paratam pro loco et tempore congruis et opportunis, petitque eadem pars prefatam electionem et personam electam confirmandam et Consecrandam fore decerni et cum effectu confirmari et consecrari, iuxta Iuris et Statutorum huius Regni Angliae exigentiam, necnon Literarum regiarum patentium huiusmodi vobis directarum in hac parte seriem, Curamque regimen et administrationem Episcopatus Exon eidem Electo committi, Ipsumque in realem actualem et corporalem possessionem dicti Episcopatus Exon, Iuriumque honorum, dignitatum, preeminentiarum, et pertinentium suorum universorum inducendum installandum et inthronizandum fore decerni, ulteriusque fieri statui et decerni in premissis et ea concernentibus quibuscunque quod Iuris fuerit et rationis: supplendo defectus quoscunque in hac parte intervenientes (si qui forsan sint), iuxta facultatem vobis concessam. Quae proponit et fieri petit pars ista proponens coniunctim et divisim non arctans se ad omnia et singula premissa probanda, nec ad onus superfluae probationis de quo protestatur; Sed quatenus probaverit in praemissis eatenus obtineat in petitis Iuris Beneficio in omnibus semper salvo, vestrum Officium Domine Iudex antedicte humiliter implorando.

Venerabili et egregio Viro Willelmo Coton sacrae Theologiae professori Vestri humiles Decanus et Capitulum ecclesie Cathedralis Beati Petri Exon per Translationem Reverendi in Christo patris Domini Gervasij Babington sacrae Theologiae professoris nuper Episcopi ibidem ad Episcopatum Wigorn, Nos Decanus et Capitulum antedicti in Domo nostra Capitulari die datae presentium vigore et autoritate Licentiae Illustrissimae in Christo principis et Dominae nostrae Dominae Elizabeth Dei gratia Angliae Franciae et Hiberniae Reginae fidei Defensoris etc. nobis in ea parte factae et concessae ad effectum eligendi novum Episcopum et Pastorem ecclesiae Cathedralis predicte Capitulariter congregati et Capitulum ibidem facientes (servatis de Iure et Statutis huius inclyti Regni Angliae in ea parte servandis) habitoque per nos tractatu diligenti de persona idonea in ea parte eligenda. Tandem in vestram Reverentiam vota nostra direximus, dictamque Reverentiam vestram per Regiam Maiestatem nominatam et Commendatam in nostrum et dictae Ecclesiae Cathedralis Exon Episcopum et Pastorem unanimiter et gratis animis eligimus, ac electionem hmoi dictæ Illustrissimæ Dnæ nostræ Reginæ per Literas nostras Certificatorias sigillo nostro Communi sigillat significamus et notum facimus. Quocirca vestram Reuerentiam humiliter et obnixe rogamus quatenus hmoi electioni de persona vestra sic (vt præfertur) per nos fact et celebrat consentire, ac Consensum et assensum vestros eidem præbere gratiose dignemini: In quorum omnium et singulorum fidem et Testimonium Sigillum nostrum Commune pntibus apposuimus, Dat in Domo nostra Capitulari quoad sigilli nostri appensionem Sexto die mensis Septembris Anno Dni Millesimo quingentesimo nonagesimo octauo, Regniq Illustrissimæ Dnæ nostræ Elizabeth Reginæ Angliæ &c Anno Quadragesimo

Cerm Reuerenmo super electione Epi Exon

Reuerendissimo in Xpo patri ac Domino Dno Johanni prouidentia diuina Cantuar Archiepo totius Angliæ Primati et Metropolitano, aut alij cuicunq potestatem et auctoritatem in hac parte sufficientem habenti seu habituro: Vestri humiles Decanus et Capitulum ecclie Cathedralis Beati Petri Exon omnimodas obedientiam et reuerentiam tanto Reuerendissimo patri debit et condign cum honore: Vestræ Reuerendissimæ paternitati tenore pntium significamus et intimamus; Qd Sede Episcopali Exon per Translacoem Reuerendi in Xpo patris ac Dni Dni Geruasij Babington sacræ Theologiæ professoris vltimi Episcopi ibidem ad Episcopatum Wigorn iam vacan, pastorisq solatio destitut. Nos Decanus et Capitulum antedict vigore et auctoritate Licentiæ Regiæ Maiestatis nobis et ecclie Cathis pred de alio in Epum et Pastorem eligend fact et concess in Domo nostra Capitulari die dat pntium Capitulariter congregat et Capitulum facientes obseruatis per nos omnibus et singulis ad dictæ electionis negotium de Iure et huius Regni Angliæ statutis siue antiqua consuetudine dictæ Ecclesiæ Cathis seruandis habitoq inter nos diligenti et maturo tractatu de persona idonea in ea parte eligend, Tandem in venerabilem virum Willimum Coton sacræ Theologiæ professorem per Serenissimæ Dnæ nostræ Reginæ Literas nobis specialiter nominatum et commendatum vota nostra direximus, Ipsumq vigore dictæ Licentiæ Serenissimæ Regiæ Maiestatis in nostrum et dictæ ecclie Cathis Exon Epum et Pastorem vnanimiter et concorditer nullo contradicente vel reclamante elegimus prout per alias Lras nostras Certificatorias dictæ Serenissimæ Dnæ Reginæ in ea parte directas et transmissas plenius liquet et apparet: Vestræ igitur paternitati Reuerendissimæ tenore pntium humiliter supplicamus et in Dno rogamus quatenus dictam nostram Electionem sic per nos (vt præfertur) de persona præfati venerabilis viri Willimi Coton fact et celebrat confirmare, Ceteraq peragere perficere concedere et expedire quæ ad Officium vestrum Archiepale in hac parte quomodolibet spectant dignetur eadem vestra Reuerendissima paternitas cum fauore, vt Deo Optimo Maximo bonorum omnium largitore fauente et cooperante dictus Electus et confirmatus nobis præesse valeat vtiliter pariter et prodesse, ac nos sub eo et eius regimine bene possimus Deo in dicta Ecclesia militare, Sicq Deus optimus maximus vestram Reuerendissimam Dominationem diu Conseruet in prosperis: In quorum omnium et singulorum præmissorum fidem et Testimonium Sigillum nostrum Commune pntibus apposuimus: Dat in Domo nostra Capitulari quoad Sigilli nostri appensionem Sexto die Septembris Anno Dni Millesimo quingentesimo nonagesimo octauo, Regniq Dnæ nostræ Elizabeth Reginæ Angliæ &c Anno Quadragesimo

Instrument Consens Dni Electi

In Dei nomine Amen per præsens publicum Instrumentum cunctis appareat euidenter et sit notum, Qd Tricesimo primo die mensis Octobris Anno Dni Millesimo quingentesimo nonagesimo octauo, Regniq Illustrissimæ in Xpo principis et Dnæ nostræ Dnæ Elizabeth Dei gratia Angliæ Franciæ et Hiberniæ Reginæ fidei defensor &c Quadragesimo, In ædibus solitæ habitationis venerabilis viri Willimi Coton sacræ Theologiæ professoris infra parochiam sancti

Gregorij Civitatis London notorie situat, in meiqz Thome Redman Notarij publici subscripti ac testium inferius nominatorum pntijs; Constitutus personaliter Alexander Serle notarius publicus almeqz Curiæ Cantuar de Arcubus London procuratorum generalium unus, quoddam procuratorium Sigillo commun (ut apparuit) Decani et Capituli eccliæ Cathedralis Exon sub Cera rubea sigillat, ei inter alios conn et dim fact exhibuit, et se partem pro eisdem Decano et Capitulo fecit, ac nomine procuris eorundem Decani et Capituli dicto venerabili viro Willmo Coton sacræ Theologiæ professori tunc ibidem personaliter presenti, quasdam Literas Testimoniales sive Certificatorias Sigillo commun eorundem Decani et Capituli (ut asseruit) sub Cera rubea etiam sigillat de et super electione dicti venerabilis viri in Episcopum et Pastorem ecclesiæ Cathis Exon predict fact et celebrat presentavit, eundemqz Dnm Electum instanter instantius et instantissime quatenus eidem electioni de ipso et eius persona (ut premittitur) fact et celebrat consentire, et consensum et assensum suos eidem præbere dignaretur, rogavit et requisivit; Qui quidem Dns electus Exon antedictus sic requisitus et interpellatus primo et ante omnia gratias agens dictæ serenissimæ Dnæ nostræ Reginæ quæ ipsum licet indignum (ut asseruit) dictis Decano et Capitulo commendare dignata est: Deinde eisdem Decano et Capitulo qui eum tam gratis animis amice elegerunt, licet se tanto muneri indignum indicaret, tamen ut ipse divinæ voluntati et dictæ Dnæ nostræ Reginæ beneplacito, minime obtemperare videretur, Deum precatus est, ut suo sancto spiritu et gratia speciali sibi in omnibus adesse velit, ad illustrand nominis sui gloriam et ecclesiæ utilitatem procurand, electioni predict de ipso et eius persona (ut prefertur) fact et celebrat consentiebat in scriptis per eum lectis, prout in schedula quam in manibus suis tunc tenens continetur, Cuius quidem schedule verus tenor sequitur et est talis vizt: **In Dei nomine Amen**, Ego Willmus Coton sacræ Theologiæ professor in Episcopum et Pastorem eccliæ Cathedralis Beati Petri Exon rite et legitime nominatus et electus, ad consentiend hmoi electioni de me et persona mea in hac parte facto et celebrato ex parte et per partem venerabilium virorum Decani et Capituli ecclesiæ Cathis Beati Petri Exon predict instanter rogatus et requisitus, Dei Omnipotentis Clementia fretus, electioni hmoi de me et persona mea sic (ut prefertur) facto et celebrato ad honorem Dei omnipotentis patris filij et spiritus sancti consentio, eidemqz consensum et assensum meos semel atqz iterum rogatus et interpellatus prebeo in hijs scriptis. **Super** quibus premissis omnibus et singulis, tam ipse Dns electus, quam prefatus procurator me Notarium publicum subscriptum sibi unum vel plura publicum seu publica, Instrumentum sive instrumenta conficere, ac testes inferius nominatos testimonium inde perhibere instanter rogavit et requisivit, Acta fuerunt hec omnia et singula premissa prout supra scribuntur et recitantur sub anno Domini Regniqz Regie Maiestatis mense die et loco predictis, Presentibus tunc et ibidem Thoma Mabson et Edwardo Redman literatis testibus ad premissa vocatis specialiter et requisitis.

Et ego Thomas Redman Sarum diocess natus publica autoritate regia notarius, Quia premissis omnibus et singulis dum sic (ut premittitur) sub Annis Dni regniqz Regie Maiestatis mense die et loco predictis agebantur et fiebant, unacum prenominatis testibus presens personaliter interfui, eaqz omnia et singula sub modo et forma prenominatis fieri geri et expediri, vidi scivi et audivi, atqz in notam sumpsi, Ideo hoc presens publicum Instrumentum manu alterius (me interim alijs impedito negotijs) fideliter scriptum exinde confeci, et in hanc publicam et autenticam formam redegi feci et procuravi, Necnon signo nomine cognomine et subscriptione meis solitis et consuetis signavi et subscripsi in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum rogatus et specialiter requisitus.

Secunda Schedula

In dei nomine Amen, Nos Edwardus Stanhope Legum Doctor Reverendissimi in Christo patris et Domini Dni Johannis divina providentia Cantuar Archiepi totius —

totius Anglie Primatis et Metropolitani vicarius in spualibus generalis et officialis principalis, necnon Commissarius inter alios ad infrascripta conm et dim specialiter et ltime constitutus, In negotio Confirmationis electionis de persona venerabilis viri Willmi Coton sacre Theologie professoris in Epum et Pastorem ecclesie Cathlis Beati Petri Exon electi facte et celebrate, rite et legitime procedentes, omnes et singulos oppositores (si qui sint) qui contra dictam electionem, formam eiusdem aut personam electam dicere excipere vel opponere voluerint, ad comparendum coram nobis istis die hora et loco (si sua putaverint interesse) contra dictam electionem formam eiusdem, aut personam electam in debita Juris forma dicturos excepturos, vel opposituros, alias legitime et peremptorie citatos, sepius publice preconizatos, diuque et sufficienter expectatos, et nullo modo comparentes, nec contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam electam hmoi aliquid dicentes, excipientes vel opponentes, ad petitionem partis Decani et Capituli Beati Petri Exon predict pronunciamus contumaces, et in penam contumaciarum suarum hmoi decernimus procedendum fore, ad prolationem Sententie nostre diffinitive sive nostri finalis decreti in hmoi negotio ferendum, ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante. Ed: Stanhope

Sententia

In Dei nomine Amen, Auditis visis et intellectis ac plenarie et mature discussis per Nos Edwardum Stanhope Legum Doctorem Reverendissimi in Xpo patris et Domini Dni Johannis divina providentia Cantuar Archiepi totius Anglie Primatis et Metropolitani vicarium in spualibus generalem, et officialem principalem; Necnon Commissarium inter alios ad infrascripta conm et dim specialiter et ltime constitutum: Meritis et circumstantiis cuiusdam cause sive negotii Confirmationis electionis de persona venerabilis viri Willmi Coton sacre Theologie doctoris in Episcopum et Pastorem ecclesie Cathedralis Beati Petri Exon electi facte et celebrate, - Que coram nobis in Judicio aliquandiu vertebatur, vertiturque in presenti et pendet indecisa, Rimatoque primitus per nos toto et integro processu coram nobis in dicto Confirmationis negotio habito et facto, atque diligenter recensito, Servatisque per nos de Jure et Statutis huius Regni Anglie in ea parte servandis, ad nostre Sententie diffinitive sive nostri finalis decreti prolationem in hmoi Confirmationis negotio ferendum, sic duximus procedendum fore, et procedimus in hunc qui sequitur modum: Quia per acta inactitata, deducta, allegata, proposita, exhibita, confessata, pariter et probata coram nobis in dicto Confirmationis negotio comperimus et luculenter invenimus electionem predictam per Decanum et Capitulum ecclesie Cathedralis Beati Petri Exon predict de prenominato venerabili viro Willmo Coton electo hmoi viro utique provido et discreto, vita et moribus merito commendato, libero et de legitimo matrimonio procreato, atque in etate legitima et ordine sacerdotali constituto, rite et ltime fuisse et esse factam et celebratam, nihilque eidem venerabili viro Electo hmoi de institutis ecclesiasticis obviasse, quominus in Epum Exon auctoritate dicti Reverendissimi patris merito debeat confirmari. **Idcirco** Nos Edwardus Stanhope vicarius in spualibus generalis, Commissarius et Judex antedictus sic (ut prefertur) specialiter deputatus, attentis premissis et aliis virtutum meritis quibus prenominatus Electus Exon Episcopus fide digno commendatur testimonio, Xpi nomine primitus invocato, ac ipsum solum Deum oculis nostris preponentes et habentes de et cum consensu Jurisperitorum cum quibus in hac parte communicavimus - Prenominatam electionem de eodem venerabili viro Willmo Coton factam et celebratam auctoritate qua fungimur confirmamus, Defectusque quoscunque in dicto Confirmationis negotio intervenien, (si qui forsan sint), quantum in nobis est et de Jure poterimus supplentes et supplemus, Ipsumque Dnum electum et confirmatum consecrand et benedicend fore decernimus, Curamque regimen et administrationem spiritualium dicti Episcopatus Exon eidem Dno Electo et confirmato committimus, Ac ipsum in realem actualem et corporalem possessionem dicti Episcopatus Exon, Juriumque dignitatum, honorum preheminentiarum et pertinentium suorum universorum inducend et inthronizand fore per Archidiaconum Cantuar eiusve Deputat (iuxta ecclesie Cathlis Beati Petri Exon predict morem et Consuetudinem) Legibus et Statutis huius Regni Anglie non adversantibus, etiam decernimus et declaramus per hanc nostram Sententiam diffinitivam

sive

siue hoc nostrum finale decretum, quam siue quod ferimus et promulgamus in his scriptis Ed. Stanhope

Lecta fuit huiusmodi Sententia per prefatum venerabilem virum Edwardum Stanhope Legum Doctorem vicarium &c et Commissarium &c dicti Reverendissimi patris &c, die Sabbathi undecimo vizt die mensis Novembris Anno Domini Millesimo quingentesimo nonagesimo octavo, in Ecclesia parochiali Beatæ Mariæ virginis de Arcubus London &c, inter horas octavam et undecimam ante meridiem eiusdem diei, ad petitionem magistri Alexandri Seale Notarij publici procuratoris decani et Capituli ecclesiæ Cathedralis Beati Petri Exon &c In presentijs nostrorum Thome Redman et Johannis Coston Notariorum publicorum &c, Super quibus &c, presentibus tunc et ibidem testibus in actis mentionatis &c

Actus Consecrationis **Die Dominico duodecimo vizt die mensis** Novembris Anno Domini Millesimo quingentesimo nonagesimo octavo, Et translationis Reverendissimi in Christo patris et Domini Domini Johannis divina providentia Cantuar Archiepiscopi totius Angliæ Primatis et Metropolitani Anno decimo sexto, In Capella dicti Reverendissimi patris infra Manerium suum de Lambehith in Comitat Surr situat, Idem Reverendissimus pater vigore et authoritate Literarum Commissionalium patentium Illustrissime in Christo principis et Domine nostre Domine Elizabeth Dei gratia Angliæ ffrancie et Hibernie Regine fidei defensor &c sibi in hac parte directarum, (assistentibus sibi Reverendis in Christo patribus Dominis Richardo London, Willmo Coven et Lichfeld, et Anthonio Cicestren respective Episcopis, munus Consecrationis venerabili viro Willimo Coton sacre Theologie Doctori in Episcopum et Pastorem ecclesie Cathedralis beati Petri Exon electo et confirmato, (prestito primitus per eundem Dominum Electum Juramento tam de agnoscenda regiam supremam potestatem in causis ecclesiasticis ac temporalibus, ac de renunciando omni et omnimode Jurisdictioni, potestati, autoritati, et superioritati forancis iuxta vim formam et effectum Statuti Parliamenti huius inclyti Regni Angliæ in ea parte editi et provisi, quam de reverentia et obedientia debit Domino Archiepiscopo Cantuar et ecclesie Metropolitice Christi Cant adhibendi, adhibitisque ritibus et ceremonijs de usu moderno ecclesiæ Anglicane adhibendi iuxta formam descript in libro intitulat, The forme and manner of makinge and consecratinge Bisshops Preists and Deacons, impendebat, in presentia nostrorum Thome Redman et Johannis Coston Notariorum publicorum Officium Registrariatus principalis sedis Archiepiscopalis Cantuar exercentium: Presentibus tunc et ibidem venerabilibus et egregijs viris Roberto Wroth, Roberto Crosse et Willim Meyricke militibus, Edwardo Stanhope Legum Doctore vicario in spiritualibus generali domini Reverendissimi patris, Daniele Dun Legum Doctore Curie Audientie Cantuar Auditore, Johanne Gibson Legum Doctore Curie Prerogative Cantuar magistro Custode sive Commissario, Johanne Lloyd legum Doctore,   Hutchenson sacre Theologie professore, Willmo Barlowe et Carolo Fotherbye sacræ Theologiæ Bacchis et multis alijs in numero copioso congregatis testibus &c

Mandatum Archiepiscopi ad installandum Episcopum Exon **Johannes** divina providentia Cantuar Archiepiscopus totius Angliæ Primas et Metropolitanus, ad infrascripta auctoritate Parliamenti huius inclyti Regni Angliæ mediantibus literis Commissionalibus paten Illustrissime in Christo principis et Domine nostre Domine Elizabeth Dei gratia Angliæ ffrancie et Hibernie Regine fidei defensor &c, sufficienter et legitime fulcitus. **Venerabili** viro Carolo ffotherby sacre Theologie Baccalaureo Archidiacono nostro Cantuar in ecclesia nostra Cathedrali et Metropolitica Christi Cantuar salutem et gratiam. Cum vacante nuper sede Episcopali Exon per Translacionem Reverendi patris Domini Gervasij Babington ultimi Episcopi ibidem ad Episcopatum Wigorn, decanus et Capitulum ecclesie Cathedralis Beati Petri

Exon predict (Licentia regia in ea parte prius petita et obtenta) venerabilem virum Willimum Coton sacre Theologie professorem in eorum et dicte ecclesie Cathis Beati Petri Exon predict Episcopum et Pastorem elegerint, et ecclesie Cathedrali predict providerint de eodem: Quam quidem Electionem et personam electam (servatis de Jure et statutis huius Regni Anglie in ea parte servandis), Nos Johannes Archiepus Cantuar antedictus auctate qua supra confirmavimus, eidemque Confirmato curam regimen et administrationem Spualium dicti Epatus Exon commisimus: Necnon consequenter munus Consecrationis (adhibitis ritibus et Ceremonijs de more ecclie Anglicane moderno adhibendis) eidem electo et confirmato impendimus, Ipsumque Dnm Electum, Confirmatum, et consecratum seu procuratorem suum legitimum eius nomine et pro eo in realem actualem et corporalem possessionem dicti Episcopatus Exon, Iuriumque honorum, dignitatum preheminentiarum et pertinentium suorum universorum inducend installand et inthronizand fore decrevimus Justitia mediante: Tibi igitur firmiter precipiendo mandamus, quatenus prefatum Reverendum patrem Dnm Willimum Coton electum confirmatum et consecratum, seu procuratorem suum ltimum eius nomine ac pro eo in realem actualem et corporalem possessionem prefati Epatus Exon, Iuriumque honorum, dignitatum, preheminentiarum et ptinen suorum universorum inducas, installes, et inthronizes, seu sic induci installari et inthronizari facias cum effectu, Cathedramque sive sedem Epalem in ecclia Cathi Beati Petri Exon predict Episcopo ibidem assignari solit sibi (uti moris est) assignes, et eum in nomine Dni nri Jesu Christi imponas seu imponi facias prout decet, Iuribus et Consuetudinibus nris Archiepalibus, et ecclie nostre Cathis et Metropolitice Xpi Cantuar dignitatibus et honoribus in omnibus semper salvis: In cuius rei Testimonium Sigillum quo in hac parte utimur ptibus apponi fecimus: Dat decimo tertio die mensis Novembris Anno Dni Millesimo quingentesimo nonagesimo octavo, Et nostre Translationis Anno decimo sexto

Mandatum Dni Archidiaconi Cantuar sigillo Commissarij Capituli sancti Pauli London sigillat emanavit sub dat 27 Novembris 1598, direct viris Willimo Marston, Johanni Leach, Roberto Lawe, Thome Godwyn, et Thome Barret prebendar ibm

Acta habita et facta

Sarum

in negotio Confirmationis electionis factae de persona venerabilis viri Henrici Cotton sacre Theologie professoris in Episcopum et Pastorem ecclesie Cathedralis Beate Marie virginis Sarum per Decanum et Capitulum eiusdem ecclie Cathedralis electi, die Sabbathi Undecimo vizt die mensis Novembris Anno Dni Millesimo quingentesimo nonagesimo octavo, Regnique Illustrissime in Xpo principis et Domine nostre Dne Elizabeth Dei gratia Anglie ffrancie et Hibernie Regine fidei defensor etc. Anno Quadragesimo, in Ecclesia parochiali Beate Marie virginis de Arcubus London ecclesie Xpi Cantuar Iurisdictionis immediate inter horas primam et tertiam post meridiem eiusdem diei Coram venerabili viro Edwardo Stanhope Legum Doctore Reverendissimi in Xpo patris et Domini Dni Johannis divina providentia Cantuar Archiepi totius Anglie Primatis et Metropolitani vicario in spualibus generali et officiali principali sufficienter et legitime Deputato et Constituto, In presentijs nostrorum Thome Redman et Johannis Coston Notariorum publicorum etc.

Dictis die et loco atque inter horas pred presentatis coram prefato venerabili viro Edwardo Stanhope Legum Doctore vicario etc iudicialiter et Tribunali seden, Literis patentibus Regijs de assensu suo regio prefato reverendissimo patri dicert, necnon Literis Commissionalibus dicti Reverendissimi patris eidem Edwardo Stanhope, et alijs conim et divim in hac parte factis, ac per me prefatum Thomam Redman de mandato dicti magri Edwardi Stanhope publice lectis: Idem magr Edwardus Stanhope ob honorem et reverentiam dicte Dne nre Regine et memorati Reverendissimi patris acceptavit in se onus executionis dictarum Literarum paten et Commissionalium, et decrevit procedend fore iuxta vim formam et effectum earundem: Deinde comparuit personaliter magr Johannes Burrough Notarius publicus Alme Curie Cantuar de Arcubus London procuratorum generalium unus, et exhibuit procuratorium suum pro venerabilibus viris Decano et Capitulo ecclesie Cathedralis Beate Marie Virginis Sarum predci sigillo eorum communi (vt apparuit) sigillat, et fecit se partem pro eisdem, et nomine procurio eorundem Decani et Capituli presentavit eidem vicario in spualibus generali venerabilem virum Henricum Cotton sacre Theologie professorem in Episcopum et Pastorem sedis Episcopalis Sarum electum, et ipsum e regione confirmantis sistebat: Et tunc dictus magr Johannes Burrough exhibuit mandatum originale alis contra oppositores in hoc negotio emanat vna cum Certificatorio in dorso super executione eiusdem, et petijt eos omnes et singulos oppositores hmoi publice preconizari: Et tunc facta trina publica preconizatione omnium et singulorum oppositorum hmoi ad hos diem et locum ad dicend et opponend contra electionem predcam &c citatorum, et nullo eorum comparen dictus magr Burrough procurator et nomine procurio quo supra petijt eos omnes et singulos reputari contumaces, et in poenam contumaciarum suarum hmoi viam vlterius opponendi in hac ca sive negotio eis et eorum cuilibet precludi &c, ad cuius petitionem dictus magr Edwardus Stanhope vicarius generalis antedictus, pronunciavit eos et eorum quemlibet contumaces, et in poenam contumaciarum suarum hmoi viam vlterius opponendi in hac causa eis et eorum cuilibet preclusit, Necnon ad petitionem dci Johis Burrough ad vlteriora in dicto confirmationis negotio procedend fore decrevit, ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante prout in schedula per eundem magrum Edwardum Stanhope lecta plenius apparet: **Deinde** dictus magr Johannes Burrough dedit summariam petitionem in scriptis et Dns ad eius petitioem decrevit procedendum fore summarie et de plano, et assignavit eidem magro Johanni Burrough ad proband dictam summariam petitioem ad statim: Et tunc idem magr Johannes Burrough in subsidium probationis contentorum in dicta summaria petitioe exhibuit quoddam Certificatorium sive Lras Testimoniales super electione eiusdem venerabilis viri Henrici Cotton sacre Theologie professoris in Epum et Pastorem Eclie Cathis Beate Marie Virginis Sarum predci, per Decanum et Capitulum eiusdem eclie fact Necnon Literas patentes regias magno sigillo Anglie sigillat: Ac etiam exhibuit instrumentum super consensu prefati venlis viri Dni Electi eidem electioni etiam adhibit: Quibus sic factis Dominus ad petitioem dicti Johannis Burrough assignavit ad audiend sententiam sive finale decretum ad statim. Consequenter vero facta alia trina publica preconizatione omnium et singulorum oppositorum sic (vt premittitur) citatorum, et nullo modo comparen, nec quicquam in hac parte opponen vel obijcien, Dns ad petitioem dicti mri Johis Burrough vt supra accusan eorum contumacias et peten &c, pronunciavit eos et eorum quemlibet contumaces, et in poenam Contumaciarum suarum hmoi decrevit procedend fore ad prolationem Sententie diffinitive in hmoi negotio, ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstan: Deinde prestito Iuramento per prefatum venerabilem virum Dnm Electum antedictum ad sancta Dei Evangelia per eum corporaliter tacta et deosculata de fidelitate obedientia et subiectione prefate Serenissime Dne nostre Regine prestand et exhibend, Necnon de renunciand refutand et recusand omni et omnimode Iurisdictioni ptati auctoritati, et superioritati foraneis iuxta vim formam et effectum Statuti Parliamenti huius inclyti Regni Anglie in ea parte edit et provisi, dictus magr Edwardus Stanhope ad petitioem prefati magri Johannis Burrough legit tulit et promulgavit Sniam diffinitivam in dco Confirmationis negotio in scriptis conceptam pronunciand declarand et cetera faciend prout in eadem continetur: **Super** quibus omnibus et singulis tam dictus venerabilis vir Dns Electus Sarum, quam memoratus magr Johes Burrough me Notarium publicum antedictum sibi vnum vel plura publicum seu publica Instrumentum sive instrumenta conficere, ac testes inferius nominatos testimonium inde perhibere instanter respective rogarunt et requisiverunt: Postremo vero dictus magr Edwardus Stanhope vicarius generalis antedictus ad petitioem prelibati venerabilis viri Dni

Electi decrevit sibi Literas Testimoniales omnibus et singulis premissis sic (ut premittitur)
gestis et expeditis fieri et liberari, presentibus tunc et ibidem venerabilibus viris Arthuro Bright
sacre Theologie professore, Johanne Lloyd, Willmo Wood, Willmo Wilkenson, Richardo Trevor,
et Evano Morris Legum Doctoribus, Edwardo Say, Thoma Ffles, Richardo Tedall, Alexandro
Serle, Johanne Jones, Thoma Sadler, Johanne Rit et Johanne Drake notarijs publicis,
Willmo Sallamore Apparitore generali, Thoma Mabson et Georgio Fforman literatis cum
multis alijs in numero copioso congregatis testibus &c. Tenores vero tam literarum paten
regie Maiestatis, quam etiam totius processus in dicto Confirmacionis negotio habit et fact ac
superius mentionat sequuntur et sunt tales viz.

Lre paten Regia

Elizabeth dei gratia Anglie Ffrancie et Hibernie Regina fidei Defensor
&c. Reverendissimo in Christo patri, ac predilecto et perquam fideli Consiliario nostro
Dno Johanni Cantuarien Archiepo, ac alijs quibuscunque Episcopis quorum in hac parte
interest Salutem: Cum vacante nuper sede Episcopali Sarum per mortem naturalem
Johannis Coldwell ultimi Pastoris ibidem, ad humilem peticionem Decani et Capituli eiusdem
ecclesie per literas nostras patentes Licentiam concesserimus alium sibi eligend in Episcopum
et Pastorem sedis antedicte, ijdem Decanus et Capitulum vigore et obtentu Licencie
nostre predict, Dilectum nobis in Christo Henricum Cotton sacre Theologie professorem
unum ex Ordinarijs Capellanis nostris sibi et ecclesie predict elegerunt in Episcopum
et Pastorem, prout per literas suas Sigillo eorum communi sigillat nobis inde
direct plenius apparet: Nos electionem illam acceptantes eidem electioni regium nostrum
assensum adhibuimus et favorem, Et hoc vobis presentium tenore significamus, Rogan
tes ac in fide et dilectione quibus nobis tenemini firmiter precipiendo mandantes, quate
nus vos eundem Henricum Cotton in Episcopum et Pastorem ecclesie Cathedralis
predict, sic ut prefertur elect, electionemque predictam confirmare, Et eundem Henri
cum Episcopum et Pastorem eiusdem ecclesie consecrare, Ceteraque omnia et singula
peragere que vestro hac in parte pastorali incumbunt officio iuxta formam Statuti
in ea parte edit et provis velitis cum favore et effectu: In cuius rei Testimonium
has literas nras fieri fecimus patentes: Teste me ipsa apud Westm Sexto decimo
die Octobris, Anno Regni nri Quadragesimo, per bre de privat sigillo. Nore
Egerton

Lre Commissionale Reverendissimi

Johannes divina providen Cantuar Archiepus totius Anglie Primas et
Metropolitanus; Dilectis nobis in Christo venerabilibus viris Edwardo Stanhope
Legum Doctori vicario nostro in spualibus generali et officiali principali, Necnon Danieli
Dun, Willmo Fferrand, et Johanni Amye Legum respective Doctoribus salutem et
gratiam: Cum literas paten Illustrissime in Christo principis et Domine nostre Dne Eliza
beth, Dei gratia Anglie Ffrancie et Hibernie Regine fidei Defensor &c. Sigillo suo
magno Anglie sigillat gerentes datum apud Westm decimo sexto die mensis Octobris
Anno Regni sui felicissimi Quadragesimo receperimus; Cumque inter alia in eisdem nobis
preceptum est, ut electionem venerabilis viri Henrici Cotton sacre Theologie professoris in
Episcopum Sarum confirmaremus: Nos cum ea qua decuit reverentia volentes mandato regio
in ea parte humiliter satisfacere, Ad examinand igitur discutiend approband et confirmand
dictam electionem de persona dicti venerabilis viri Henrici Cotton factam et celebratam
ipsamque electionem et personam sic electam, secundum Juris et Statutorum huius regni Anglie
exigentiam, ac iuxta tenorem formam et effectum mandati regij predict nobis in ea parte (ut
prefertur) facti et directi, (quatenus eandem electionem rite et legitime factam et celebratam
fuisse et esse vobis con et di constiterit) rite et legitime approband et comprobaud, defec
tusque (si qui forsan in ea parte intervenerint) rite et legitime supplend. Ceteraque omnia
et singula faciend exercend et expediend que in hac parte necessaria fuerint seu quomodolibet
opportuna; Vobis con et di committimus vices nostras ac plenam in Domino tenore
presentium concedimus potestatem (Juribus nostris Archiepalibus Cantuar, Ceterisque
emolumentis

emolumentis, nobis et Officiarijs ac ministris nostris in hac parte competentibus semper salvis et reservatis: In cuius rei Testimonium Sigillum quo in hac parte vtimur presentibus apponi fecimus; Dat in Manerio nostro de Lambehith Octavo die mensis Novembris; Anno Dni Millesimo quingentesimo nonagesimo octavo, Et nostre Translacionis Anno decimo sexto. E.

Procur' ad petend consensum dni Electi et confirmacōem Electionis

Pateat vniversis per pntes

Quod nos Johes Bridges sacre Theologie professor ecclesie Cathedralis Beate Marie Sarum Decanus, et eiusdem ecclesie Capitulum, Dilectos nobis in xpo venerabiles viros, magros Willmum South et Thomam White sacre Theologie respective professores, dicteqz ecclesie Cathis Sarum Precentorem ac Thesaurarium, Abrahamum Conham Canonicum Residentiariu Willmum Camden et Samuelem Procter eiusdem eccl̃ie respective prebendarios, Robertum Penruddocke, Johannem Tice et Thomam Sutton generosos, necnon Johem Burroughes notarium publicum, Alme Curie Cantuar de Arcubus London procuratorum generalium vnum Con^m et eorum quemlibet per se di^m et insolid, Ita qd non sit melior Condicio occupan, nec deterior subsequen sed quod vnus eorum inceperit, id ipsorum quilibet libere prosequi valeat mediare pariter et finire, nros veros certos, ltimos, et indubitatos procuratores actores factores negotiorumqz nrorum gestores et nuncios tam speciales quam generales ad infrascripta omnia et singula, nominamus ordinamus facimus et constituimus per pntes: Damusqz et concedimus eisdem procuratoribus nris nris con^m et eorum cuilibet (vt prefertur) per se di^m et insolidum ptatem generale et mandat speciale quam gnale pro nobis vice loco et nomine coram venerabili viro magro Henrico Cotton sacre Theologie professore ac Canonico Residentiario eccl̃ie Cathis Sancte Trinitatis Winton, necnon Capellanorum regie Maiestatis Ordinariorum vno, alias in Epum et Pastorem ecclesie Cathis Sarum pred per nos nuper (licentia regia prehabita et obtenta) electo comparend et intercessend, Lrasqz nras Certificatorias sive decretum vel Instrumentum nrum Certificatorium de et super electione nra hmoi, alias per nos fact et confect, sigilloqz nro Communi sigillat eidem venerabili viro debita cum reverentia realiter presentand et ostendend, Ipsumqz humiliter et cum instantia rogand quatenus electioni nre predict, sic (vt premittitur) de persona sua fact et solemniter Celebrate consentire, ac consensum et assensum suos eidem si placeat expresse prebere dignetur: Quam quidem electionem si prefatus venelis vir Dnus Elect, antedictus aequi boni consulerit, eidemqz aequo animo assentire et consentire dignatus fuerit, Damusqz et concedimus eisdem procuratoribus nostris Con^m (vt prefertur) et di^m ptatem generalem et mandatum speciale, eandem electionem nram Illasqz Lras nostras significatorias desuper factas et autentice confectas, sigillo nostro coi predict munitas, Illustrissime et Serenissime in xpo principi et Domine nre Dne Elizabeth Dei gra Anglie Francie et Hibernie Regine fidei Defensori Et pro nobis ac vice loco et nomine nris (cum eo quo decet obsequio humilitate et obia) presentand, intimand et notificand, Regalemqz ipsius Regie Maiestatis consensum pariter et assensum electioni nre hmoi adhiberi suppliciter petend rogand et postuland, Lras quoqz Regias mandatarias ab eadem Illustrissima, Reverendissimo in xpo pri ac Dno nro Dno Johanni providen Dei Cantuar Archiepo totius Anglie Primati et Metropolitano, ad hmoi electionem nram de persona pred sic (vt premittitur) per nos habit et factam confirmand, munusqz benedictionis et consecracois postea in debita Juris forma (Juris ordine in omnibus observato) eidem Dno electo impendend, ac ipsum viduate adhuc ecclie nre Cathi Sarum sponsum (vt aiunt) et Epum consecrand, et benedicend, et sic consecratē et benedictē in forma solemni habit et celebrat eundem tam in sedem suam Epalem Sarum, quam in stallum in Choro eiusdem ecclie ratione prebende de Potterne eidem Epatui vnite et annexe ab antiquo assignari solit inthronizand et installand, ac deinde quamprimum Regie sue Maiestati visum fuerit opportunum Restitucoem Temporalium aliorumqz Jurium Epalium administracoem a Regia sua munificentia ad vsum Epi nri predict pari humilitate et obsequio respective petend, prosequend, procurand, et obtinend: Dantes vlterius et concedentes eisdem procuribus nris con^m (vt prefertur) et di^m similem ptatem et auctatem

Coram prefato Reuerendmo patre Dno Johanne Cantuar Archiepo seu eius vicario in spualibus generali, aut alio quocunqz ptatem et auctatem in premissis habente vel habituro, pro nobis vice loco ac nomine nris personaliter comparend, Nosqz a personali comparicoe excusand, Causasqz absentie nre hmoi proponend, allegand, probaund, ac desuper si opus fuerit, fidem faciend, Instrumentumqz quoddam nostrum aliud autenticum sigillo nro Comuni similiter sigillatum de toto et integro processu nostro in negotio antedicto, deqz modo et forma electionis pred, Paternitati sue Reuerendissime debita cum reuerentia presentand tradend et deliberand, Eiusqz paternitatem vel eius vicarium in spualibus generalem antedict de qualitatibus et circumstantijs dicte electionis et psone electe, ac omnibus et singulis hmoi decretum sive formam, electumqz et eligentes concernen sive tangen debite instruend, et informand, Officiumqz suum in premissis et ea concernentibus quibuscunqz secundum quod sibi a predca prepotentissima Principe nra dabitur in mandat iuxtaqz Iuris in ea parte exigentiam humilr et instanter rogand et implorand, Ceteraqz omnia et singula que in premissis et circa ea necessaria fuerint seu quomolt opportuna, tam quoad examinacoem electionis nre antedict, et persone pred als electe, quam quoad Confirmacoem eiusdem, Ipsiusqz Dni nri Epi iam electi consecracoem inthronizacoem et installacoem que per eundem Reuerendissimum prem, eiusqz paternam auctem ac mandatum fieri de Iure vel consuetudine requiruntur, omni ea qua fieri poterit celeritate et festinacoe, (ne predca eclia nra Cathis Sarum ratione viduitatis sue, quam per biennium iam elapsum summo cum dolore nostro infeliciter huiusqz tanquam onus importabile sustinuit, aut plura aut maiora patiatur incommoda) diligenter et cum effectu expediri perfici et consummari, petend, procurand, prosequend et obtinend, agend, defendend, proponend, libelland positionibusqz et articulis ex adverso condend litem contestand, et contestari vidend, ac de et super premissis omnibus et singulis in animas nras fidem faciend et Iurand Testesqz, Lras, instrta, ac alia quecunqz probationum genera producend, et exhibend, concludend et concludi vidend, ac quascunqz sententias ferri ac promulgari petend, et audiend, prouocand, appelland, Apostolosqz petend, Vicemqz demqz Confirmacionis negotium vsqz ad finalem expedicoem eiusdem prosequend, ac processum eiusdem approbari ratificari, et confirmari procurand et obtinend; Necnon administracoem omnium et singulorum tam spualium quam temporalium Epatus antedict eidem electo committi, Ipsumqz in realem actualem et corporalem possessionem dict Epatus, Iuriumqz honorum, prehementiarum et pertinentium suorum vniuersorum inducend et inthronizand fore decerni petend requirend et obtinend; Ac generaliter omnia et singla alia faciend exercend et expediend, que in premissis et circa ea necessaria fuerint seu quomolt opportuna, licet mandatum de se magis exigant speciale quam pntibus est expressum: Promittimusqz nos ratum gratum et firmum perpetuo habituros totum et quicquid dicti procuratores nostri seu eorum aliquis in hoc negotio expediendo fecerint seu fecerit in premissis seu aliquo premissorum: In cuius rei Testimonium hijs Lris nostris procuratorijs Sigillum nostrum Commune apponi fecimus, Dat in Domo nra Capitulari Tricesimo die mensis Septembris Anno Dni Millesimo quingentesimo nonagesimo octavo, Dictoqz Serenissime Dne nre Dne Elizabeth Regine nunc Et Anno Quadragesimo

Johannes diuina prouidentia Cantuar Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus: Vniuersis et singulis Clericis et literatis quibuscunqz per Prouinciam nram Cantuar vbilibet constitutis Salutem: Cum vacante nuper sede Epali Sarum per obitum bone memorie Dni Johannis Coldwell vltimi Episcopi et Pastoris eiusdem, Decanus et Capitulum eclie Cathis Beate Marie Virginis Sarum pro electione noui et futuri Epi ibidem (Licentia regia in ea parte prius petita et obtenta) certum terminum prefixerint et assignauerint, et in eiusdem electionis negotio termino ad id statuto et assignato rite procedentes, venerabilem virum Henricum Cotton sacre Theologie Baccalaureum in eorum et dicte eclie Cathis Epum et Pastorem elegerint: Cumqz Serenissima in xpo princeps et Dna nra Dna Elizabeth Dei gratia Anglie ffrancie et Hibernie Regina fidei Defensor &c, ad humilem peticoem eorundem Decani et Capituli, eidem electioni de persona prefati Dni Electi facte et celebrate regium suum adhibuerit assensum pariter et fauorem, prout per Lras suas patentes regias

Citacio q oppositores

regias sub magno sigillo Anglie sigillat nobis significaverit, Mandando quatenus nos electionem
predictam et personam electam confirmare iuxta tenorem Statuti in ea parte editi et provisi velimus
cum omni celeritate accommoda, prout per easdem Liras patentes Regias ad quas habeatur relatio
plenius liquet et apparet: Nos vero volentes eiusdem Serenissime Dne nre Regine mandatis
pro Officij nri debito parere, ac in hmoi Confirmationis negotio iuxta Juris et Statutorum
huius Regni Anglie exigentiam procedere, omnes et singulos (si qui sint) qui contra dictam electio-
nem, formam eiusdem, aut personam electam in hac parte dicere excipere vel opponere voluerint, ad
diem hor' locum et effectum infrascript evocandos et citandos fore decrevimus iustitia mediante.
Vobis igr con^m et di^m committimus et firmiter iniungendo mandamus, quatenus citetis seu citari
faciatis peremptorie altaq et intelligibili voce, infra ecclesiam parochiem Beate Marie Virginis de
Arcubus London, Decanatus de Arcubus London, nra et ecclie nre Cathis et Metropolitice Xpi
Cantuar' Jurisdictionis immediate, necnon per affixionem pntium in aliquo loco convenien infra
ecclesiam parochiem pred, vel in alijs locis publicis ubi videbitur expediens: Omnes et singulos
oppositores (si qui sint) in specie alioquin in genere qui contra dictam electionem, formam eiusdem,
aut personam in hac parte electam dicere excipere vel opponere voluerint: Qd compareant et
eorum quilt compareat coram nobis aut Vicario nro in spualibus generali et officiali principali,
vel Commissarijs nris sive aliquo eorum in hac parte quorumq in eadem ecclia parochi Beate
Marie Virginis de Arcubus London die Sabbathi, vizt Undecimo die pntis mensis Novembris
inter horas octavam et undecimam ante meridiem eiusdem diei, cum continuacoe et prorogacoe
dierum et loci extunc sequen si oporteat fiend, contra dictam electionem, formam eiusdem, aut
personam in hac parte electam (si sua putaverint interesse) in debita Juris forma dictur' excepturi
et oppositur', ulteriusq factur' et recepturi qd iustum fuerit in hac pte, et dicti negotij qualitas
et natura de se exigunt et requirunt: Intimetis preterea modo et forma preoritate omnibus
et singulis oppositoribus (si qui sint) in specie alioquin in genere, quibus nos etiam tenore pntium sic
intimamus: Qd sive ipsi sic citati dictis die hor' et loco coram nobis aut Vicario nro in spualibus
generali, vel Commissario predict comparuerint, et contra dictam electionem, formam eiusdem aut
personam electam hmoi dicere excipere vel opponere voluerint, sive non, Nos nihilominus in dicto
Confirmacois negotio iuxta Juris et Statutorum huius Regni Anglie exigentiam procedemus, ac
iustitiam ministrabimus, seu sic procedet et ministrabit Vicarius nr in Spualibus generalis et
Offi^lis principalis vel Commissarius predict, ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia
sive contumacia in aliquo non obstan: Et quid in premissis feceritis nos aut Vicarium nrum in
spualibus generalem ~~vel~~ antedictum vel Commissarium hmoi debite et autentice certificetis, seu sic
Certificet ille vrum qui presens nrum mandatum fuerit executus unacum pntibus: Dat Octavo
die mensis Novembris Anno Dni Millesimo quingentesimo nonagesimo octavo. Et nre Transl
Anno Decimo Sexto

Cer m eiusdem
citacois

Reverendissimo in Xpo patri et Dno Dno Johanni divina providen
Cantuar Archiepo totius Anglie Primati et Metropolitano, vroso Commissario in hac parte
spialiter deputat cuicumq Vester humilis et devotus Rogerus Bate literatus vr ad infrascript
mandatarius ltime constitutus, omnimodas reverentiam obedientiam et subiectionem tanto Reveren^mo
patri debit et condign cum honore, Mandatum vrum Reverendissimum retroscript nuper cum
ea qua decuit reverent humiliter recepi exequend, Cuius vigore ^liter^ et auctate omnes et singulos oppo-
sitores (si qui sint) tam in specie quam in genere qui contra retronominatam electionem, formam eiusdem,
aut personam electam dicere excipere vel opponere voluerint, per affixionem mandati vri Reveren^mi
retroscript in valvis exterioribus ecclie parochis Beate Marie Virginis de Arcubus London retro-
script et ibidem aliquandiu dimiss, die Mercurij Octavo vizt die mensis pntis Novembris
Anno Dni 1598 iam curren peremptorie citavi, Quod comparerent et eorum quilt compa-
reret coram nobis die hor' et loco in mandato vestro Reveren^mo hmoi contentis et specificatis,
contra dictam electionem formam eiusdem, aut personam in hac parte electam hmoi (si sua
putaverint interesse) in debita Juris forma dictur' exceptur' vel oppositur', ulteriusq factur'
et recepturi qd tenor et effectus istius vestri mandati Reverendissimi de se exigunt et re-
quirunt: Et preterea die et loco predictis eisdem oppositoribus omnibus et singulis sic (ut pre-
fertur)

fertur) citatis intimari, qd ſiue ipſi dictis die hor' et loco comparere curauerint, et quo impetrata ſunt fecerint ſiue non, vos nihilominus aut Commiſſarij vri vel eorum aliquis in eodem Confirmacois negotio iuxta Juris et Statutorum huius Regni Anglie exigentiam procedetis ac iuſtitiam miniſtrabitis, ſeu ſic procedet et miniſtrabit Commiſſarius noſter hmoi, ipſorum ſic citatorum et non comparentiu abſentia ſiue contumacia in aliquo non obſtan: Et ſic ego mandatarius antedictus mandatum vrum Reuerenmum retroſcript hmoi quantum in me fuit debite diligenter et fideliter ſum executus: In cuius rei Teſtimonium Sigillum venerabilis viri Dni Archi in Eſſex pntibus appoñi procuraui. Et nos Archinus antedictus ad ſpecialem rogatum dicti Certificantis Sigillum noſtrum hmoi pntibus appoñi fecimus. Dat Nono die Menſis Nouembris Anno Dni Milleſimo quingenteſimo nonageſimo octauo

In Dei Nomine Amen Nos Edwardus Stanhope Legum Doctor Reuerendiſſimi in xpo patris et Dni Dni Johannis diuina prouiden Cantuar Archiepi totius Anglie Primatis et Metropolitani vicarius in ſpualibus generalis et officialis principalis, ltime conſtitut. Necnon Commiſſar inter alios ad infraſcripta conjunctim ſpecialiter et ltime deputat. In negotio Confirmationis electionis de perſona venerabilis viri magri Henrici Cotton ſacre Theologie profeſſoris in Epum et Paſtorem eccleſie Cathedralis Beate Marie Virginis Sarum electi facte et celebrate, rite et ltime procedentes, omnes et ſingulos oppoſitores qui contra dictam electionem formam eiuſdem, aut perſonam in hac parte electam dicere excipere, vel opponere voluerint, ad comparend coram nobis iſtis die hor' et loco (ſi ſua putauerint intereſſe) contra dictam electionem, formam eiuſdem aut perſonam in hac parte electam in debita Juris forma excepturi dicturi et oppoſituri, rite et peremptorie citatos, ſepius publice preconizatos, diuque et ſufficienter expectatos et nullo modo comparentes, ad petitionem partis Decani et Capituli eccleſie Cathis Beate Marie virginis Sarum pred, pronunciamus contumaces, ac ipſis et eorum cuilibet in penam contumaciarum ſuarum hmoi viam vlterius opponendi contra dictam electionem, formam eiuſdem et perſonam electam precludimus in hijs ſcriptis: Ac etiam decernimus ad vlteriora in dicto Confirmationis negotio procedend fore iuxta Juris et Statutorum huius Regni Anglie exigentiam, ipſorum ſic citatorum et non comparentium abſentia ſiue contumacia in aliquo non obſtante.

Prima ſchedula

In Dei nomine Amen Coram vobis Reuerendiſſimo in xpo patre et Dno Dno Johanne diuina prouidentia Cant Archiepo totius Anglie Primate et Metropolitano, ad infraſcript auctoritate Parliamenti huius inclyti Regni Anglie mediantibus Lris Commiſſionalibus patentibus Illuſtriſſime in xpo Principis et Dne nre Dne Elizabeth Dei gratia Anglie Ffrancie et hibernie Regine fidei Defenſ etc ſufficienter et ltime fulcito, vel vre vicario in Spualibus generali et Officiali principali ltime conſtituto, aut veſtris Commiſſarijs quibuſcumque in hac parte ſpecialiter deputatis, eorumve altero quocumque: Pars venerabilium virorum Decani et Capituli eccle Cathis Beate Marie virginis Sarum, dicit, allegat, et in hijs ſcriptis per viam ſummarie petitionis in Jure proponit articulatim prout ſequitur.

Summaria petitio

Imprimis vizt Qd ſedes Epalis Sarum per obitum bone memorie Dni Johannis Coldwell vltimi Epiſcopi ibidem nuper vacare cepit, et aliquandiu vacauit, paſtoriſque ſolatio deſtituta extitit et exiſtit, Hocque fuit et eſt verum publicum notorium, manifeſtum pariter et famoſum: Et ponit conm et dim ac de quolt.

Item qd dca ſede Epali Sarum dudum (vt prefertur) vacante, Decanus et Capitulum eccle Cathis beate Marie virginis Sarum pred Capitulariter congregati et Capitulum facientes (Lra regia in ea parte prius petita et obtenta) certum diem, ac domum ſuam Capitularem eccle Cathis predict pro hmoi electione faciend et celebranda vnanimiter et concorditer prefixerunt, ac omnes eiuſdem eccle Cathis Canonicos et prebendarios, ius vocis aut intereſſe in eadem electione habentes, ſeu habere pretendentes dictum et locum predictos in hmoi electionis negotio processur' et procedi visuros ltime' et peremptorie citari fecerunt - Hocq; fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum Et ponit ut supra

3 **Item** Qd prefati Decanus et Capitulum die et loco prefixis vizt die Sabbathi vicesimo tertio die mensis Septembris Anno Dni Millesimo quingentesimo nonagesimo octavo iam rursum capitulariter congregati et Capitulum facientes, servatis primitus per eos de Iure et Statutis huius Regni Anglie in ea parte servandis, habitoq; per eos tractatu diligenti de persona idonea eligenda in Episcopum et Pastorem ecclesie Cathis bte Marie virginis Sarum pred, tandem unanimiter et concorditer nullo eorum contradicente vel reclaman venerabilem virum Henricum Cotton sacre Theologie professorem in eorum et dicte ecclesie Cathis Epum et Pastorem elegerunt, et ecclie memorate de eodem providerunt. Et ponit ut supra

4 **Item** Qd Electio hmoi de persona electa die predco in ecclia Cathedrali Beate Marie virginis Sarum predict, coram Clero et populo tunc ibidem in numero copioso congregatis debite publicate et declarate fuerunt. Et ponit ut supra

5 **Item** Qd dictus electus hmoi electioni de persona sua in Epum et Pastorem Ecclie Cathis beate Marie virginis Sarum pred (ut prefertur) facte et celebrate ad humilem petitionem eorundem Decani et Capituli, debiteq; loco et tempore consentiebat, et consensum suum eidem prebuit in scriptis per eum lectis: Et ponit ut supra

6 **Item** Qd dictus venerabilis vir Henricus Cotton fuit et est vir providus et discretus, eminenti scientia, vita et moribus merito commendatus, liber et ltimo matrimonio procreatus, atq; in etate legitima et ordine sacerdotali constitutus; Necnon Deo devotus et ecclesie memorate apprime necessarius; Hocq; fuit et est verum publicum, notorium, manifestum pariter et famosum. Et ponit ut supra

7 **Item** Qd prefati Decanus et Capitulum hmoi Electionem et personam electam Serenissime Dne nre Elizabethe Regine per Lras suas patentes Sigillo eorum Communi roboratas pro officij sui debito, iuxta formam Statuti huius Regni Anglie in ea parte editi et provisi significarunt et intimarunt. Et ponit ut supra

8 **Item** Qd presentato ex parte dictorum Decani et Capituli eidem regie sublimitati processu electionis hmoi, eadem Serenissima nra Regina pro sua Clementia regia, electioni hmoi de persona prenominati venerabilis viri Henrici Cotton (ut prefertur) facte et celebrate, Consensum et assensum suos Regios gratiose adhibuit, illamq; ratam et gratam habuit et habet. Hocq; fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum. Et ponit ut supra

9 **Item** Qd dicta Serenissima Dna nra Regina vobis prefato Reverendissimo patri de assensu et consensu suis Regijs hmoi electioni (ut prefertur) adhibitis, per Lras suas patentes vobis inscriptas et directas non solum significavit, verum etiam earundem Lrarum suarum paten serie vobis rogando mandavit, quatinus vos electionem predcam et personam electam hmoi confirmare, eundemq; Epum et Pastorem ecclie predce consecrare, ceteraq; peragere que vro in hac parte incumbunt officio pastorali iuxta formam Statuti in ea pte editi et Literarum Patentium hmoi seriem velitis cum favore. Hocq; fuit et est verum publicum Notorium manifestum pariter et famosum. Et ponit ut supra

10 **Item** Qd premissa omnia et singula fuerunt et sunt vera publica notoria manifesta pariter et famosa; Atq; de et super eisdem laborarunt et in presenti laborant publica vox et fama: Unde facta fide de Iure in hac parte requisit, ad quam faciend, offert pars dictorum Decani et Capituli se promptam et paratam pro loco et tempore congruis et opportunis, petitq; eadem pars prefatam Electionem et personam electam confirmand et consecrand fore decerni, et cum effectu confirmari et consecrari, iuxta Iuris et Statutorum huius Regni Anglie exigentiam, necnon Lrarum patentium hmoi vobis directarum in hac parte seriem -

Curamq[ue] Regimen et administracoem spualium Epatus Sarum eidem clerico commisit, Ipsumq[ue] in realem actualem et corporalem possessionem dicti Epatus Sarum, Juriumq[ue] dignitatum honorum, preheminentiarum et ptinen suorum vniu[er]sorum inducend installand et inthronizand fore decrevit, vlteriusq[ue] fieri statui et decerni in premissis et ea concernentibus quibuscumq[ue] qd Juris fuerit et rationis: Supplendo defectus (si qui forsan sint) iuxta facultatem vobis concessam: Quas proponit et fieri petit pars ista proponens coniunctim et divisim non arctans se ad omnia et singula premissa probanda, nec ad onus superflue probacois de quo protestatur, Sed quatenus probavit in premissis eatenus obtineat in petitis Juris beneficio in omnibus semper salvo, vestrum Officium Dne Judex antedict humiliter implorando / &

Decretum Electionis Epi Sarum &c

Reverendissimo in xpo patri et Dno Dno **Johanni** providen divina Cant Archiepo totius Anglie Primati et Metropolitano, vobis Vicario in spualibus generali: Vestri humiles et devoti Johannes Bridges eccliae Cathis Sarum Decanus, ac eiusdem eccliae Capitulum salutem cum omni obedientia et reverentia tanto Reverendissimo patri debit et condign: Vestre Reverendissime paternitati tenore psentium significamus, Qd die Lune vizt Decimo octavo die mensis Septembris Anno Dni 1598, inter horas secundam et quintam post meridiem eiusdem diei, Coram nobis Johanne Bridges Decano antedict, Radulpho Pyckhaver Archino Sarum, Johanne Bolde, Johanne Colrell, et Abrahamo Conham Canonicis Residentiar eccliae pred, in domo Capitular nostra Capitulariter congregat et Caplum facientes in psentia Roberti Penruddocke notarij publici Clerici Capitular, comparuit quidam Thomas Sutton generosus, ac nobis presentavit Lras paten Serenissime Dne Elizabeth Regine de Conge deslier vnacum Lris Commendatorijs prefate Dne nre Regine sub sigillo suo privat nobis prefat Decano et Capitulo direct: Quarum quidem Tenores sequuntur vizt **Elizabetha** dei gratia Anglie Francie et Hibernie Regina fidei Defensor &c Dilectis sibi in xpo Decano et Capitulo eccliae Cathis Sarum salutem: Cum ex parte vestra nobis humiliter supplicatum est, vt cum ecclia predict per mortem vltimi Epi ibidem iam vacat, et pastoris solatio sit destitut, alium vobis eligendi in Epum et Pastorem Licentiam nram vobis concedere dignaremur; Nos precibus vris in hac parte favorabiliter inclinantes, Liam illam vobis duximus concedend: Rogantes qd talem virum vobis eligatis in Epum et Pastorem qui Deo devotus, nobisq[ue] ac Regno nro vtilis et fidelis existat: In cuius rei Testimonium has Lras nras fieri fecimus paten, Teste me ipa apud Westm xvjto die Septembris Anno Regni nri Quadragesimo, per Breve de privato sigillo, Egerton, Cox, Elizabeth, By the Queene: **Trustie** and well beloved wee greete you well, whereas the Bisshoprike of Salisburie is at this psnte voyde, by the decease of the last Bisshopp of that see; we lett you weete that accordinge to our accustomed princely Care to have suche a place provided of a personadge who in regarde of his learninge wisedome and other vertues should bee meete for the same: wee have called to mynde our trustie and welbeloved Henrie Cotton Doctor in Divinitie, and one of our Ordinary Chaplens one whome wee knowe to bee verie worthy thereof; And do therefore by theise our letters name and recommend him vnto you to bee elected Bisshop of that See of Salisburie, willinge and requiringe you forthwth vppon the receipt hereof to proceede to ye Election of him accordinge to the Lawes, and our Conge deslier, herewith sente vnto you; And the said Election so made to Certifie vnto vs vnder your Common seale as is vsed and requisite, Yeoven vnder our Signet at our mannor of Grenewch the ixth daie of September Anno Dni 1598, in the xlth yeere of our Reigne &c Windebanke. **Quibus** visis et perlect nos Decanus et Capitulum antedict vnanimi consensu et assensu decrevimus ad inchoand et procedend in electione novi Epi pro die Sabbati prox sequen vizt vicesimum tertium diem dicti mensis Septembris cum continuacoe et prorogatione dierum et horarum extunc sequentium si sit necesse fuerit, vsq[ue] ad finalem expedicoem electionis huiusmodi: Ac assignavimus et decrevimus omnes et singulos tam Canonicos Residentiar quam Canonicos Prebend eccliae predce tam presentes quam absentes infra Regnum Anglie degentes, qui debent aut solent de Jure seu consuetudine dicte eccliae ad Electiones Epales eiusdem eccliae vocari, per munitios nros quos duximus ordinand pro celebrand electione huiusmodi premonend vocand et personaliter citand, personaliter si reperiantur, alioquin per edict in singulis stallis eorundem in Choro eccliē predict publice proposit iuxta morem et consuetudinem hactenus obtent et observat in electionibus Pontificalibus ecclie predict, quibus die et loco prefixis si sic citat non comparuerint. Nos qui presentes tunc essemus non expectat aliorum presentijs ad electionem pred inchoand Deo favente procederemus. **Dicto** vero die Sabbathi adveniente existen xxiij° die dicti mensis Septembris inter horas secundam et quintam post meridiem eiusdem diei, Coram nobis Johanne Bridge Decano eccliē pred, Willmo Gouth precentore, Thoma Hyde Cancellar Sarum, Radulpho Pitchaver Archno Sarum, Johanne Bolde, Johanne Colrell et Abrahamo Conham Canonicis Residentiar et Hugone Munkefeild Prebendar de Highworth in Domo Capitulari predict, in pntia Roberti Penruddocke Clici Capitularis, Capitulariter congregat et Capitulum facientes inchoaturi et processuri et tunc et ibidem inchoan et proceden ad electionem predict, Comparuit Johes Bennett unus vicariorum Choralium eccliē Cathis pred nuncium in hac parte mandatar, et introduxit Lras Citatorias tam pro Canonicis residen quam Canonicis prebendat emanat et fidem fecit de executione earundem in separalibus stallis dignitat et prebendar eorundem iuxta morem antiquum in ea parte usitat: Unde facta publica preconizacione pro Canonicis prebendat et nullis comparentibus preter magistrum Hugonem Munkfeild Prebendar de Highworth antedict: Nos Decanus et Captlum antedict post longam expectationem adventus aliorum Canonicorum prebendat modo quo prefertur citat et non comparen pronunciavimus eos contumaces, Ac tunc et ibidem scrutatis Registris et Archivis nris de forma consueta electionis fiendi inter alia invenimus quoddam Capitulum seu Constitucionem vocat **Quia propter** quam ad manus non habuimus deberi legi et exponi ante electionem pred per aliquem Jurisperitum; Quam ob Causas, et propter multas alias tunc emergen ac nos et negotium pred specialiter concernen continuavimus et decrevimus negotium hmoi electionis ulterius expediend hoc loco, die Jovis prox extunc sequen inter horas primam et quintam post meridiem eiusdem diei tunc continuacione et prorogacione ut prius. **Quibus** die et loco inter horas primam et quintam post meridiem eiusdem diei, Coram nobis Johanne Bridge Decano, Willmo Gowth Precentore, Thoma Hide Cancellar Sarum, Radulpho Pitchaver Archno Sarum, Johe Bolde, Johanne Colrell, et Abrahamo Conham Canonicis Residentiarijs, Necnon Willmo Tooker, Hugone Munkfeild, Roberto Moodye, Egidio Thornborough et Willmo Arnold Canonicis prebendat, in pntia dicti Roberti Penruddocke clici Capitularis Capitulariter congregat et Capitulum facientes decantat in Choro hymno vocat, Veni Creator etc, Nos Decanus et Capitulum predict et Canonici Prebendat prefatum Robertum Penruddocke in Actorum scribam, ac Johannem Rice, Johannem Bennett et Thomam Tarleton in testes omnium et singulorum in hmoi electionis negotio agend assumpsimus: Quo facto Nos Decanus et Capitulum antedict decrevimus omnes et singulos Canonicos tam Residen quam prebendat modo quo prefertur citat preconizari, vizt Johem Bridges ecclie Cathis Sarum Decanum ac Prebendarium de Haightreddesbury et Godalming, Willmum Gowth Precentorem ecclie predict Prebendar de Ffordington et Writhlington. Thomam Hide Cancellarium Sarum ac Prebendar de Brikleworth, Radulphum Pitchaver Prebendar de Gillingham Maior, Johem Bolde Prebendar de Ulscombe, Johem Colrell Prebendar de Stratton, Abrahamum Conham Prebendar de Grantham Borial, Willmum Tooker Prebendar minorem ptis Altaris, Thomam White Thesaurarium Sarum ac prebendarium de Calne, Johem Ebden Prebendar de Torleton, Willmum Cole prebendar de Yarnsford, Thomam Holland Prebendar de Winterborne Earles, Davidem Yale Prebendarium de Lyme et Halstocke, Meredithum Morgan Prebendar de Bytton, Thomam Androwe Prebendar de Netherburie in Ecclia, Willmum Barkesdale Prebendar de Grantham Austral, Martinum Colpeper Archinum Berks, Edmundum Lillie Archinum Wilts, Willmum Prichard Prebendar de Husborne et Burbage, Robtum Moody Prebendar maioris partis Altaris, Willmum Goodwyn Prebendar de Slape, Leonardum Parry Prebendar de Combe et Harnham, Beniaminum Russell Prebendar de Stratford, Willmum Arnold Prebendar de Alton Pancrast, Radulphum Smyth Prebendar de Wodford et Wyvelsford, Thomam Faye Prebendar de Netherhaven, Egidium Thornborough Prebendar de Bedmyster et Radclyffe, Samuelem Proctor Prebendar de Taynton Regis, Robertum Pynkeny Prebendar de Beaminster prima, Johem Swont Prebendar de Chardstocke, Thomam Russell Prebendar de Grymston, Thomam Paynter Prebendar de Shipton, Richardum Johnson prebendar de Preston, Thomam Coldwell Prebendar de Beaminster secunda, Thomam Crompe Prebendar de Gillingham minor

Hugonem Gough Prebendar de Yattesburie, Hugonem Munkefeild Prebende de Highworthe, Willmum Camden Prebendar de Ilfer Combe, Edwardum Hutchyns Prebendar de Chesinbury et Chute, Petrum Sharpe Prebendar de Bysshopston, Johannem Ffennell Prebendar de Yatmyster secunda, Johannem Chambers Prebendar de Netherbury in terra, Ricardum Edes prebendar de Yatminster prima, Johem Case prebendar de Alton Boreal et Evans prebendar de Warmyster: **Quibus** sic preconizat diu expectat, et nullis comparen, preter Canonicos Residen et Canonicos Prebendat prius nominat, diu expectat et nullo modo comparen, Nos Decanus et Capitulum antedict pronunciavimus eos omnes et singulos sic citat preconizat et non comparentes contumaces, et eorum quemlibet contumacem, et in poenam contumaciarum suarum hmoi decrevimus procedend fore ad hmoi electionis negotium iuxta Iuris exigentiam ipsorum absentijs non obstan: Atque monuimus omnes et singulos extraneos si qui intersint quatenus recederent, nec in hmoi electionis negotio se intromittant, Deinde lect et exposit per Edwardum Tychborne in Legibus Bacchalaur Capitlo sive Constitutione Quia propter &c, Nos Decanus et Capitulum per viam Scrutiny in hmoi electionis negotio procedend fore decrevimus et elegimus Johannem Bridges Decanum antedictu et Willmum Zouche Precentorem, ac Thomam Hyde Cancellar antedict in scrutatores. Ac ceteris Canonicis et Prebendarijs semotis, ijdem scrutator prius vota sua propria dixerunt, Ac deinde vota et suffragia omnium et singulorum Canonicorum et Prebendar tunc in eodem Capitlo interessen receperunt. Quorum suffrag tenores sequuntur viz: **Ego** Johannes Bridges huius ecclie Decanus et Prebendari de Heitredesbery et Godalming eligo in Epum huius ecclie Sarum venerabilem virum Henricum Cotton: **Ego** Willmus Zouch Precentor ecclie Cathis Sarum Prebendar Prebende de Ffarrington et Writhlington sponte libere et absolute eligo venerandum virum magrum Henricum Cotton in Epum Sarum: **Ego** Thomas Hyde Cancellarius ecclie Cathis Sarum Prebendar Prebende de Britlesworth eligo et nomino in huius Ecclie Epum venerabilem virum Dnum Henricum Cotton sacre Theologie professorem unum ex Ordinarijs Regie Maiestatis Capellanis: **Ego** Radulphus Pickhaver Prebendarius Prebende de Gillingham maior nomino et eligo in Epum et Pastorem istius ecclesie venerabilem virum Henricum Cotton sacre Theologie professorem Capellanum Ordinarium Serenissime Dne Elizabethe Regine: **Ego** Johannes Bolde prebendarius de Ulcombe nomino libere et libenter Henricum Cotton virum venerabilem doctum et gravem in Epum Sarisburien: **Ego** Johannes Colrell prebendarius de Stratton nomino et eligo D. Henricum Cotton sacre Theologie professorem Capellanum Regium in Epum Sarum, **Ego** Abrahamus Conham Prebendarius Prebende de Grantham Boreal eligo reverendum virum magrum Henricum Cotton Episcopum Sarum: **Ego** Willmus Coxer Prebendarius Prebende minor partis Altaris eligo reverendum virum magrum Henricum Cotton Epum Sarum. **Ego** Hugo Munckfeild Prebendarius de Highworthe nomino venerabilem virum mrum Henricum Cotton sacre Theologie professorem in Epum Sarum: **Ego** Robertus Moody Prebendarius Prebende maioris pts Altaris eligo et nomino Henricum Cotton in Epum Sarum: **Ego** Egidius Thornborough Prebendar Prebende de Bedmyster et Radcliffe in ecclia Cathi Sarum eligo venerabilem virum Henricum Cotton in Epum Sarum: **Ego** Gulielmus Arnold Prebendari de Alton Pancrase nomino et eligo Dnum Henricum Cotton sacre Theologie professorem Regie Maiestatis Capellanum Ordinarium in Epum Sarum: **Quibus** omnibus sic gestis, Nos Decanus et Capitulu antedict decrevimus hmoi scrutinium publicand fore, ac Collatione suffragiorum prius fact unanimi consensu et assensu omnium et singlorum nullo dissen, apparuit venerabilem virum magrum Henricum Cotton sacre Theologie professorem elect fuisse in Epum Sarum, Unde Nos Decanus et Capitulum antedict decrevimus hmoi electionem publicand fore in Choro per mros Willimum Zouch et Thomam Hyde, Qua publicat fact ijdem mri Zouch et Hyde in domum Capitularem pred redierunt, ac certificarunt hmoi publicacionem, ac decantat hymno, te Deum in Anglicis verbis per Chorum dict ecclie Cathis, ac denuo declarat hmoi electione per pred mros Zouche et Hyde utroque Caplo in prefat domum Capitularem redeun, Nos Decanus et Caplum antedict constituimus venerabiles viros mros Willm Zouch dict ecclie Precentorem, Thomam White dicte ecclie Thesaurarium, Abrahamum Conham Canonicum Residen dict ecclie Willmum Cambden et Samuelem Proctor dict ecclie Prebendar, Robertum Pennuddocke, et Johem Rite notarios publicos coniunctim et divisim suos procuratores ad presentand hmoi electionem tam Serenissimo

me Dne Regine quam dicto venerabili viro sic in Epum Sarum elect, et ad petend eius assen-
sum et consensum hmoi electioni. **Super** quibus omnibus et singulis dict Decanus et -
Capitulum me Robertum Penruddocke notarium publicum Clericum Capitularem antedict publicum -
Instrumentu desuper conficere: Ac dict Johannem Pyre no^rium publicu Johem Bennett et -
Thomam Corleton testes antedcos testimonium perhibere instanter rogarunt et requisiverunt.
Que omnia et singula, modo quo prefertur) expedit vestre Reverendissime paternitati au-
tentice certificamus. **In quorum** omnium et singlorum premissorum fidem et testimonium
has Lras nras Testimoniales sive hoc pns publicum Instrumentum fieri, easque sigillo nostro
Communi communiri fecimus: Datum in Domo nra Capitulari ultimo die mensis Septembris
Anno Dni Millesimo quingen^mo nonage^mo octavo. Regni Serenissime Dne nre Regine Elizabeth
Anno Quadragesimo

Instrumentum
consensus Electi
Sarum

In Dei nomine Amen per presens publicum Instru-
mentum cunctis appareat evidenter et sit notum, Quod die Martis vizt Septimo die mensis No-
vembris Anno Dni Millesimo quingentesimo nonagesimo octavo, Regnique Illustrissime in xpo principis et
Dne nostre Dne Elizabeth Dei gratia Anglie ffrancie et Hibernie Regine fidei defensor &c Qua-
dragesimo, In edibus Timothei Sloaner paroch Sci Thome Apostoli Civitat et Dioces London,
Mercatoris, Coram venerabili viro Henrico Cotton sacre Theologie professore Dno Electo Sarum
Epo, in meique Thome Redman Notarij publici ac testium inferius nominatorum pntijs. Constitu-
tus personalr Johannes Burrough notarius publicus, quoddam procuratorium Sigillo commun (ut
apparuit) Decani et Capituli eccle Cathlis Beate Marie Virginis Sarum sub Cera rubea si-
gillat ei inter alios con^m et di^m fact exhibuit, et fecit se partem pro eisdem Decano et Capitulo, ac
nomine procurio eorundem prefato venerabili viro Henrico Cotton sacre Theologie professori tunc
et ibm personaliter presenti quasdam Lras Testimoniales sive Certificatorias Sigillo commun eo-
rundem Decani et Capituli (ut apparuit) ac sub Cera rubea etiam sigillat, de et super electoe
dicti venerabilis viri in Epum et Pastorem eccle Cathlis Beate Marie virginis Sarum prod facta
et celebrata presentavit, Eundemque Dnm electum instanter instantius et instantissime quatenus
eidem electioni de ipso et eius persona (ut premittitur) facto et celebrate consentire, ac consensum
et assensum suos eidem prebere dignaretur, rogavit et requisivit, Qui quidem venerabilis vir Elec-
tus Sarum Epus antedictus sic requisitus et interpellatus primo et ante omnia gratias agens
dicte Serenissime Dne nostre Regine quo ipsum licet indignum (ut asseruit) dictis Decano et
Capitlo commendare dignata est, Deinde eisdem Decano et Capitlo, qui eum tam gratis animis elege-
runt licet se tanto munere indignum iudicaret, Tamen ne ipse divine voluntati, et dicte Dne -
nostre Regine beneplacito minime obtemperare videretur, Deum precatus est, ut suo sancto spiritu
et gratia speciali illi in omnibus adesse velit, ad illustrand nominis sui gloriam, et eccle utilitatem
procurand electioni prod de ipso et eius persona (ut premittitur) fco et celebrate consentiebat in
scriptis per eum lectis prout in schedula quam in manibus suis tunc tenuit continetur, Cuius quidem
schedule verus tenor sequitur et est talis. **In Dei nomine Amen** Ego Henricus
Cotton sacre Theologie professor in Epum et Pastorem eccle Cathlis Beate Marie virginis
Sarum rite et ltime nominatus et electus, ad consentiend hmoi electioni de me et persona mea
in hac parte facte et celebrate ex parte et per partem venerabilium virorum eiusdem eccle Ca-
sacre Theologie professori ecclesie Cathedralis Wintonien' decano in Episcopum et Pas-
torem ecclesie Cathedralis Elien' electo et confirmato, prestito per eundem Dominum electum
Iuramento tam de agnoscendo Regiam supremam potestatem in causis ecclesiasticis et
temporalibus ac de renunciando omni et omnimode Iurisdictioni potestati auctoritati et superi-
oritati forincis et extraneis iuxta vim formam et effectum statuti Parliamenti huius
inclyti Regni Anglie in ea parte editi et provisi, quam de reverentia et obedientia
debit' prefato domino Archiepiscopo Cantuar', et ecclesie Metropolitice Christi Cantuar'
adhibend', (adhibitisque ritibus et Ceremonijs de usu moderno ecclesie Anglicane adhibendis)
iuxta formam descriptam in libro intitulat, The forme and manner of makinge and conse-
cratinge Bushops, Preists and Deacons, impendebat, in presentia nostrorum Thome Redman
et Johannis Coston notariorum publicorum officio Registrariatus primarij dicti Reve-
rendissimi patris exercentibus, presentibus tunc et ibidem venerabilibus viris Daniele
Dun legum Doctore decano de Arcubus London, Edwardo Stanhope legum etiam Doc-
tore Vicario in Spiritualibus generali dicti Reverendissimi patris, Richardo Swale
etiam legum Doctore Causarum et negotiorum Curie Audientie dicti Reverendissimi patris
Auditore, Charolo Fotherbye Archidiacono Cantuar', Willelmo Barlowe sacre Theo-
logie professore, et Charolo Dombilarke sacre Theologie Bacchalaureo Ca-
pellanis dicti Reverendissimi patris et multis alijs testibus in numero copioso con-
gregatis &c. Super quibus &c, Tho: Redman

Mandat ad inducend' Johannes divina providentia Cantuar' Archiepiscopus totius Anglie
Primas et Metropolitanus ad infrascripta auctoritate Parliamenti huius
inclyti Regni Anglie, mediantibus Literis Commissionalibus patentibus illustrissime
in Christo Principis et Domine nostre Domine Elizabeth Dei gratia Anglie Francie et
Hibernie Regine fidei defensoris &c sufficienter et legitime fulcitus, venerabili viro
Charolo Fotherby sacre Theologie Bacchalaureo Archidiacono nostro Cantuarien'
in ecclesia nostra Cathedrali et Metropolitica Christi Cantuar Salutem et gratiam
Cum vacante nuper sede Episcopali Elien' per obitum bone memorie Domini Richardi
Coxe ultimi Episcopi ibidem, decanus et Capitulum ecclesie Cathedralis Elien'
licentia regia in ea parte prius petita et obtenta, venerabilem virum Martinum
Heton sacre Theologie professorem decanum ecclesie Cathedral' Winton' in eorum
et dicte ecclesie Cathedralis Elien' predict' Episcopum et Pastorem elegerint, et ecclesie
Cathedrali predict' providerint de eodem, Quam quidem electionem et personam sic
electam, servatis de iure et Statutis huius Regni Anglie in ea parte servandis,
Nos Johannes Archiepiscopus Cantuarien' antedictus, auctoritate qua supra confirmavimus,
eidemque Confirmato Curam regimen, et administracionem spiritualium dicti Episcopatus
Elien' commisimus, necnon consequenter munus consecrationis (adhibitis ritibus et Ce-
remonijs, de more ecclesie Anglicane moderno adhibendis) eidem electo et Confirmato impen-
dimus, ipsumque Dominum Electum Confirmatum et consecratum seu procuratorem
suum legitimum eius nomine ac pro eo in realem actualem et corporalem possessionem
dicti Episcopatus Elien', Iuriumque dignitatum honorum preeminentiarum et per-
tinentium suorum universorum inducendum installandum et inthronizandum fore decre-
vimus iustitia mediante. Tibi igitur firmiter precipiendo mandamus, quatenus pre-
fatum Reverendum patrem Dominum Martinum Heton electum confirmatum et

Consecratum, seu procuratorem suum legitimum eius nomine ac pro eo in realem actualem et corporalem possessionem dicti Epatus Elien, iuriumque dignitatum honorum preheminentiarum et pertinentium suorum universorum inducas installes et inthronizes, seu sic induci installari et inthronizari facias cum effectu, Cathedramque sive sedem Episcopalem in ecclesia Cathedrali Elien predict' Episcopo ibidem assignari solit' sibi (uti moris est) assignes, et eum in nomine Dni nostri Jesu Christi imponas seu imponi facias prout decet, Juribus et consuetudinibus nostris Archiepalibus Cantuar et ecclesie nostre Cathedralis et Metropolitice Xpi Cantuar predict' dignitatibus et honoribus in omnibus semper salvis. In cuius rei testimonium Sigillum quo in hac parte utimur presentibus apponi fecimus. Dat' quarto die mensis Februarij Anno Dni iuxta Computacionem ecclesie Anglicane millesimo quingentesimo nonagesimo nono, Et nostre Translationis Anno Decimo septimo &c.

Septimo die mensis Februarij Anno Dni iuxta Computacionem ecclesie Anglicane millesimo quingentesimo nonagesimo nono, vigore dicti mandati, Emanavit Inductio magris Humfrido Tyndall sacre Theologie professori Decano ecclesie Cathedralis Elien, Johanni Palmer sacre Theologie professori Archino Elien, Edmundo Barwell sacre Theologie professori, Jacobo Taylor sacre Theologie professori, et Andree Willet sacre Theologie Baccalaureo prebendarijs dicte ecclesie Cathis ad nanciscend' dictum Epatum Elien nomine dicti Reverendi patris Electi et confirmati in Episcopum Elien &c.

Acta habita et facta in

Petriburg'

negotio Confirmationis Electionis de persona venerabilis viri Thome Dove presbiteri in artibus magri Ecclesie Cathedralis Norwicen Decani in Episcopum et Pastorem Ecclie Cathe de Burgo Sancti Petri per Decanum et Capitulum eiusdem Ecclie Cathedral Electi, Die Veneris, viz Vicesimo quarto die mensis Aprilis Anno Domini millesimo sexcentesimo primo, Et Regni Illustrissime in Xpo Principis et Dne nostre Dne Elizabethe Dei gratia Anglie Francie et Hibernie Regine fidei Defensoris &c Quadragesimo tertio, in Ecclia parochiali Beate Marie Virginis de Arcubus London ecclesie Xpi Cantuar Jurisdictionis immediate, inter horas secundam et quintam post meridiem eiusdem diei, Coram venerabili viro Edwardo Stanhope Legum Doctore, Reverendmi in Xpo patris et domini Dni Johis divina providentia Cantuar Archiepi totius Anglie Primatis et Metropolitani vicario in spualibus generali et Officiali principali, necnon Commissario inter alios ad infrascripta con'l et di'l sufficienter et legitime deputato et constituto, In presentia mei Thome Redman notarij publici &c.

Dictis die et loco atque inter horas predict' presentatis Coram prefato venerabili viro Edwardo Stanhope Legum Doctore vicario &c et Commissario &c Judicialiter et pro Tribunali sedente, Literis patentibus Regijs de assensu Regio prefato Reverendissimo patri directis, necnon Literis Commissionalibus dicti Reverendissimi patris eidem venerabili viro et alijs con'l et di'l in hac parte factis ac per me prefatum Thomam Redman de mandato dicti magri Edwardi Stanhope publice lectis: Idem magr Edwardus Stanhope ob honorem et reverentiam dicte Domine nostre Regine et memorati Reverendissimi patris acceptavit in se onus executionis dictarum Literarum patentium et Commissionalium, et decrevit procedendum fore iuxta vim formam et effectum earundem, Deinde comparuit personaliter magr Edwardus Car notarius publicus Alme Curie Cantuariensis de Arcubus London procuratorum generalium unus et exhibuit procuratorium suum pro venerabilibus viris Decano et Capitulo Ecclesie Cathis de Burgo

Sci Petri

sancti Petri predict sigillo eorum communi (vt apparuit) sigillatum, et fecit se partem pro eisdem, et nomine procurio eorundem Decani et Capituli presentavit eidem Vicario in spualibus generali, venerabilem virum Thomam Doue in artibus magrum ecclesie Cathedrales Norwicen Decanum in Episcopum et Pastorem ecclesie Cathis de Burgo sancti Petri electum, et ipsum e regione Confirmantis sistebat. Et tunc magr Edwardus Gay exhibuit mandatum originale alis contra oppositores in hoc negotio emanat vnacum Certificatorio in dorso super executione eiusdem, et petijt omnes et singulos oppositores hmoi publice preconizari. Et tunc facta trina publica preconizatione omnium et singulorum oppositorum hmoi ad hos diem hor' et locum ad dicendum et opponendum contra electionem predictam vt Citatorum et nullo eorum Comparente, dictus magr Edwardus Stanhope procurator et nomine procuratorio quo supra, petijt eos omnes et singulos reputari contumaces, et in penam contumaciarum suarum hmoi, viam vlterius opponendi in hmoi causa sive negotio eis et eorum cuilibet precludi, etc. Ad cuius petitionem dictus magr Edwardus Stanhope vicarius in spualibus generalis antedictus pronunciavit eos et eorum quemlibet contumaces, et in penam contumaciarum suarum hmoi viam vlterius opponendi in hmoi causa eis et eorum cuilibet preclusit: Necnon ad petitionem dicti magri Edwardi Gay ad vlteriora in dicto Confirmationis negotio procedendum fore decrevit, ipsorum sic citatorum et non Comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante, prout in schedula per eundem magrum Edwardum Stanhope lecta plenius apparet. Deinde dictus magr Edwardus Gay dedit summariam petitionem in scriptis, et Dominus ad eius petitionem decrevit procedendum fore summarie et de plano, et assignavit eidem magro Edwardo Gay ad probandum dictam summariam petitionem ad statim. Et tunc idem magr Edwardus Gay in subsidium probationis contentorum in dicta summaria petitione exhibuit quoddam Certificatorium sive Literas Testimoniales super electione eiusdem venerabilis viri Thome Doue in artibus magri ecclesie Cathedralis Norwicen Decani in Episcopum et Pastorem ecclesie Cathedralis de Burgo sci Petri predict per Decanum et Capitulum eiusdem ecclie Cathis fact, necnon Literas patentes Regias magno sigillo Anglie sigillat, Ac etiam exhibuit instrumentum super consensu prefati venerabilis viri Domini Electi eidem electioni etiam adhibit: Quibus sic gestis Dns ad petitionem dicti magri Edwardi Gay assignavit ad audiendum sententiam sive finale decretum ad statim. Consequenter vero facta alia trina publica preconizatione omnium et singulorum oppositorum sic (vt prefertur) citatorum et nullo modo comparen, nec quicquam in hac parte opponentium vel obijcientium, Dominus ad petitionem dicti magri Edwardi Gay vt supra accusantis eorum contumacias, et peten etc, pronunciavit eos et eorum quemlibet contumaces, et in penam contumaciarum suarum hmoi decrevit procedendum fore ad prolationem Sententie diffinitive in hoc negotio, ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive Contumacia in aliquo non obstante. Deinde prestito Juramento per prefatum venerabilem virum Dominum Electum antedictum ad sancta Dei Evangelia per eum Corporaliter tacta et deosculata de fidelitate obedientia et subiectione prefate Serenissime Domine nostre Regine prestand et exhibend Necnon de renunciando refutando et recusando omni et omnimode Jurisdictioni, potestati auctoritati et superioritati forancis iuxta vim formam et effectum Statuti Parliamenti huius inclití Regni Anglie in ea parte editi et provisi, dictus venerabilis vir Edwardus Stanhope ad petitionem prefati magri Edwardi Gay legit tulit et promulgavit sententiam diffinitivam in dicto Confirmationis negotio in scriptis conceptam, pronunciando, declarando, et cetera faciendo, prout in eadem continetur. Super quibus omnibus et singulis premissis tam dictus venerabilis vir Dominus Electus de Burgo sancti Petri Episcopus, quam memoratus magr Edwardus Gay me notarium publicum antedictum sibi vnum vel plura publicum seu publica instrumentum sive instrumenta conficere, ac testes inferius nominatos testimonium inde perhibere instanter respective rogarunt et requisiverunt. Postremo vero dictus venerabilis vir Edwardus Stanhope Vicarius in spualibus generalis antedictus ad peticoem saepefati venerabilis viri Dni Electi decrevit sibi Literas testimoniales super omnibus et singulis premissis sic (ut premittitur) gestis et expeditis fieri et liberari Presentibus tunc et ibidem venerabilibus viris Richardo Swale et Henrico Hickman legum respective Doctoribus, Willmo Poulson, Johanne Lambe et Thoma Smyth artium magris, Thoma Wardner et Willmo Warde generosis, Henrico Iremonger notario publico, et Georgio fforman Literato testibus cum multis alijs in numero copioso congregatis &c, Tenores vero Literarum patentium Regie Maiestatis, quam etiam totius processus in dicto confirmationis negotio habit et fact, ac superius mentionat sequuntur et sunt tales vizt

Lre patent Rne

Elizabeth Dei gratia Anglie ffrancie et Hibernie Regina fidei Defensor &c, **Reverendissimo** in xpo patri, ac predilecto et fideli Consiliario nostro Domino Johanni permissione divina Archiepo Cantuar totius Anglie Primati et Metropolitano ac alijs quibuscunque Episcopis quorum in hac parte interest salutem. Cum vacante nuper sede Episcopali de Burgo sancti Petri per mortem ultimi Episcopi ibidem, ad humilem peticoem Decani et Capituli eccle nostre Cathedralis de Burgo sci Petri predict per Literas nostras patentes Licentiam nostram concessimus alium sibi eligend in Epum et Pastorem sedis eiusdem: Iidem Decanus et Capitulum vigore et obtentu licentie nostre predict Dilectum nobis in xpo Thomam Dove Decanum ecclesie Cathedral Norwicen sibi et Eccle predict elegerunt in Episcopum et Pastorem prout per Literas patentes sigillo eorum communi sigillat geren dat vicesimo primo die mensis Martij Anno Regni nostri Quadragesimo tertio plenius liquet et apparet; Nos electionem illam acceptantes eidem electioni regium nostrum assensum adhibuimus pariter et favorem, et hoc vobis tenore presentium significamus; Rogantes ac in fide et dilectione quibus nobis tenemini firmiter precipientes et mandantes, quatenus vos seu ad minus tres vestrum eundem Thomam Dove in Episcopum et Pastorem eccle Cath de Burgo sci Petri predict sic (ut prefertur) electum, electionemque illam confirmare, et eundem Thomam Dove Episcopum et Pastorem ecclesie predict consecrare, Ceteraque omnia et singula peragere que vestro in hac parte incumbunt Officio pastorali iuxta formam Statutorum in ea parte edit et provis velitis cum effectu. In cuius rei Testimonium has Lras nostras fieri fecimus patentes Teste me ipsa apud Westmr vicesimo die Aprilis Anno Regni nostri Quadragesimo tertio, per Breve de privato sigillo; Ewerton &c.

Lre Commissional Dni

Johannes divina providentia Cantuar Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus Dilectis nobis in xpo magris Edwardo Stanhope Legum Doctori vicario nostro in spualibus generali et officiali principali, Willmo fferrand, Johanni Hone et Johanni Amy legum respective Doctoribus, salutem et gratiam Cum Lras patentes Regias illustrissime in xpo principis et Domine nre Dne Elizabethe Dei gratia Anglie ffrancie et Hibernie Regine fidei Defensor &c sigillo suo magno Anglie sigillat, geren dat apud Westmr vicesimo die instantis mensis Aprilis Anno Regni sui faelicissimi Quadragesimo tertio receperimus, in quibus inter alia nobis preceptum est, ut electionem venerabilis viri Thome Dove professoris in Artibus magri eccle Cathedralis Norwicen Decani ad Episcopatum Peterburgen factam confirmaremus Nos (cum ea qua decuit reverentia) volentes mandato Regio in ea parte humiliter satisfacere Ad examinandum, discutiendum approbandum, et confirmandum dictam electionem de persona eiusdem venerabilis viri factam et celebratam, ipsamque electionem et personam sic electam, secundum iuris et statutorum huius regni Anglie exigentiam, ac iuxta tenorem mandati Regij predict nobis in ea parte (ut prefertur) facti et directi, quatenus eandem electionem rite et legitime factam et celebratam fuisse et esse vobis con' et di' constiterit rite et legitime approband et comprobandum, defectusque (si qui forsan) in ea parte intervenerint, rite et legitime supplend' prout de iure fuerit et equitatis. Ceteraque omnia et singula faciend' exercend' et expediend' que in hac parte necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna. Vobis coniunctim et divisim vices nostras committimus, ac plenam in Domino tenore presentium concedimus potestatem, Iuribus nostris Archiepiscopalibus, Ceterisque emolumentis nobis et Officiariis ac ministris nostris in hac parte competentibus semper salvis et reservatis. In cuius rei Testimonium Sigillum quo in hac parte utimur presentibus apponi fecimus. Dat vicesimo tertio die mensis Aprilis Anno Domini millesimo sexcentesimo primo, Et nostre Translationis Anno Decimo octavo

Procur' Capli Petribur'

Pateat universis per presentes: Quod nos Decanus et Capitulum de Burgo sancti Petri alias Petriburgen', venerabiles viros magistros Johannem Palmer sacre Theologie professorem Decanum ecclesie Cathedral' de Burgo sancti Petri predict', Henricum Hickman Legum Doctorem, Thomam Smyth generosum, Edwardum Gaie, Johannem Keent et Alexandrum Serle notarios publicos Alme Curie Metropolitice Cantuar' de Arcubus London procuratores coniunctim et eorum quemlibet per se divisim et in solid', ita quod non sit melior Conditio primitus occupan', nec deterior subsequen', sed quod unus eorum inceperit id ipsorum quilibet libere prosequi valeat mediare pariter et finire nostros veros certos legitimos et indubitatos procuratores actores, factores negotiorumque nostrorum gestores et nuntios speciales et generales ad infrascripta omnia et singula nominamus, ordinamus, facimus et constituimus per presentes. Damusque et concedimus eisdem procuratoribus nostris coniunctim et eorum cuilibet (ut prefertur) per se divisim et in solid', potestatem generalem, et mandatum tam generale quam speciale pro nobis et vice loco et nomine nostris Coram venerabili viro magistro Thoma Dove in Artibus magistro Decano ecclesie Cathedralis Norwicen' in Episcopum et Pastorem Ecclie Cathedral' de Burgo sancti Petri predict' per nos unanimiter electo comparendi et electionem de persona sua fact' et confect', Sigilloque nostro communi sigillat', eidem venerabili viro exhibend' et ostendend', Ipsumque simpliciter et cum instantia quoties eis seu eorum alicui visum fuerit expedire, Quod ipse electionem de se fact' consentire, et Consensum suum expresse prebere dignetur, Rogand' et requirend', Electionemque predictam Serenissime in Christo Principi et Domine nostre Domine Elizabethe Dei gratia Anglie ffrancie et Hibernie Regine fidei Defensor' &c. Certificand', Necnon negotium Confirmationis Electionis predicte coram Reverendissimo in Christo patre et Domino Dno Johanne providentia divina Cantuarien' Archiepiscopo totius Anglie Primati et Metropolitano, aut eius Officiali sive Vicario in Spiritualibus generali quocumque, usque ad finalem expeditionem eiusdem nomine nostro prosequend', ac Confirmationem in ea parte petend' et obtinend', provocand', et appelland', et provocationes et appellationes huiusmodi notificand' et intimand'. Alium insuper seu alios procuratorem seu procuratores loco suo et eorum cuiuslibet substituend', Ac Substitutum sive substitutos huiusmodi revocandum, Procuratorisque officium in se et eorum quemlibet reassumend' quoties et quando id eis seu eorum alicui melius videbitur expedire. Et generaliter omnia alia et singula faciendum et expeditionem usque ad finalem expeditionem negotii Confirmationis huiusmodi, que in premissis vel circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna, licet mandatum de se magis exigunt speciale, quam superius est expressum, promittentes et promittimus nos ratum gratum et firmum perpetuo habituros totum et quicquid procuratores nostri, aut eorum aliquis fecerint seu fecerit in premissis vel aliquo premissorum, sub hypotheca, et obligatione omnium et singulorum bonorum nostrorum tam presentium quam futurorum, et in ea parte Cautionem exponimus per presentes. In cuius rei Testimonium Sigillum nostrum Commune presentibus apponi fecimus. Dat' in Domo nostra Capitulari tricesimo primo die mensis Martij, Anno Domini millesimo sexcentesimo primo &c.

Citac' opposit'

Johannes divina providentia Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus. Universis et singulis Clericis et Literatis

quibuscumque

quibuscunque per Provinciam nostram Cantuarien' ubilibet constitut' salutem. Cum vacante nuper sede Episcopali Petriburgen' per obitum bone memorie Domini Richardi Howland ultimi Episcopi et Pastoris ibidem, Decanus et Capitulum ecclesie Cathedralis de Burgo sancti Petri pro electione novi et futuri Episcopi Licentia regia in ea parte prius petita et obtenta) celebranda certum terminum prefixerint et assignaverint, et in huiusmodi electionis negotio termino ad id statuto et assignato procedentes, venerabilem virum Thomam Dove in artibus magistrum Decanum ecclesie Cathedralis Norwicen' in eorum et dicte ecclesie Cathedralis de Burgo sancti Petri predict' Episcopum et Pastorem elegerint, Cuique serenissima in Christo princeps et Domina nostra Domina Elizabetha Dei gratia Anglie Francie et Hibernie Regina fidei Defensor &c, ad humilem petitionem eorundem Decani et Capituli eidem electioni de persona predict' venerabilis viri Dni Electi fact' et celebrate regium suum adhibuerit assensum pariter et favorem, prout per Literas suas patentes regias sub magno sigillo Anglie sigillat' nobis significaverit, Mandando quatenus nos electionem predictam et personam electam confirmare iuxta tenorem statuti in ea parte editi et provisi ~~velimus cum omni celeritate~~ accommoda, prout per easdem Literas patentes regias ad quas habeatur relatio plenius liquet et apparet: Nos vero volentes eiusdem Domine nostre Regine mandatis pro officii nostri debito parere, ac in huiusmodi confirmationis negotio iuxta iuris et statutorum huius regni Anglie exigentiam procedere, omnes et singulos (si qui sint) qui contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam dicere excipere vel opponere voluerint, ad diem hor' et locum et effectum infrascript' evocand' et citand' fore decrevimus iustitia mediante: Vobis igitur coniunctim et divisim committimus ac firmiter iniungendo mandamus quatenus citetis seu citari faciatis peremptorie altaque et intelligibili voce infra Ecclesiam parochialem beate Marie Virginis de Arcubus London' Decanatus de Arcubus London' nostri et ecclesie nostre Cathedralis et Metropolitice Christi Cantuar' Jurisdictionis immediate, necnon per affixionem presentium in aliquo loco convenienti infra ecclesiam parochialem predict', vel in aliis locis publicis ubi videbitur expediens, omnes et singulos oppositores (si qui sint) in specie alioquin in genere, qui contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam in hac parte electam dicere excipere vel opponere voluerint, Quod compareant et eorum quilibet compareat coram nobis aut Vicario nostro in spiritualibus generali et officiali principali vel Commissariis nostris aut eorum aliquo in hac parte quocunque in ecclesia parochiali Beate Marie Virginis de Arcubus London' Die Veneris, viz', vicesimo quarto die presentis mensis Aprilis, inter horas secundam et quintam post meridiem eiusdem diei cum continuatione et prorogatione dierum extunc sequentium (si oporteat) facient' contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam (si sua putaverint interesse) in debita iuris forma dicturi excepturi et opposituri, ulteriusque facturi et recepturi quod iustum fuerit in hac parte et dicti negotii qualitas et natura de se exigunt et requirunt. Intimantes preterea modo et forma prenotatis omnibus et singulis oppositoribus (si qui sint) in specie, alioquin in genere quibus nos etiam harum serie sic intimamus, quod sive ipsi sic citati dictis die hora et loco coram nobis aut Vicario nostro in Spiritualibus generali vel Commissario predict' comparuerint, et contra dictam electionem formam eiusdem aut personam electam huiusmodi dicere excipere vel opponere voluerint sive non, nos nihilominus in dicto confirmationis negotio iuxta Juris et Statutorum huius regni Anglie exigentiam procedemus ac iustitiam ministrabimus, seu sic procedet et ministrabit Vicarius noster in Spiritualibus generalis et Officialis principalis vel Commissarius predict' ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante. Et quid in premissis feceritis nos aut Vicarium nostrum in Spiritualibus generalem antedictum vel Commissarium huiusmodi debite et autentice Certificetis, seu sic certificet ille vestrum qui presens nostrum mandatum fuerit executus literis vestris patentibus. Dat' vicesimo primo die mensis Aprilis Anno Dni millesimo sexcentesimo primo, Et nostre Translationis Anno decimo octavo.

Reverendissimo in Christo patri et Domino Dno Johanni divina providentia Cantuarien' Archiepiscopo totius Anglie Primati et Metropolitano

Certm super citacionis

politani vestrove vicario in Spualibus generali et Officiali principali aut Commissario cuicunque in hac parte specialiter deputato, Vester humilis et devotus Rogerus Bate literatus vester ad infrascripta mandatarius omnimodas reverentiam et obedientiam tanto Reverendissimo patri debitas et condignas cum honore. Mandatum vestrum Reverendissimum retroscriptum nuper cum ea qua decuit reverentia humiliter recepi sequentem, Cuius vigore pariter et authoritate omnes et singulos oppositores (si qui sint) tam in specie quam in genere qui contra retronominatam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam dicere excipere vel opponere voluerint per affixionem presentium in valvis exterioribus ecclesie parochialis beate Marie Virginis de Arcubus London, Ecclie vestre Cathedralis et metropoliticae Xpi Cantuar Jurisdictionis immediate, et ibidem aliquamdiu dimiss vicesimo primo die instantis mensis Aprilis, Anno Dni millesimo sexcentesimo primo iam currente peremptorie citavi, Quod compareant et eorum quilibet compareat coram nobis aut Vicario nostro in Spualibus generali antedicto aut Commissario quocunque die hor et loco in hmoi vestro Reverendissimo mandato retroscript content et specificat contra dictam electionem, formam eiusdem aut personam in hac parte electam (si sua putaverint interesse) in debita iuris forma dicturos excepturos et opposituros, ulteriusque facturos et recepturos quod tenor et effectus istius vestri Reverendissimi mandati de se magis exigunt et requirunt: Et preterea ego mandatarius vester antedictus eisdem die hor et loco dictis oppositoribus sic (ut prefertur) citatis intimavi; Quod sive ipsi dictis die hor et loco comparuerint, et que imperata sunt fecerint sive non, vos nihilominus aut vicarius vester in Spiritualibus generalis seu Commissarius vester antedictus in hmoi Confirmationis negotio iuxta iuris exigentiam procedetis seu procedet, ac iusticiam ministrabimus seu ministrabit, ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstantibus. Et sic ego mandatarius antedictus mandatum vestrum hmoi quantum in me fuit diligenter sum executus. In cuius rei Testimonium Sigillum venerabilis viri Domini Archidiaconi Essex presentibus apponi procuravi, Et nos Archidiaconus antedictus ad specialem rogatum dicti Certificantis Sigillum nostrum hmoi pntibus apponi fecimus. Dat vicesimo secundo die mensis Aprilis Anno Dni millesimo sexcentesimo primo

Prima Schedul

In dei nomine Amen Nos Edwardus Stanhope Legum Doctor Reverendissimi in Xpo patris et Dni Domini Johannis divina providentia Cantuar Archiepi totius Anglie Primatis et Metropolitani Vicarius in Spualibus generalis et officialis principalis necnon Commissarius inter alios ad infrascripta cum et divisim sufficienter et legitime constitutus, In negotio Confirmationis electionis de persona venerabilis viri Thome Dove professoris in artibus magri ecclesie Cathedralis Norwicensis Decani in Episcopum et Pastorem ecclesie Cathedralis de Burgo sancti Petri electi facte et celebrate rite et legitime procedentes Omnes et singulos oppositores qui contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam dicere excipere vel opponere voluerint, Ad comparendum coram nobis istis die hor et loco (si sua putaverint interesse) contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam in debita iuris forma dicturos excepturos et opposituros legitime et peremptorie citatos, sepius publice preconizatos, diuque et sufficienter expectatos et nullo modo legitime comparentes, ad petitionem partis Decani et Capituli ecclie Cathedralis de Burgo sancti Petri predict pronunciamus contumaces, ac ipsis et eorum cuilibet in penam contumaciarum suarum hmoi viam ulterius opponendi contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam precludimus in hijs scriptis, ac etiam decernimus ad ulteriora in dicto Confirmationis negotio procedendum fore iuxta Juris et Statutorum huius regni Anglie exigentiam, ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante. Vicesimo quarto Aprilis Ao 1601. Ed Stanhope

In dei nomine Amen, Coram vobis Reverendissimo in xpo patre et domino Dno Johanne divina providentia Cantuar' Archiepiscopo totius Anglie Primate et Metropolitano ad infrascripta auctoritate Parliamenti Anglie mediantibus Literis Commissionalibus patentibus Illustrissime in xpo Principis et domine nostre domine Elizabeth Dei gratia Angl' Francie et hibernie Regine fidei defensor' &c sufficienter et legitime fulcito, vestrove vicario in Spiritualibus generali et officiali principali legitime constituto, aut Commissarijs vestris quibuscunque in hac parte specialiter deputatis, eorumve altero quorumque, Pars venerabilium virorum Decani et Capituli ecclesie Cathedralis de Burgo sancti Petri dicit allegat et in hijs Scriptis in Jure proponit articulatim prout sequitur

Imprimis, Qd Sedes Episcopalis de Burgo sancti Petri predict per mortem naturalem Reverendi in xpo patris et domini Dni Richardi howland vltimi Episcopi et Pastoris ibidem iam defuncti nuper vacare cepit, et aliquandiu vacavit, Pastorisque solatio destituta extitit et existit in presenti, — hocque fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum, Et ponit conim et divim ac de quolet. 1

Item Qd dicta sede Epali dudum (vt prefertur) vacan, Decanus et Capitulum Ecclesie Cathedralis predict' Capitulariter congregati, et Capitulum facientes (Licentia Regia prius in ea parte petita et obtenta) certum diem ac domum suam Capitularem ecclesie Cathedralis de Burgo sancti Petri predict pro hmoi electione fiend et celebrand vnanimiter et concorditer prefixerunt, ac omnes et singulos eiusdem ecclesie Cathedralis de Burgo sancti Petri predict p Canonicos et Prebendarios ius voces et interesse in eadem electione habentes seu habere pretendentes, ad diem et locum predictos in hmoi electionis negotio processuros et procedi visuros legitime et peremptorie Citari fecerunt. hocque fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum Et ponit vt supra 2

Item Qd prefati Decanus et Capitulum die et loco prefixis vizt vltimo die mensis Martij vltimo preterit', Anno Dni millesimo sexcentesimo primo iam currente Capitulariter congregati et Capitulum facientes (servatis primitus per eos de Jure et Statutis huius Regni Anglie in ea parte servandis) habitoque per eos tractatu diligenti de persona idonea eligend in Episcopum et Pastorem ecclesie Cathedralis de Burgo sancti Petri predict, tandem vnanimiter et concorditer nullo eorum contradicente vel reclamante venerabilem virum Thomam Dove presbiterum in artibus magistrum Ecclie Cathedralis Norwicen Decanum in eorum et dicte Ecclesie Cathedralis Episcopum et Pastorem elegerunt, et Ecclesie memorate de eodem providerunt. Et ponit vt supra 3

Item Quod electio hmoi et persona electa die predicto in ecclesia Cathedrali de Burgo sci Petri pred, Coram Clero et populo tunc ibm in numero copioso congregatis debite publicate et declarate fuerunt Et ponit vt supra 4

Item, Quod dictus Electus hmoi electioni de persona sua in Episcopum et Pastorem ecclesie Cathedralis de Burgo sancti Petri predict vt prefertur facte et celebrate, ad humilem petitionem partis eorundem Decani et Capituli debitis loco et tempore consentiebat, et consensum suum eidem prebuit in scriptis per eum lectis. Et ponit vt supra 5

Item, Quod antedictus venerabilis vir Thomas Dove Decanus ecclesie Cathis Norwicen antedict, fuit et est vir providus et discretus eminenti scientia vita et moribus merito commendatus, liber et de legitimo matrimonio procreatus atque in etate legitima et ordine sacerdotali constitutus, necnon Deo devotus et ecclesie memorate apprime necessarius, hocque fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum. Et ponit vt supra 6

Item Qd prefati Decanus et Capitulum hmoi electionem et personam electam antedicte Serenissime Domine nre Regine per Lras suas patentes sigillo — 7 corum communi roboratas pro Officij sui debito iuxta Statutum huius inclyti Regni Anglie significauerunt et intimauerunt. Et ponit vt supra.

8 Item quod presentato ex parte dictorum Decani et Capituli eidem Regie sublimitati processu electionis hmoi, eadem Serenissima Dna nostra Regina pro sua Clementia regia electioni hmoi de persona prefati magri Thome Doue (vt prefertur) facte et celebrate consensum et assensum suos Regios eidem gratiose adhibuit et adhibet, Illamque ratam et gratam habuit et habet. Et ponit vt supra

9 Item Rts dicta Serenissima Domina nostra Regina vobis prefato Reuerendissimo patri de assensu et consensu suis Regijs hmoi electioni (vt prefertur) adhibitis, per literas suas patentes vobis inscriptas et directas non solum significauit, verum etiam earundem literarum patentium suarum serie vobis rogando mandauit, quatenus vos electionem predcam et personam electam hmoi confirmare, ipsumque Insignijs Episcopalibus insignire et decorare, Ceteraque peragere que vestro in hac parte incumbunt officio pastorali, iuxta formam Statuti in ea parte editi et literarum patentium hmoi seriem velitis cum fauore. Horque fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum, Et ponit vt supra

10 Item Rts premissa omnia et singula fuerunt et sunt vera publica notoria manifesta pariter et famosa, atque de et super eisdem laborarunt, et in pnti laborant publica vox et fama: Unde facta fide de iure in hac parte requisita: Ad quam faciend offert se pars ista proponens dictorum Decani et Capitli promptum et paratum pro loco et tempore congruis et opportunis. Petit eadem pars eandem electionem et personam electam confirmand fore decerni et cum effectu confirmari, iuxta Iuris et Statutorum huius regni Anglie exigentiam, Necnon Lrarum Regiarum patentium hmoi vobis direct in hac parte seriem: Curamque regimen et administrationem Spiritualium Episcopatus de Burgo sancti Petri predict, eidem Domino Electo committi: Ipsumque in realem actualem et corporalem possessionem dicti Episcopatus de Burgo sancti Petri predict, Iuriumque et pertinentium suorum vniuersorum inducend et inthronizand fore decerni. Vlteriusque fieri et ministrari in premissis et eorum concernentibus quibuscumque quod iuris fuerit et rationi consonum, perimplendo defectus quoscumque in hac parte interuenientes. Que proponit et fieri petit pars ista proponens con^s et diuisim, non artans se ad omnia et singula premissa probanda, nec ad onus superflue probationis de quo protestatur sed quatenus probauerit in premissis eatenus obtineat in petitis, Iuris beneficio in omnibus semper saluo, vestrum officium Dne Iudex antedict humiliter implorand

Certm tangen totu pcessu electionis Epi hmoi [illegible]

Oct 14 pmo **Reuerendissimo** in xpo patri et Domino Dno Johanni prouidentia diuina Cantuar Archiepo totius Anglie Primati et Metropolitano Johannes Palmer sacre Theologie professor Decanus ecclesie Cathedralis de Burgo sancti Petri, et eiusdem ecclesie Capitulum omnimodam Reuerentiam tanto patri debitam cum honore. Vestre Reuerendissime paternitati tenore pntium significamus et innotescimus. Quod vacante nuper sede Episcopali Petriburgen per mortem naturalem recolende memorie Domini Richardi Howland vltimi Episcopi et Pastoris ibidem: Nos Decanus et Capitulum antedict, vigore et auctoritate Licentie serenissime Regie Maiestatis, de alio nobis et ecclesie Cathedrali pred eligend in Epum et Pastorem fact et concess, in domo nostra Capitulari die dat pntium capitulariter congregat et Capitulum ibidem facientes, seruatis per nos de Iure ac regni Anglie statutis et ecclesie Cathedralis predict ordinationibus et consuetudinibus approbatis in ea parte seruandis, habitoque inter nos diligenti tractatu de persona idonea in ea parte eligend, tandem in venerabilem virum Thomam Doue in artibus magistrum Decanum Ecclesie Cathedralis Norwicen vota nostra direximus, Ipsumque in nostrum et dicte ecclesie Cathedralis Episcopum et Pastorem unanimiter et concorditer nullo contradicente vel reclamante elegimus. Vestre Reverentie humiliter supplicantes quatenus Electionem huiusmodi sic per nos de persona prefati venerabilis viri fact' et celebrat', ea omnia que iuxta formam Statutorum huius incliti regni Anglie in ea parte edita sunt et provisa, vestra Reverentia facere et perimplere dignetur, ut Deo Optimo Maximo bonorum omnium largitore favente et cooperante, dictus Electus et confirmatus nobis preesse valeat utiliter et prodesse, ac ut nos sub vestro et eius regimine bene possimus Deo in dicta Ecclesia militari: Ergo Deus Optimus Maximus vestram Reverendissimam paternitatem ad Ecclesie sue ~~felic rey~~ solamen et utilitatem diu conservet in prosperis. In quorum omnium et singulorum premissorum fidem Sigillum nostrum Commune et Capitulare presentibus apponi fecimus. Dat' in Domo nostra Capitulari, tricesimo primo die mensis Martij Anno Domini Millesimo sexcentesimo primo

Reverendo in Christo ac venerabili viro Domino Thome Dove in artibus magistro et ecclesie Cathedralis Norwicen' Decano Ornatissimo: Johannes Palmer sacre Theologie professor Decanus ecclesie Cathedralis Petriburgen' et eiusdem ecclesie Capitulum Salutem et omnimodam in Domino Charitatem, Reverentie vestre tenore presentium significamus et innotescimus, Vacante nuper sede Episcopali Petriburgen' per mortem naturalem recolende memorie Domini Richardi Howland ultimi Episcopi et Pastoris ibidem Nos Decanus et Capitulum antedict' vigore et authoritate Licentie Serenissime Regie Maiestatis de alio nobis et Ecclesie Cathedrali predict' eligend' in Episcopum et Pastorem fact' et concess' in Domo nostra Capitulari die dat' presentium Capitulariter congregati et Capitulum ibidem facientes, servatis per nos de iure ac Regni Anglie Statutis et ecclesie Cathedralis predict' Ordinationibus et consuetudinibus approbatis in ea parte servand', habitoque inter nos examinatione et tractatu diligenti de persona idonea in ea parte eligenda, statim Reverentiam vestram nobis per literas Regias quamplurimum commendatam in Episcopum et Pastorem dicte sedis Episcopalis unanimiter et concorditer nullo contradicente vel reclamante elegimus, vestre Reverentie obnixe supplicantes quatenus electioni huiusmodi sic per nos de persona vestra fact' et celebrat' consensum vestrum specialiter et benevole prebeatis, in Dei Omnipotentis gloriam et nostrum omnium solamen non mediocre. In quorum omnium et singulorum premissorum fidem Sigillum nostrum Commune et Capitulare presentibus apponi fecimus. Dat' in Domo nostra Capitulari Tricesimo primo die mensis Martij Anno Domini millesimo sexcentesimo primo

Consensus electionis facte

In Dei nomine Amen Per presens publicum Instrumentum cunctis appareat evidenter et sit notum, Quod die Jovis nono viz' die mensis Aprilis Anno Domini millesimo sexcentesimo primo, Regnique Illustrissime in Christo principis et Domine nostre Domine Elizabethe Dei gratia Anglie ffrancie et Hibernie Regine fidei Defensor' &c' Quadragesimo tertio, In edibus solite habitationis viri Jacobi Stopes presbyteri Rectoris ecclesie parochialis beate Marie Magdalene in veteri piscario Civitatis London, infra parochiam Beate Marie Magdalene predict' situat' Coram venerabili et Reverendo viro Thoma Dove in Artibus magistro Decano ecclesie Cathedralis Norwicen' in Episcopum et Pastorem ecclesie Cathedralis de Burgo sancti Petri nominato et electo, in meique Johannis Drake notarij publici ac testium infrascriptorum nominatorum presentijs: Comparuit personaliter discretus vir Thomas Smyth in artibus magister et exhibuit procuratorium suum pro venerabilibus viris Decano et Capitulo ecclesie Cathedralis de Burgo sancti Petri predict' sigillo eorum communi (ut apparuit) sub cera viridi sigillat' ac inter alios communiter et divisim fact' et se partem pro eisdem ac nomine procuratorio eorundem Decani et Capituli presentavit eidem venerabili viro Thome Dove Domino Electo antedicto Literas quasdam in-

[illegible]

Testimoniales sive Certificatorias sigillo Communi eorum Decani et Capituli (vt apparuit) ac sub cera etiam viridi sigillat, de et super electione dicti venerabilis viri in Episcopum et Pastorem eccl[es]ie Cathedralis de Burgo sancti Petri pred[ict], eundemq[ue] Dominum Electum instanter instantius et instantissime rogavit et requisivit quatenus electioni predict de persona sua (vt prefertur) fact et celebrate consentire, ac consensum et assensum suos prebere dignaretur: Qui quidem venerabilis vir Thomas Dove Electus antedictus sic requisitus et interpellatus primum et ante omnia gratias agens Deo optimo maximo: Deinde dicte Serenissime Domine nostre Regine que eum licet indignum (vt asseruit) dictis Decano et Capitulo commendare dignata est, Ac dictis Decano et Capitulo qui eum tam gratis animis amice elegerunt licet se tanto munere indignum iudicaret, Tamen ne ipse divine voluntati, et dicte Domine nostre Regine beneplacito, minime obtemperare videretur, eidem electioni de ipso et eius persona (vt premittitur) facte et celebrate consentiebat in scriptis per eum lectis prout in schedula quam in manibus suis tunc tenens continetur: Cuius quidem schedule verus tenor sequitur et est talis viz[t]. In Dei Nomine Amen Ego Thomas Dove in artibus mag[iste]r Decanus eccl[es]ie Cathedralis Norwicensis in Episcopum et Pastorem eccl[es]ie Cathedral de Burgo sancti Petri rite et legitime nominatus et electus atq[ue] ad consentiend[um] electioni de me et persona mea in ea parte facte et celebrate ex parte venerabilium virorum Decani et Capituli eccl[es]ie Cathedralis de Burgo sancti Petri predict instanter rogatus et requisitus, Dei Omnipotentis Clementia fretus, electioni h[uius]mo[d]i de me et persona mea in ea parte facte et celebrate ad honorem Dei Omnipotentis patris filij et spiritus sancti consentio, ac consensum et assensum meos, semel atq[ue] iterum rogatus atq[ue] interpellatus prebeo eidem in hijs scriptis: Super quibus premissis omnibus et singulis tam ipse Dominus Electus, quam prefatus procurator me notarium publicum subscript sibi vnum vel plura publicum seu publica instrumentum sive instrumenta conficere ac testes inferius nominatos Testimonium inde perhibere instanter rogavit et requisivit. Acta fuerunt hec omnia et singula premissa prout supra scribuntur et recitantur sub Anno Domini Regniq[ue] Regie Maiestatis mense die et loco predictis. Presentibus tunc et ibidem venerabili viro Henrico Hickman Legum Doctore, Jacobo Stopes presbytero antedicto, Thoma Kymbolde, Thoma Lambe et Willimo Ffayrefoote Literatis testibus ad premissa rogatis specialiter et requisitis.

Et ego Johannes Drake Bristolie Dioc[esis] oriundus, publicus auctoritate regia notarius Quia premissis omnibus et singulis dum sic (vt prefertur) sub Anno Domini Regniq[ue] Regie Maiestatis mense die et loco predictis agebantur et fiebant, vnacum prenominatis testibus presens personaliter interfui, eaq[ue] omnia et singula sub modo et forma prenotatis fieri vidi et expediri vidi sciui et audivi atq[ue] in notam sumpsi: Ideo hoc presens publicum instrumentum manu mea propria fideliter scriptum exinde confeci et in hanc publicam formam redegi: Signoq[ue] nomine cognomine et subscriptione meis solitis et consuetis signavi et subscripsi in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum rogatus specialiter et requisitus. Per me Johannem Drake notarium publicum antedictum.

Scda sentd

In Dei nomine Amen: Nos Edwardus Stanhope Legum Doctor Reverendissimi in Chr[ist]o patris et D[omi]ni D[omi]ni Johannis divina providentia Cantuarien Archiepi totius Anglie Primatis et Metropolitani vicarius in Spiritualibus generalis et Officialis principalis, necnon Commissarius inter alios ad infrascripta con[iunctim] et di[visim] sufficienter et legitime constitutus: In negotio Confirmationis Electionis de persona venerabilis viri Thome

Dove presbiteri in artibus magri ecclie Cathedralis Norwicen Decani electi facte et celebrate rite et legitime procedentes, omnes et singulos oppositores qui contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam in hac parte electam, dicere excipere vel opponere voluerint, ad comparendum coram nobis istis die hora et loco (si sua putaverint interesse) contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam in debita iuris forma dicturos excepturos vel opposituros legitime et peremptorie citatos, sepius publice preconizatos, diuque et sufficienter expectatos et nullo modo legitime comparentes, nec contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam hmoi aliquid dicentes excipientes vel opponentes ad petitionem procuratoris Decani et Capituli ecclie Cathedralis de Burgo sancti Petri pred pronunciamus contumaces et in penam contumaciarum suarum hmoi decernimus procedendum fore ad prolationem sententie nostre diffinitive sive nostri finalis decreti in hmoi negotio ferend, ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante; vicesimo quarto Aprilis 1601

Ed: Stanhope

Sententia

In dei nomine Amen Auditis visis et intellectis ac plenarie et mature discussis per nos Edwardum Stanhope legum Doctorem Reverendissimi in xpo patris et Domini Dni Johannis divina providentia Cantuar Archiepiscopi totius Anglie Primatis et Metropolitani Vicarium in Spualibus generalem et officialem principalem Necnon Commissarium inter alios ad infrascripta com et di sufficienter et legitime constitutum: Meritis et circumstantiis cuiusdam cause sive negotii Confirmationis electionis de persona venerabilis viri Thome Dove presbiteri in artibus magri ecclie Cathedralis Norwicensis Decani in Episcopum et Pastorem de Burgo sancti Petri electi facte et celebrate, que coram nobis aliquandiu vertebatur, vertiturque in pnti et pendet indecisa Rimatoque primitus per nos toto et integro processu coram nobis in dicto Confirmationis negotio habito et facto atque diligenter recensito Servatisque per nos de iure et Statutis huius regni Anglie in ea parte servandis ad nostri finalis decreti sive sententie nostre diffinitive in hmoi confirmationis negotio ferend sic duximus procedendum fore et procedimus in hunc qui sequitur modum: Quia per acta inactitata, deducta, allegata, proposita, exhibita, confessata et probata coram nobis in hmoi Confirmationis negotio comperimus et luculenter invenimus electionem predictam per Decanum et Capitulum ecclesie Cathedralis de Burgo sancti Petri predict de prefato magro Thoma Dove electo hmoi viro utique provido et discreto, vita et moribus merito commendato libero ac de legitimo matrimonio procreato, atque in etate legitima et ordine sacerdotali constituto rite et legitime fuisse factam et celebratam, nihilque eidem venerabili viro Electo hmoi de institutis ecclesiasticis obviasse, quominus in Episcopum de Burgo sancti Petri predict auctoritate dicti Reverendissimi patris debeat confirmari Idcirco Nos Edwardus Stanhope Legum Doctor, vicarius in Spualibus generalis et Commissarius et iudex antedictus sic (ut prefertur) specialiter constitutus, attentis premissis et aliis virtutum meritis super quibus prefatus Electus de Burgo sancti Petri predict fidedigno commendatur testimonio, Xpi nomine primitus invocato, ac ipsum solum Deum oculis nostris preponentes et habentes de et cum Consilio Iurisperitorum cum quibus in hac parte communicavimus: Prenominatam electionem de eodem venerabili viro Thoma Dove factam et celebratam auctoritate qua fungimur confirmamus (Defectusque quoscunque in dicto Confirmationis negotio intervenientes (si qui forsan sint) quantum in nobis est et de iure poterimus supplentes et supplemus: Ipsumque Dominum Electum et confirmatum consecrandum et benedicendum fore decernimus: Curamque Regimen et administrationem Spiritualium dicti Episcopatus de Burgo sancti Petri eidem Domino Electo et confirmato committimus, ac ipsum in realem actualem et corporalem possessionem dicti Epatus de Burgo sancti Petri pred Iuriumque dignitatum honorum preheminentiarum et pertinentium suorum universorum inducendum et inthronizandum fore per Archidiaconum Cantuar' seu eius Deputatum iuxta Ecclesie Cathedralis de Burgo sancti Petri predict' morem et consuetudinem legibus et statutis huius Regni Anglie non adversantibus etiam decernimus et declaramus per hanc nostram Sententiam diffinitivam sive hoc nostrum finale decretum quam sive quod ferimus et promulgamus in hijs scriptis / vicesimo quarto Aprilis 1601. Ed. Stanhope

Lecta fuit huiusmodi Sententia per prefatum magistrum Edwardum Stanhope Legum Doctorem vicarium &c, ac Commissarium &c, dicti Reverendissimi patris &c Die veneris vicesimo quarto die mensis Aprilis Anno Domini millesimo sexcentesimo primo In ecclesia parochiali beate Marie virginis de Arcubus London &c inter horas secundam et quintam post meridiem eiusdem diei, ad petitionem magistri Edwardi Car notarii publici procuratoris Decani et Capituli ecclesie Cathedralis de Burgo sancti Petri &c In presentia Thome Redman notarii publici &c, Super quibus &c presentibus tunc et ibidem testibus in actu mentionatis &c

Actus Consecracionis

Die Dominico vicesimo sexto viz't die mensis Aprilis Anno Domini millesimo sexcentesimo primo, Et Translationis Reverendissimi in Christo patris et Domini Domini Johannis divina providentia Cantuar' Archiepiscopi totius Anglie Primatis et Metropolitani Anno decimo octavo, In Capella dicti Reverendissimi patris, infra manerium suum de Lambehith &c situat' Idem Reverendissimus pater vigore et auctoritate Literarum Commissionalium patentium Illustrissime in Christo Principis et Domine nostre Domine Elizabethe Dei gratia Anglie Francie et Hibernie Regine fidei Defensor' &c sibi in hac parte direct', Assistentibus sibi Reverendis in Christo patribus Dominis Richardo London', Thoma Wintonien', Anthonio Cicestren', et Martino Elien' respective Episcopis, munus Consecrationis venerabili viro Thome Dove presbitero in artibus magistro ecclesie Cathedralis Norwicen' Decano in Episcopum et Pastorem ecclesie Cathedralis de Burgo sancti Petri electo et confirmato (prestito primitus per eundem Dominum Electum Iuramento tam de agnoscendo Regiam supremam potestatem in Causis ecclesiasticis et temporalibus, ac de renunciando omni et omnimode Iurisdictioni potestati auctoritati et superioritati forancis et extraneis iuxta vim formam et effectum Statuti Parliamenti huius incliti Regni Anglie in ea parte edit' et provis', quam de reverentia et obedientia debit' prenominato Domino Archiepiscopo Cantuarien', et ecclesie metropolitice Christi Cantuar' adhibend', adhibitisque ritibus et Ceremonijs de usu moderno ecclesie Anglicane adhibend') iuxta formam descriptam in libro intitulat' The forme and manner of makinge and consecratinge Bushopps Preists and Deacons &c impendebat, in presentia nostrorum Thome Redman et Johannis Foster notariorum publicorum Officium Registrariatus principalis sedis Archiepiscopalis Cantuar' exercentium, presentibus tunc et ibidem venerabilibus viris Daniele Dun legum Doctore Vicario in Spiritualibus generali dicti Reverendissimi patris, Richardo Swale legum Doctore Curie Audientie Cantuar' causarum et negotiorum Auditore, et Johanne Gibson Curie Prerogative Cantuar' magistro Custode sive Commissario, Henrico Hickman, Davide Yale, et Rogero legum etiam doctoribus, Johanne Dove et Willelmo Barlowe sacre Theologie professoribus, Cum multis alijs in numero copioso congregatis testibus &c

Mandat' pro Induc'

Johannes divina providentia Cantuar' Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus, ad infrascripta auctoritate Parliamenti huius incliti Regni Anglie, mediantibus Literis Commissionalibus patentibus Illustrissime in Christo principis et Domine nostre Domine Elizabethe Dei gratia Anglie Francie et Hibernie Regine fidei Defensor' &c, sufficienter et legitime fulcitus Venerabili viro Carolo Fotherby sacre Theologie Bachalaureo Archidiacono nostro Cantuarien' in Ecclesia nostra

Cathedrali et Metropolitice Christi Cantuar, Salutem et gratiam. Cum vacante nuper sede Episcopali Petriburgen per obitum bone memorie Dni Richardi Howland ultimi Episcopi ibidem, Decanus et Capitulum ecclesie Cathedralis de Burgo sancti Petri (Licentia regia in ea parte prius petita et obtenta), venerabilem virum Thomam Dove presbiterum in artibus magistrum ecclesie Cathedralis Norwicen Decanum in eorum et dicte eccle Cathedralis de Burgo sancti Petri predict Episcopum et Pastorem elegerint, et ecclesie Cathedrali predict providerint de eodem, Cuius quidem electionem et personam sic electam (servatis de iure et Statutis huius regni Anglie in ea parte servandis), Nos Johannes Archiepus Cantuar antedictus, auctoritate qua supra confirmavimus, eidemque confirmato curam regiminis et administrationem Spiritualium dicti Epatus de Burgo sancti Petri commisimus, necnon consequenter munus consecrationis (adhibitis ritibus et ceremoniis de more Eccle Anglicane moderno adhibendis) eidem electo et confirmato impendimus. Ipsumque Dnm Electum confirmatum et consecratum seu procuratorem suum legitimum eius nomine ac pro eo in realem actualem et corporalem possessionem dicti Episcopatus Petriburgen, iuriumque dignitatum honorum preheminentiarum et pertinentium suorum universorum inducendum installandum et inthronizandum fore decrevimus iustitia mediante. Tibi igitur firmiter precipiendo mandantes quatenus prefatum Reverendum patrem Dnm Thomam Dove Electum confirmatum et consecratum seu procuratorem suum ltimum eius nomine ac pro eo in realem actualem et corporalem possessionem dicti Episcopatus de Burgo sancti Petri, iuriumque dignitatum honorum preheminentiarum et ptinentium suorum universorum inducas, installes et inthronizes seu sic induci installari et inthronizari facias cum effectu, Cathedramque sive sedem Epalem in ecclesia Cathli de Burgo sancti Petri predict Episcopo ibidem assignari solit (sibi uti moris est) assignes, et eum in nomine Dni nostri Jesu Christi imponas seu imponi facias prout decet, Iuribus et consuetudinibus nostris Archiepalibus Cantuar et Ecclesie nostre Cathedralis et Metropolitice Christi Cantuar predict dignitatibus et honoribus, in omnibus semper salvis. In cuius rei Testimonium Sigillum quo in hac parte utimur presentibus apponi fecimus. Dat vicesimo septimo die mensis Aprilis Anno Dni, millesimo sexcentesimo primo, Et nostre Translationis Anno decimo octavo

Vicesimo nono die mensis Aprilis Anno Dni millesimo sexcentesimo primo virtute huiusmodi mandati, Emanavit Inductio venerabilibus viris Johanni Palmer sacre Theologie professori Decano ecclesie Cathlis de Burgo sancti Petri, Willmo Barlow sacre Theologie bacchalaureo Archidiacono Archinatus Northampton, Nicholao Browne, Richardo Smyth Willmo Hill sacre Theologie Bacchalaureis et Willmo Smyth presbitero ecclesie Cathedralis predict prebendariis. Ex

Assaphen

Acta habita et facta in negotio Confirmationis Electionis de persona Reverendi in Christo patris Domini Willmi Morgan sacre Theologie professoris Landavensis Episcopi in Episcopum et Pastorem ecclesie Cathedralis Assaphen per Decanum et Capitulum eiusdem eccle Cathedralis electi die Lune decimo septimo viz die mensis Septembris Anno Dni millesimo sexcentesimo primo, Regnique Illustrissime in Christo principis et Domine nre Dne Elizabethe dei gratia Anglie Francie et Hibernie Regine fidei Defensor etc Anno Quadragesimo tertio in Ecclesia parochi beate Marie virginis de Arcubus London Ecclesie Cathedralis et Metropolitice Christi Cantuariensis Iurisdictionis immediate, Coram vene viro Willmo fferrand Legum Doctore Reverendissimi in Xpo patris et Domini Dni Johannis divina providentia Cantuarien Archiepi totius Anglie Primatis et metropolitani Commissario in hac parte inter alios con^rs et divisim specialiter et legitime deputato et constituto in presentia mei Johannis Coston notarij publici &c

Dictis die et loco inter horas nonam et undecimam ante meridiem eiusdem diei Presentatis coram prefato venerabili viro Willmo fferrand Legum Doctore Commissario &c iudicialiter et pro Tribunali sedente Literis patentibus regijs magno sigillo Anglie sigillat de assensu suo regio prenominato Reverendissimo patri inscriptis et directis, necnon literis Commissionalibus dicti Reverendissimi patris eidem Willmo fferrand et alijs con^rs et di^s in hac parte factis, ac per me prefatum Johannem Coston notarium publicum antedictum de mandato dicti magri Willmi fferrand publice lectis, Idem magr Willmus fferrand ob honorem et reverentiam prenominate Illustrissime Domine nostre Regine, et memorati Reverendissimi in Xpo patris acceptavit in se onus executionis dictarum literarum patentium et Commissionalium, et decrevit procedendum fore iuxta vim formam et effectum earundem; Deinde Comparuit personaliter magr Thomas Lovell notarius publicus alterq Curie Cantuar de Arcubus London procuratorum generalium unus, et exhibuit procuratorium suum literatorie pro venerabilibus viris Decano et Capitulo Ecclesie Cathedralis Asaphen predict et fecit se partem pro eisdem, ac nomine procuratorio eorundem Decani et Capituli presentavit eidem magro Willmo fferrand Reverendum in Xpo patrem Dominum Willmum Morgan sacre Theologie professorem Landaven Episcopum in Epum et Pastorem dicte Ecclesie Cathedralis Asaphen predict electum, et ipsum in presentia dicti Commissarij sistebat; Et tunc dictus magr Thomas Lovell procurator antedictus exhibuit mandatum citatorium originale alias contra oppositores in huiusmodi negotio emanat unacum Certificatorio in dorso super executione eiusdem, et petijt omnes et singulos oppositores huiusmodi preconizari: Quibus tunc et ibm trina vice publice preconizat et nullo modo comparentib &c, Prefatus magr Thomas Lovell procurator antedictus accusavit contumacias eorum omnium et singulorum sic (ut premittitur) ad hos diem hor et locum citatorum et intimatorum &c, ac modo predict preconizat, diuq et sufficienter expectat et nullo modo comparen, nec aliquid in hac parte dicere excipere vel opponere curan et petijt eos omnes et singulos reputari contumaces. Ad cuius petitionem prefatus magr Willmus fferrand pronuntiavit eos omnes et singulos sic citatos intimatos preconizatosq et nullo modo comparentes &c contumaces, et in penam contumaciarum suarum huiusmodi viam ulterius opponendi contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam eis et eorum cuilibet preclusit, necnon ad ulteriora in dicto Confirmationis negotio procedendum fore decrevit, ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante, prout in schedula per eum lecta plenius continetur: Quibus sic gestis prefatus magr Thomas Lovell procurator antedictus in penam contumaciarum eorundem citatorum et non comparentium dedit summariam petitionem in scriptis quam petijt admitti, qua quidem summaria petitione per me antedictum Johannem Coston de mandato dicti magri Willmi fferrand, ad petitionem eiusdem mri Lovell publice perlecta Idem magr Willmus fferrand admisit dictam summariam petitionem quatenus de iure sit admittenda, et decrevit procedendum fore summarie et de plano &c, et assignavit dicto magro Lovell ad probandum contenta in eadem summaria petitione ad statim: Et tunc idem magr Thomas Lovell in subsidium probationis contentorum in dicta summaria petitione exhibuit Literas patentes regias de assensu suo regio, superius memorat, magno sigillo Anglie sigillat, et Literas Commissionales Reverendissimi patris predict necnon quoddam Certificatorium sive Lras testimoniales eorundem Decani et Capituli sigillo eorum communi sigillat, per quod sive quas apparuit memoratum Decanum et Capitulum ecclesie Cathedralis Asaphen' predict' prenominatum Reverendum patrem Dominum Willimum Morgan Landaven' Episcopum in eorum et dicte ecclesie Cathedralis Episcopum et Pastorem elegisse, Ac etiam exhibuit instrumentum super consensu prefati Domini Electi eidem electioni adhibito et allegavit omnia et singula contenta in dictis respective exhibitis fuisse et esse vera atque habita et gesta prout in eisdem continetur petendo terminum sibi assignari ad audiendum sententiam sive finale decretum in hac causa; Ad cuius petitionem prenominatus magister Willimus ffarrand assignavit ad audiendum sententiam ad statim: Consequenter vero facta alia trina preconizatione omnium et singulorum oppositorum huiusmodi (sic ut prefertur) citatorum, nullo modo comparentium nec aliquid in hac parte dicere, excipere, vel opponere curan', Dictus magister Willimus ffarrand ad petitionem dicti magistri Lovell accusant' contumacias &c pronunciavit eos et eorum quemlibet contumaces, et in penam contumaciarum suarum huiusmodi ad petitionem eiusdem magistri Lovell decrevit procedendum fore ad prolationem Sententie diffinitive sive finalis decreti in huiusmodi causa sive negotio confirmationis, ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstan', prout in schedula per eundem magistrum Willimum ffarrand lecta continetur: Hijs expeditis prestitoque iuramento per prenominatum Reverendum patrem Dominum Electum antedictum ad sancta Dei Evangelia per eum corporaliter tacta et deosculata de fidelitate obedientia et subiectione dicte Illustrissime Domine nostre Regine eiusque heredibus et successoribus, ac de renunciando omnimode forance potestati iuxta formam statuti in ea parte editi et provisi, necnon de Canonica obedientia prenominato Reverendissimo patri et successoribus suis &c Prefatus magister Willimus ffarrand ad petitionem predicti magistri Lovell legit tulit et promulgavit sententiam diffinitivam sive finale decretum in dicto Confirmationis negotio, in scriptis conceptam, pronunciando decernendo declarando confirmando, ceteraque faciendo prout in eadem continetur; Super quibus omnibus et singulis tam dictus Reverendus pater Dominus Electus, quam memoratus magister Thomas Lovell, procurator Decani et Capituli antedicti me notarium publicum antedictum sibi unum vel plura publicum seu publica instrumentum sive instrumenta conficere, ac testes inferius nominatos testimonium inde perhibere instanter respective rogarunt et requisiverunt, Deinde dictus magister Willimus ffarrand ad petitionem tam dicti Reverendi patris Domini Electi et Confirmati quam magistri Lovell procuratoris Decani et Capituli Asaphen predict', decrevit eis Literas Testimoniales super omnibus et singulis premissis sub modo et forma supra specificatis gestis et expeditis fieri et liberari Presentibus tunc et ibidem venerabilibus viris Arthuro Trevor et Samuele Fooder legum Doctoribus Willimo Meredith Armigero Thoma Griffith, Eubulo Thelwall, et Thoma Martyn generosis, Johanne Davies Clerico, Simone Thelwall et Johanne Drake notarijs publicis, ac Andrea Norborne et Rogero Bate literatis cum multis alijs in numero copioso congregatis testibus &c. Tenores vero tam literarum patentium Regie Maiestat' quam etiam totius processus in dicto Confirmationis negotio habit' et fact' ac superius mentionat' sequuntur et sunt tales vizt.

Elizabeth Dei gratia Anglie ffrancie et hibernie Regina fidei defensor &c, Reverendissimo in Christo patri, ac predilecto et fideli nostro Domino Johanni Cantuar' Archiepiscopo, ac alijs quibuscunque Episcopis quorum in hac parte interest salutem: Cum vacante nuper sede Episcopali Asaphen per mortem naturalem ultimi Episcopi ibidem, ad humilem petitionem Decani et Capituli eiusdem ecclesie Asaphen per Literas nostras patentes Licentiam concesserimus alium sibi eligend' in Episcopum et Pastorem eiusdem Sedis predict', Ijdem Decanus et Capitulum vigore et obtentu Licencie nostre predicte elegerunt in Episcopum et Pastorem Willimum Morgan sacre Theologie professorem prout per Literas suas sigillo eorum communi sigillat' nobis inde direct' plenius apparet:

Lre paten' Regie

Nos electionem illam acceptantes eidem electioni regium nostrum assensum adhibuimus pariter et favorem. Et hoc vobis tenore presentium significamus, Rogantes ac in fide et dilectione quibus nobis tenemini firmiter precipiendo mandantes, quatenus vos eundem Willelmum in Episcopum et Pastorem ecclesie Cathedralis Asaphensis predict' sic (ut prefertur) elect', electionemque predictam confirmare, Ceteraque omnia et singula peragere que vestro in hac parte incumbunt officio pastorali iuxta formam Statuti in ea parte edit' et provisi velitis cum effectu. In cuius rei Testimonium has Literas nostras fieri fecimus patentes. Teste me ipsa apud Westm' Secundo die Septembris Anno Regni nostri Quadragesimo tertio. per Breve de privato Sigillo &c. Nore, Egerton &c.

Johannes divina providentia Cantuar' Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus. Dilectis nobis in Xpo venerabilibus viris Edwardo Stanhope Legum Doctori vicario nro in Spiritualibus generali et officiali principali, Johanni Lone, Willmo Ferrand et Johanni Amye legum etiam Doctoribus salutem et gratiam. Cum Literas patentes Illustrissime in Xpo principis et Domine nre Dne Elizabeth Dei gratia Anglie Francie et Hibernie Regine fidei Defensor' &c, sigillo suo magno Anglie sigillat' gerentes datum apud Westm' Secundo die presentis mensis Septembris Anno Regni sui felicissimi Quadragesimo tertio receperimus. Cumque inter alia in eisdem nobis preceptum est ut electionem Reverendi in Xpo patris Dni Willim Morgan sacre Theologie professoris Landavensis Episcopi ad Episcopatum Asaphen' confirmaremus. Nos cum ea qua decuit reverentia volentes mandato Regio in ea parte humiliter satisfacere. Ad examinandum igitur discutiendum approbandum, et confirmandum dictam electionem de persona dicti Reverendi patris factam et celebratam: Ipsamque electionem et personam sic electam secundum Juris et Statutorum huius regni Anglie exigentiam ac iuxta tenorem formam et effectum mandati regij predict' nobis in ea parte (ut prefertur) fact' et directi, quatenus eandem electionem rite et legitime factam et celebratam fuisse et esse, vobis coniunctim et divisim constiterit, rite et ltime approband' et comproband': defectusque (si qui forsan in ea parte intervenerint) rite et legitime supplendum, Ceteraque omnia et singula faciend' exercend' et expediend' que in hac parte necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna: Vobis con[iunctim] et divisim committimus vices nostras, ac plenam in Domino tenore presentium committimus potestatem Juribus nostris Archiepalibus Cantuarien', Ceterisque emolumentis nobis ac Officiarijs et ministris nostris in hac parte competentibus semper salvis et reservatis. In cuius rei Testimonium Sigillum (quo in hac parte utimur) presentibus apponi fecimus. Dat' in Manerio nostro de Bekesborne Decimo quinto die mensis Septembris Anno Dni millesimo sexcentesimo primo, Et nostre Translationis Anno Decimo octavo. &c.

Pateat universis per presentes Quod Nos Thomas Banks, Clericus et in artibus magr Decanus Ecclie Cathedralis Asaphen et eiusdem ecclesie Capitulum, dilectos nobis in Xpo discretos viros Richardum Trevor et Samuelem Boder' Legum respective Doctores Johannem Davys Clericum, Thomam Lovell et notarios publicos Almeque Curie Cantuarien de Arcubus London procuratores generales coniunctim et eorum quemlibet per se divisim et insolid', Ita quod non sit melior Conditio primitus occupantis, nec deterior subsequentis; sed quod unus eorum inceperit id ipsorum quilibet libere prosequi valeat mediare pariter et finire, nostros veros certos legitimos et indubitatos procuratores actores factores negotiorumque nostrorum gestores et nuncios speciales et generales ad infrascripta omnia et singula nominamus ordinamus facimus et constituimus per presentes: Damusque et concedimus eisdem procuratoribus nostris coniunctim et eorum cuilibet per se (ut prefertur) divisim et in solid' potestatem

tem generalem, et mandatum tam generale quam speciale pro nobis ac pro loco et nomine nostris coram Reuerendo in xpo patre Willmo Morgan sacre Theologie profess. et Landauensi Episcopo moderno, in Episcopum et Pastorem ecclesie Cathedralis Asaphen predict per nos vnanimiter electo comparendi et interessendi, Literasque nostras Certificatorias siue decretum de et super electione nostra hmoi per nos fact et confect, sigilloque nostro Communi et Capitulari sigillat Reuerendo patri exhibendi et ostendendi, Ipsumque suppliciter et cum instantia quoties eis seu eorum alicui visum fuerit expedire, quod ipse electioni de se facte consentire, ac Consensum suum prebere expresse dignetur rogandi et requirendi, Electionemque siue Certificatorium super electione predicta Serenissime in xpo principi et Dne nostre Dne Elizabethe Dei gratia Anglie ffrancie et hibernie Regine fidei Defensori &c significandi et intimandi, necnon negotium confirmationis electionis predict coram Reuerendissimo in xpo patre et Domino Dno Johanne prouidentia diuina Cantuarien Archiepo totius Anglie Primate et Metropolitano eiusve vicario in Spiritualibus generali et officiali principali siue Commissario aut iudice in ea parte competente quocunque vsque ad finalem expeditionem eiusdem pro nobis ac nomine nostro prosequend Ac Confirmationem in ea parte petendi et obtinendi, prouocandi, et appellandi, ac prouocationes et appellationes hmoi notificandi et intimandi, Alium insuper seu alios procuratorem seu procuratores loco suo et eorum cuiuslibet substituendi, ac substitutum siue substitutos hmoi reuocandi, procuratorisque officium in se et eorum quemlibet reassumendi, quoties et quando id eis seu eorum alicui melius videbitur expedire: Et generaliter omnia alia et singula faciendi exercendi et expediendi vsque ad finalem expeditionem negotij Confirmationis hmoi, que in premissis vel circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna, licet mandatum de se exigant magis speciale quam superius est expressum: Promittentes, et promittimus nos ratum gratum et firmum perpetue habituros, totum et quicquid dicti procuratores nostri fecerint seu eorum aliquis fecerit, in premissis seu eorum aliquo sub ypotheca et obligatione omnium et singulorum bonorum nostrorum tam presentium quam futurorum et in ea parte Cautionem exponimus per presentes: In cuius rei Testimonium quia Sigillum nostrum commune ad presens tempus penes nos non habemus ideo sigillum officialis venerabilium virorum Dominorum Decani et Capituli Ecclesie Collegiate Diui Petri Westmonasteriensis presentibus apponi procurauimus; Et nos Officialis dictorum venerabilium virorum ad requisitionem dictorum Constituentium sigillum huiusmodi presentibus apposuimus. Datum vicesimo primo die mensis Julij, Anno Domini millesimo sexcentesimo primo

Johannes diuina prouidentia Cantuar Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus, vniuersis et singulis Clericis et Literatis quibuscumque per Prouinciam nostram Cantuarien vbilibet constitutis Salutem; Cum vacante nuper sede Episcopali Asaphen per obitum bone memorie Domini Willmi Hughes vltimi Episcopi et Pastoris eiusdem, Decanus et Capitulum Ecclie Cathedralis Asaphen pro electione noui et futuri Episcopi ibidem (Licentia regia prius in ea parte petita et obtenta) celebranda certum terminum prefixerint et assignauerint, et in hmoi electionis negotio rite procedentes, Reuerendum in xpo patrem et venerabilem Confratrem nostrum Willmum Morgan sacre Theologie professorem Landauen Episcopum in eorum et dicte ecclie Cathedral Asaphen predict Episcopum et Pastorem elegerint. Cumque serenissima in xpo Princeps et Domina nra Domina Elizabethe Dei gratia Anglie ffrancie et hibernie Regina fidei Defensor &c ad humilem petitionem eorundem Decani et Capituli eidem electioni de persona predicti Reuerendi patris Domini Electi facte et celebrate Regium suum adhibuerit assensum pariter et fauorem, prout per Literas suas patentes Regias suo magno sigillo Anglie sigillatas nobis significauerit: Mandando quatenus nos electionem predictam et personam electam confirmare iuxta formam Statuti in ea parte editi et prouisi velimus cum omni celeritate accommoda, prout per easdem literas patentes regias ad quas habeatur relatio plenius liquet et apparet. Nos vero volentes eiusdem Domine nostre Regine mandatis pro officij nostri debito parere, ac in huiusmodi Confirmationis negotio iuxta iuris et Statutorum huius regni Anglie exigentiam procedere, omnes et singulos (si qui sint) qui contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam dicere excipere vel opponere voluerint, ad diem horam locum et effectum infrascript evocandos et citandos fore decreverimus iustitia mediante. Vobis igitur coniunctim et divisim committimus ac firmiter iniungendo mandamus quatenus citetis seu citari faciatis peremptorie, alta et intelligibili voce in ecclesiam parochialem beate Marie virginis de Arcubus London Decanatus de Arcubus London, nostri et Ecclesie nostre Cathedralis et metropolitice Christi Cantuar iurisdictionis immediate, necnon per affixionem presentium in aliquo loco convenienti infra ecclesiam parochialem beate Marie virginis de Arcubus London predict, vel in aliis locis publicis ubi videbitur expediens omnes et singulos oppositores (si qui sint) in specie aliquin in genere, qui contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam dicere excipere vel opponere voluerint: Quod compareant et eorum quilibet compareat coram nobis aut Vicario nostro in Spiritualibus generali et Officiali principali, vel Commissarijs nostris aut eorum aliquo in hac parte quorumcunque, in eadem Ecclesia beate Marie virginis de Arcubus London, Die Jovis decimo septimo viz[t] die mensis presentis Septembris, inter horas nonam et undecimam ante meridiem eiusdem diei cum continuatione et prorogatione dierum extunc sequentium (si oporteat) faciend, contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam (si sua putaverint interesse) in debita iuris forma dictur excepturos et opposituros, ulteriusque facturos et recepturos quod iustum fuerit in hac parte, et dicti negotij qualitas et natura de se exigunt et requirunt. Intimantes preterea modo et forma precitatis omnibus et singulis oppositoribus si qui sint in specie aliquin in genere, quibus nos etiam harum serie sic intimamus, Quod sive ipsi sic citati, dictis die hora et loco coram nobis aut Vicario nostro in Spiritualibus generali vel Commissario predicto comparuerint, et contra dictam electionem, formam eiusdem aut personam electam huiusmodi dicere excipere vel opponere voluerint, sive non, Nos nihilominus in dicto Confirmationis negotio iuxta Juris et Statutorum huius Regni Anglie exigentiam procedemus ac iustitiam ministrabimus, seu sic procedet et ministrabit Vicarius noster in Spiritualibus generalis et Officialis principalis vel Commissarius predictus, ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive Contumacia in aliquo non obstantibus. Et quid in premissis feceritis nos aut Vicarium nostrum in Spiritualibus generalem antedictum vel Commissarium huiusmodi debite et autentice certificetis, seu sic certificet ille vestrum qui presens mandatum fuerit executus unacum presentibus. Dat decimo quarto die mensis Septembris Anno Domini millesimo sexcentesimo primo, Et nostre Translationis Anno decimo octavo

Cer' super eodem **Reverendissimo** in Christo patri et Domino Domino Johanni divina providentia Cantuar Archiepiscopo totius Anglie Primati et metropolitano vestrove Commissario cuicunque in hac parte specialiter deputato, vester humilis et devotus Rogerus Bate literatus vester ad infrascripta mandatarius legitime deputatus omnimodas reverentiam et obedientiam tanto Reverendissimo patri debitas et condignas cum honore. Mandatum vestrum Reverendissimum retroscriptum nuperrime ea qua decuit reverentia humiliter recepi exequend, cuius vigore pariter et autoritate omnes et singulos oppositores (si qui sint) tam in specie quam in genere qui contra retronominatam electionem, formam eiusdem, aut personam electam dicere excipere vel opponere voluerint tam per affixionem eiusdem mandati vestri in valvis exterioribus ecclesie parochialis beate Marie virginis de Arcubus London retroscript, et ibidem aliquandiu dimissi quam per publicationem eiusdem in ecclesia parochiali predict decimo quarto die mensis instantis Septembris peremptorie citavi Quod comparerent coram vobis die hora et loco in huiusmodi vestro Reverendissimo mandato content et specificat, contra dictam electionem formam eiusdem, aut personam electam huiusmodi (si sua putaverint interesse) in debita iuris forma dicturos excepturos vel oppositturos, ulteriusque facturos et recepturos quod tenor et effectus istius vestri mandati Reverendissimi de se exigunt et requirunt. Et preterea eisdem die et loco dictis oppositoribus (sic ut prefertur) citatis intimavi, quod sive ipsi dictis die hora et loco comparuerint, et que imperata sunt, fecerint sive non, vos nihilominus aut Commissarius vester antedictus in huiusmodi Confirmationis negotio iuxta iuris exigentiam procedetis seu procedet, ac iustitiam ministrabitis seu ministrabit, ipsorum sic citatorum et non Comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstantibus. In cuius rei Testimonium sigillum Venerabilis viri domini Officialis peculiaris et exempte Jurisdictionis libere Capelle sive Ecclesie Collegiate sancte Katherine virginis prope Turrim London presentibus apponi procuravi. Et nos Officialis antedictus ad specialem rogatum dicti Certificantis Sigillum nostrum huiusmodi presentibus apponi fecimus Dat' Londini sexto die mensis Septembris Anno domini millesimo sexcentesimo primo.

In Dei nomine Amen, Nos Willelmus fferrand Legum Doctor Reverendissimi in Christo patris et domini domini Johannis divina providentia Cantuarien Archiepiscopi totius Anglie Primatis et metropolitani Commissarius inter alios ad infrascripta coniunctim et divisim specialiter et legitime deputatus et constitutus in negotio Confirmationis electionis de persona Reverendi in Christo patris domini Willelmi Morgan sacre Theologie professoris Landaven Episcopi in Episcopum et pastorem ecclesie Cathedralis Asaphen electi facte et celebrate rite et legitime procedentes, omnes et singulos oppositores (si qui sint) qui contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam dicere excipere vel opponere voluerint ad comparendum coram nobis istis die hora et loco (si sua putaverint interesse) contra dictam electionem, formam eiusdem aut personam in hac parte electam in debita iuris forma dicturos excepturos vel oppositturos, alias legitime et peremptorie citatos, sepius publice preconizatos, diuque et sufficienter expectatos, et nullo modo ~~legitime~~ comparentes, ad petitionem partis Decani et Capituli ecclesie Cathedralis Asaphen predict' pronunciamus contumaces, ac ipsis et eorum cuilibet in penam contumaciarum suarum huiusmodi viam ulterius opponendi contra dictam electionem formam eiusdem aut personam electam precludimus in his scriptis: Ac etiam decernimus ad ulteriora in dicto Confirmationis negotio procedendum fore iuxta Juris et Statutorum huius Regni Anglie exigentiam, ipsorum sic citatorum et non Comparentium absentia sive Contumacia in aliquo non obstante. Willelmus fferrand. — Prima Sessio

In Dei nomine Amen, Coram vobis Reverendissimo in Christo patre et domino domino Johanne divina providentia Cantuarien Archiepiscopo totius Anglie Primate et metropolitano ad infrascripta auctoritate Parliamenti Anglie mediantibus Literis Commissionalibus patentibus Illustrissime in Christo Principis et domine nostre domine Elizabethe Dei gratia Anglie ffrancie et hibernie Regine fidei Defensor etc sufficienter et legitime fulcito, vestrove vicario in spiritualibus generali et officiali principali legitime constituto, aut vestris Commissariis quibuscunque in hac parte specialiter deputatis, coniunctim vel alteri eorum, Pars venerabilium virorum Decani et Capituli ecclesie Cathedralis Asaphen dicit allegat, et in his scriptis ad omnem Juris effectum exinde sequi valentem per viam Summarie petitionis in Jure proponit articulatim prout sequitur. — Summaria petitio

Imprimis videlicet, quod Sedes Episcopalis Asaphensis per obitum bone memorie domini Willelmi Hughes ultimi et immediati Episcopi ibidem nuper vacare cepit et aliquandiu vacavit, pastorisque solatio destituta extitit et existit in presenti, hocque fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum, Et ponit coniunctim et divisim ac de quolibet. 1

Item quod dicta sede Episcopali Asaphen dudum (ut prefertur) vacante, De- 2 canus et Capitulum Ecclesie Cathedralis Asaphen predict Capitulariter congregati et Capitulum facientes (Licentia regia prius in ea parte petita et obtenta) certum diem ac domum suam Capitularem ecclesie Cathedralis Asaphen predict pro electione hmoi facienda et celebranda vnanimiter et concorditer prefixerunt, ac omnes et singulos eiusdem ecclesie Cathedralis Canonicos et Prebendarios, Ius vocis et interesse in eadem electione habentes, seu habere pretendentes, ad diem et locum predict in hmoi electionis negotio processuros et procedi visuros, legitime et peremptorie citari fecerunt. Hocque fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum Et ponit vt supra

3 Item, Quod prefati Decanus et Capitulum die et loco prefixis, vizt. Vicesimo primo die mensis Julij Anno Domini millesimo sexcentesimo primo iam currente Capitulariter congregati et Capitulum facientes, seruato primitus per eos de Iure et Statutis huius Regni Anglie in ea parte seruandis, habitoque per eos tractatu diligenti de persona idonea eligenda in Episcopum et Pastorem Eccl[es]ie Cathedralis predict tandem vnanimiter et concorditer nullo eorum contradicente vel reclamante Reuerendum in Christo patrem Dominum Willmum permissione diuina Landauensem Episcopum, in eorum et dicte Ecclesie Cathedralis Episcopum et Pastorem elegerunt, et ecclesie memorate de eodem prouiderunt. Et ponit vt supra

4 Item, Quod Electio hmoi et persona electa die predicto in Ecclesia Cathedrali Asaphen predict, coram Clero et populo tunc et ibidem in numero copioso congregatis debite publicate et declarate fuerunt, Et ponit vt supra

5 Item, Quod dictus Reuerendus pater Dominus Willmus Landauensis Episcopus hmoi electioni de persona sua in Episcopum et Pastorem ecclesie Cathedralis Asaphen predicte (vt prefertur) facte et celebrate, ad humilem petitionem partis eorundem Decani et Capituli debitis loco et tempore consenciebat, et consensum suum eidem prebuit in scriptis per eum lectis, Et ponit vt supra

6 Item Quod dictus Reuerendus pater Dominus Willmus Landauensis Episcopus fuit et est vir prouidus et discretus literarum eminenti scientia, vita et moribus merito commendatus liber et de legitimo matrimonio procreatus, atque in etate legitima et ordine sacerdotali constitutus necnon deo deuotus, et ecclesie memorate apprime necessarius Hocque fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum, Et ponit vt supra

7 Item Quod prenominati Decanus et Capitulum hmoi electionem et personam electam Serenissime Domine nostre Regine Elizabethe per Literas suas patentes Sigillo eorum communi roboratas pro Officio sui debito, iuxta Statuta huius inclyti Regni Anglie significarunt et intimarunt Et ponit vt supra

8 Item Quod presentato ex parte antedictorum Decani et Capituli Regie sublimitati processu electionis hmoi, eadem Serenissima Domina nostra Regina pro sua Clementia regia electioni hmoi de persona prefati Reuerendi patris (vt prefertur) facte et celebrate consensum et assensum suos regios gratiose adhibuit et adhibet Et ponit vt supra

9 Item Quod dicta Serenissima Domina nostra Regina vobis prefato Reuerendissimo in Christo patri de consensu et assensu suis Regijs hmoi electioni (vt prefertur) adhibitis per Literas suas patentes vobis inscriptas et directas non solum significauit, verum etiam earundem Literarum suarum patentium serie vobis rogando mandauit, quatenus vos electionem predictam et personam electam hmoi confirmare, ceteraque peragere que vestro in hac parte incumbunt officio pastorali iuxta formam Statuti in ea parte editi et Literarum patentium hmoi seriem velletis cum fauore. Hocque fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum Et ponit vt supra

10 Item Quod premissa omnia et singula fuerunt et sunt vera publica notoria manifesta pariter et famosa, Atque de et super eisdem laborarunt et in presenti laborant publica vox et fama, Vnde facta fide de iure in hac parte requisita

ad quam faciendam offert pars ista proponens Decani et Capituli predict se promptum et paratum pro loco et tempore congruis et opportunis, petitque eadem pars electionem predictam et personam electam confirmandam fore decerni et cum effectu confirmari iuxta iuris et statutorum huius Regni Anglie exigentiam, necnon literarum regiarum patentium hmoi vobis directarum in hac parte seriem, Curamque regimen et administracionem spiritualium Episcopatus Asaphen, Iuriumque dignitatum honorum preeminentiarum et pertinentium suorum universorum inducendum installandum et inthronizandum fore decerni, Ulteriusque fieri statui et decerni in premissis et ea concernentibus quibuscunque quod iuris fuerit et rationis, Supplendo defectus quoscunque in ea parte intervenientes, Quae proponit et fieri petit, pars ista proponens conm et dim non artans se ad omnia et singula premissa probanda, nec ad onus superflue probationis de quo protestatur, sed quatenus probaverit in premissis, eatenus obtineat in petitis (iuris beneficio in omnibus semper salvo, vestrum officium Domine iudex antedicte humiliter implorand

Reverendissimo in xpo patri et Domino Domino Iohanni divina providentia Cantuarien Archiepo totius Anglie Primati et Metropolitano aut alij cuicunque potestatem et auctoritatem in hac parte sufficientem habenti seu habituro. Vestri humiles Thomas Banckes Clericus et in artibus magr Decanus ecclesie Cathedralis Asaphen et eiusdem ecclesie Capitulum omnimodas reverentiam et obedientiam tanto reverendissimo patri debitas et condignas cum honore: Vestre Reverendissime paternitati tenore pntium significamus et innotescimus, Quod sede Episcopali Asaphen per mortem naturalem Reverendi in xpo patris Domini Willmi Hughes sacre Theologie professoris ultimi Episcopi ibidem iam vacante, pastorisque solatio destitut, Nos prefatus Decanus ecclesie Cathedralis Asaphen et eiusdem ecclesie Capitulum antedictum, vigore et auctoritate Licentie regie Maiestatis nobis Decano et Capitulo eccl[es]ie Cathedralis Asaphen predict de alio in Episcopum et Pastorem ibidem eligend fact et concess, in domo nostra Capitulari die dat pntium capitulariter congregat et Capitulum facientes, servatis per nos omnibus et singulis ad dicte electionis negotium de iure et huius regni Anglie statutis sive aliqua consuetudine dicte ecclesie Cathedralis servandis, habitoque inter nos diligenti et maturo tractatu de persona idonea in ea parte eligenda, Tandem in Reverendum patrem Willmum Morgan sacre Theologie professorem Episcopum Landaven modernum per serenissime Domine nre Regine Literas nobis specialiter nominatum et commendatum vota nostra direximus, Ipsumque vigore dicte Licentie serenissime Regie maiestatis in nostrum et dicte ecclesie Cathedralis Asaphen Episcopum et Pastorem unanimiter et concorditer (nullo contradicente vel reclamante) elegimus, prout per alias lras nostras Certificatorias dicte serenissime Domine nostre Regine in ea parte directas et transmissas plenius liquet et apparet, Vestre igitur paternitati Reverendissime tenore pntium supplicamus et in Dno rogamus quatenus dictam nram electionem sic per nos (ut prefertur) de persona prefati Reverendi patris Willmi Morgan factam et celebratam confirmare, ceteraque peragere perficere concedere et expedire que ad officium vestrum Archiepiscopale in hac parte quomodolibet spectant, dignetur eadem vestra Reverendissima paternitas cum favore, Ut Deo Optimo Maximo bonorum omnium largitore favente et cooperante, dictus electus et confirmatus nobis preesse valeat utiliter pariter et prodesse, ac nos sub eo ac eius regimine bene possimus Deo in dicta ecclesia militare, Sicque Deus Optimus maximus vestram Reverendissimam paternitatem diu conservet in prosperis. In quorum omnium et singulorum premissorum fidem et testimonium Sigillum nostrum commune et Capitulare presentibus apponi fecimus. Dat in Domo nostra Capitulari vicesimo primo die mensis Julij Anno Domini millesimo sexcentesimo primo Regnique Illustrissime in xpo principis et Domine nostre Dne Elizabethe Dei gratia Anglie Francie et Hibernie Regine fidei defensor etc, Quadragesimo tertio

Decr et Electionis Rme

Reverendo in xpo patri Willmo Morgan

Decr et Epo de eius electione

sacre Theologie professori Episcopo Landaven modo Vestri humiles Thomas Banks Clericus in artibus magister Decanus ecclesie Cathedralis Asaphen, et eiusdem ecclesie Capitulum omnimodas reverentiam et obedientiam tanto reverendo patri debit et condignas. Vestre Reverende paternitati tenore presentium significamus et innotescimus, Quod vacante nuper sede Episcopali Asaphen per mortem naturalem Reverendi in Christo patris Willelmi Hughes sacre Theologie professoris, nuper Episcopi ibidem, Nos Decanus ecclesie Cathedralis Asaphen, et eiusdem ecclesie Capitulum antedictum, in domo nostra Capitulari die dat presentium vigore et auctoritate Licentie Illustrissime in Christo principis et Domine nostre Domine Elizabethe Dei gratia Anglie Ffrancie et hibernie Regine fidei defensor etc nobis in ea parte fact et concess ad effectum eligendi novum Episcopum et Pastorem ecclesie Cathedralis Asaphen predict capitulariter congregati et Capitulum ibidem facientes (servatis de iure et statutis huius regni Anglie in ea parte servandis) habitoque per nos tractatu diligenti de persona idonea in ea parte eligenda, Tandem in vestram Reverendam paternitatem vota nostra direximus, dictamque Reverendam vestram paternitatem per Regiam maiestatem nobis nominatam et commendatam in nostrum et dicte ecclesie Cathedralis Asaphen Episcopum et Pastorem unanimiter et gratis animis elegimus ac electionem huiusmodi dicte Illustrissime Domine nostre Regine per Literas nostras Certificatorias sigillo nostro communi sigillatas significavimus et notum fecimus: Quocirca vestram Reverendam paternitatem humiliter et obnixe rogamus, quatenus huiusmodi electioni de persona vestra sic (ut prefertur) per nos facte et celebrate consentire, ac consensum et assensum vestros eidem prebere gratiose dignemini: In quorum omnium et singulorum premissorum fidem et Testimonium sigillum nostrum Commune et Capitulare presentibus apponi fecimus. Dat in Domo nostra Capitulari Vicesimo primo die mensis Julij Anno Domini millesimo sexcentesimo primo, Regnique Illustrissime in Christo principis et Domine nostre Domine Elizabethe Dei gratia Anglie Ffrancie et hibernie Regine fidei defensor etc, Quadragesimo tertio

Instrumentum consensus Domini Electi

In Dei nomine Amen, per presens publicum Instrumentum cunctis appareat evidenter et sit notum, Quod decimo quarto die mensis Septembris, Anno Domini millesimo sexcentesimo primo, Regnique Illustrissime in Christo principis et Domine nostre Domine Elizabethe Dei gratia Anglie Ffrancie et hibernie Regine fidei defensor etc Anno Quadragesimo tertio, in edibus solite habitacionis Thome Martyn generosi infra parochiam sancti Andree in holborne in suburbijs Civitatis London situatis, Coram Reverendo in Christo patre Domino Willelmo permissione divina Landaven Episcopo, in mei Johannis Drake notarij publici subscripti, ac testium inferius nominatorum presentijs. Constitutus personaliter discretus vir Thomas Lovell notarius publicus, almeque Curie Cantuar de Arcubus London procuratorum generalium unus, exhibuit procuratorium suum litteratorie pro venerabilibus viris Decano et Capitulo ecclesie Cathedralis Asaphen ei inter alios coniunctim et divisim factum et fecit se partem pro eisdem Decano et Capitulo, ac nomine procuratorio eorundem Decani et Capituli presentavit prenominato Reverendo patri Domino Willelmo Landaven Episcopo tunc et ibidem personaliter presenti, quasdam Literas Testimoniales sive certificatorias sigillo communi eorundem Decani et Capituli (ut apparuit) ac sub cera rubea sigillat de et super electione dicti Reverendi patris in Episcopum et Pastorem ecclesie Cathedralis Asaphen predict facta et celebrata, Eundemque Reverendum patrem Dominum Electum instanter instantius et instantissime quatenus eidem electioni de ipso et eius persona (ut premittitur) facte et celebrate consentire, ac consensum et assensum suos eidem prebere dignaretur, rogavit et requisivit, Qui quidem Reverendus pater Electus Asaphensis Episcopus antedictus sic requisitus et interpellatus, primo et ante omnia gratias agens dicte serenissime Domine nostre Regine, que ipsum licet indignum (ut asseruit) dictis Decano et Capitulo commendare dignata est, Deinde ipsis Decano et Capitulo qui tum tam gratis animis elegerint, licet se tanto munere indignum iudicaret: Tamen ne ipse divine voluntati, et dicte Domine nostre Regine beneplacito minime obtemperare videretur, Deum precatus est, ut suo sancto spiritu et gratia speciali in omnibus adesse velit ad illustrandum nominis sui gloriam et ecclesie utilitatem procurandum, Electioni predicte de ipso et eius persona (ut premittitur) facte et celebrate consentiebat in scriptis per eum lectis prout in schedula per eum lecta continetur; Cuius quidem schedule tenor sequitur et est talis, vizt. In dei nomine Amen Ego Willelmus permissione divina Landavensis Episcopus in Episcopum et Pastorem ecclesie Cathedralis Asaphensis rite et legitime nominatus et electus, ad consentiendum huiusmodi electioni de me et persona mea in hac parte facte et celebrate, ex parte et per partem venerabilium virorum Decani et Capituli eiusdem ecclesie Cathedralis instanter rogatus et requisitus (Dei omnipotentis Clementia fretus) electioni huiusmodi de me et persona mea sic (ut premittitur) facte et celebrate, ad honorem dei omnipotentis patris filii et spiritus sancti consentio, eidemque consensum et assensum meos semel atque iterum rogatus et interpellatus prebeo in hiis scriptis. Super quibus omnibus et singulis premissis tam dictus Reverendus pater Dominus Electus quam memoratus Thomas Lovell procurator antedictus me notarium publicum subscriptum sibi unum vel plura, publicum seu publica instrumentum sive instrumenta conficere, ac testes inferius nominatos testimonium inde perhibere instanter rogarunt et requisiverunt. Acta fuerunt hec omnia et singula premissa prout supra scribuntur et recitantur, sub annis Domini Regnique Regie Maiestatis mense die et loco predictis. Presentibus tunc et ibidem venerabilibus viris Richardo Trevor et Samuele Goodere legum Doctoribus, Mauritio Griffyn in legibus Baccalaureo, Johanne Davies Clerico, Willelmo Jones et Griffino Roberts Literatis testibus ad premissa vocatis specialiter et requisitis.

Et ego Johannes Drake Bristoliensis Diocesis, natus publicus auctoritate regia notarius, Quia premissis omnibus et singulis dum sic (ut premittitur) sub annis Domini Regnique Regie Maiestatis mense die et loco predictis agebantur et fiebant, unacum prenominatis testibus presens personaliter interfui, eaque omnia et singula sub modo et forma prenotatis fieri geri et expediri vidi scivi et audivi, atque in notam sumpsi, Ideo hoc presens publicum instrumentum manu mea propria fideliter scriptum exinde confeci, et in hanc publicam et autenticam formam redegi, Signoque nomine cognomine et subscriptione meis solitis et consuetis signavi et subscripsi in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum rogatus specialiter et requisitus, Per me Johannem Drake notarium publicum antedictum &c

Secunda schedula

In dei nomine Amen Nos Willelmus Ffarrand legum Doctor Reverendissimi in Christo patris et Domini Domini Johannis divina providentia Cantuar' Archiepiscopi totius Anglie Primatis et Metropolitani Commissarius inter alios ad infrascripta coniunctim et divisim specialiter et legitime constitutus et deputatus, in negotio Confirmationis electionis de persona Reverendi in Christo patris Domini Willelmi Morgan sacre Theologie professoris Landavensis Episcopi, in Episcopum et Pastorem ecclesie Cathedralis Asaphensis electi, facte et celebrate, rite et legitime procedentes, omnes et singulos oppositores (si qui sint) qui contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam in hac parte electam dicere excipere vel opponere voluerint, ad comparendum coram nobis istis die hora et loco (si sua putaverint interesse) contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam in hac parte electam in debita iuris forma dicturos excepturos vel opposituros, alias legitime et peremptorie citatos, sepius publice preconizatos, diuque et sufficienter expectatos et nullo modo legitime comparentes, nec contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam electam huiusmodi aliquid dicentes excipientes vel opponentes, ad petitionem partis Decani et Capituli ecclesie Cathedralis Asaphen' preconizat' pronunciamus contumaces, et in penam contumaciarum suarum hmoi decernimus procedendum fore ad prolationem sententie nostre diffinitive sive nostri finalis decreti in hmoi negotio ferend', ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante. Willm fferrand.

Lecta fuit hmoi schedula per prefatum magistrum Willimum fferrand legum Doctorem &c. die hora et loco in actu mentionatis &c.

Sententia

In Dei nomine Amen. Auditis visis et intellectis ac plenarie et mature discussis per nos Willmum fferrand Legum Doctorem Reverendissimi in Christo patris et Domini Domini Johannis divina providentia Cantuarien' Archiepiscopi totius Anglie Primatis et Metropolitani Commissarium inter alios ad infrascripta coniunctim et divisim specialiter et legitime deputatum et constitutum, meritis et circumstantiis cuiusdam cause sive negotii Confirmationis electionis de persona Reverendi in Christo patris Domini Willmi Morgan sacre Theologie professoris Landavensis Episcopi, in Episcopum et Pastorem ecclesie Cathedralis Asaphensis electi facte et celebrate, Quod coram nobis in Judicio aliquandiu vertebatur, vertiturque in presenti et pendet indecis', Rimatoque per nos toto et integro processu coram nobis in dicto Confirmationis negotio habito et facto atque diligenter recensito, Servatisque per nos de iure et statutis huius Regni Anglie in ea parte servandis, ad nostre Sententie diffinitive sive nostri finalis decreti prolationem in dicto Confirmationis negotio ferendam, sic duximus procedendum fore et procedimus in hunc qui sequitur modum: Quia per acta inactitata, deducta, allegata, proposita, exhibita, probata et confessata coram nobis in huiusmodi confirmationis negotio comperimus luculenter et invenimus electionem predictam per Decanum et Capitulum ecclesie Cathedralis Asaphensis predict' de prenominato Reverendo patre Domino Willmo Morgan Electo hmoi, viro utique provido et discreto vita et moribus merito commendato libero et de legitimo matrimonio procreato, atque in etate legitima et ordine sacerdotali constituto rite et legitime fuisse et esse factam et celebratam, nihilque eidem Reverendo patri electo hmoi de institutis ecclesiasticis obviasse, quominus in Episcopum Asaphensem auctoritate dicti Reverendissimi patris merito debeat confirmari: Idcirco nos Willmus fferrand Legum Doctor, Commissarius antedictus sic (ut premittitur) specialiter deputatus, attentis premissis et aliis virtutum meritis super quibus prefatus Electus Asaphensis fidedigno commendatur testimonio Christi nomine primitus invocato ac ipsum solum Deum oculis nostris preponentes et habentes de et cum Consilio Jurisperitorum, cum quibus in hac parte communicavimus, prenominatam electionem de eodem Reverendo patre Willmo Morgan factam et celebratam authoritate qua fungimur, confirmamus, defectusque quoscunque in dicto confirmationis negotio intervenientes (si qui forsan sint) quantum in nobis est et de iure poterimus supplentes et supplemus, Curamque regimen et administrationem spiritualium dicti Episcopatus Asaphensis, Iuriumque dignitatum honorum, preheminentiarum, et pertinentium suorum universorum inducendum installandum et inthronizandum fore per Archidiaconum Cantuar', seu eius Deputatum iuxta ecclesie Cathedralis Asaphensis predict' morem et consuetudinem (Legibus et Statutis huius Regni Anglie non adversantibus) etiam decernimus et declaramus per hanc nostram sententiam diffinitivam, sive hoc nostrum finale decretum, quam sive quod ferimus et promulgamus in hiis scriptis. Willm fferrand. &.

Lecta fuit hmoi sententia per prefatum magistrum Willmum fferrand Legum Doctorem Commissarium &c. die Jovis decimo septimo viz' die mensis Septembris Anno Domini millesimo sexcentesimo primo, in ecclesia parochiali beate

Marie virginis de Arcubus London &c inter horas nonam et undecimam ante meridiem eiusdem diei ad petitionem mei Thome Lovell notarii publici procuratoris Decani et Capituli ecclesie Cathedralis Asaphen &c, in presentia mei Johannis Goston notarii publici &c Super quibus &c presentibus tunc et ibidem testibus in actu mentionatis &c

Mandat ad inducend

Johannes divina providentia Cantuar Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus, ad infrascripta auctoritate Parliamenti Anglie mediantibus literis Commissionalibus patentibus Illustrissime in Christo principis et Domine nostre Domine Elizabethe Dei gratia Anglie ffrancie et hibernie Regine &c fidei defensor &c sufficienter et legitime fultus. Venerabili viro Carolo ffotherby sacre Theologie Bacchalaureo Archidiacono nostro Cantuar in ecclesia nostra Cathedrali et metropolitica Christi Cantuar salutem et gratiam. Cum vacante nuper sede Episcopali Asaphen per obitum bone memorie domini Willimi Hugges ultimi Episcopi et Pastoris ibidem, Decanus et Capitulum ecclesie Cathedralis Asaphen (Licentia regia in ea parte petita et obtenta) Reverendum in Christo patrem Dominum Willimum Morgan sacre Theologie professorem nuper Landauen Episcopum in eorum et dicte ecclesie Cathedralis Episcopum et Pastorem elegerint et ecclesie Cathedrali predict providerint de eodem. Cumque etiam nos electionem predictam et personam sic electam (servatis de Jure et statutis huius Regni Anglie in ea parte servandis,) auctoritate literarum Commissionalium patentium Illustrissime Domine nostre Regine nobis in hac parte directarum rite et legitime confirmaverimus, eidemque Confirmato Curam regimen et administrationem dicti Episcopatus Asaphen commiserimus. Ipsumque sic electum et confirmatum in realem actualem et corporalem possessionem dicti Episcopatus Asaphen Juriumque honorum dignitatum preheminentiarum et pertinentium suorum universorum inducendum, installandum et inthronizandum fore decreverimus iustitia mediante. Tibi igitur firmiter precipiendo mandamus quatenus prefatum Reverendum patrem Dominum Willimum Morgan (sic ut prefertur electum et confirmatum, seu procuratorem suum legitimum eius nomine ac pro eo in realem actualem et corporalem possessionem dicti Episcopatus Asaphen Juriumque honorum, dignitatum, preheminentiarum et pertinentium suorum universorum inducas installes seu inthronizes, seu sic induci installari et inthronizari facias cum effectu, Cathedramque sive sedem Episcopalem in eadem ecclesia Cathedrali Asaphen (ut moris est) assignes, et eum in nomine domini nostri Jesu Christi imponas seu imponi facias prout decet Juribus et Consuetudinibus nostris Archiepiscopalibus, et ecclesie nostre Cathedralis et metropolitice Christi Cantuar, necnon ecclesie Cathedralis Asaphen predict dignitatibus et honoribus in omnibus semper salvis. In cuius rei Testimonium sigillum (quo in hac parte utimur) presentibus apponi fecimus. Dat decimo septimo die mensis Septembris Anno domini millesimo sexcentesimo primo Et nostre Translationis Anno decimo octavo &c

Inductio

Decimo die mensis Octobris Anno Domini millesimo sexcentesimo primo Emanavit Inductio venerabilibus viris Thome Banke presbitero in artibus magistro Decano ecclesie Cathedralis Asaphen, Georgio Smyth presbitero in Legibus Bacchalaureo Canonico in ecclesia Cathedrali predict, Petro Williams presbitero in artibus magistro, Rogero Thomas presbitero in artibus magistro, et ffulconi Price presbitero in artibus Prebendariis in ecclesia Cathedrali Asaphen predict coniunctim et divisim &c.

Advocatio

Omnibus Christi fidelibus ad quos hoc presens scriptum pervenerit, Willimus permissione divina Asaphen Episcopus salutem in Domino sempiternam, Cum tam de antiqua laudabili longevaque et legitime prescripta consuetudine hactenus per tempus hominum memoriam superans inconcusse usitat et observat, quam etiam de singulari Prerogativa ecclesie Metropolitice Christi Cantuar fuerit et sit indultum usitatum et observatum. Quod Archiepiscopus Cantuariensis pro tempore existens cuiuslibet Suffraganeorum in Episcopum alicuius ecclesie Cathedralis sue Cantuar provincie elect statim poſt Confirmationem electionis hmoi vnum Clericum idoneum nominare et preſentare poſſit, Qui idem electus confirmatus tenebitur, quamprimum facultas ſe obtulerit in ſua eccleſia Cathedrali de dignitate Canonicatu et prebenda ſeu de alio competente beneficio eccleſiaſtico providere, ac interim dictum Clericum ad dignitatem, Canonicat, prebend ſeu beneficium hmoi ſic promovend acceptare et admittere, necnon ſibi penſionem annuam ſufficientem conſtituere tantiſper ſolvend et impendend, quouſq eidem Clerico de aliqua dignitate Canonicatu et prebenda vel alio competente beneficio hmoi ſufficien fuerit cautum et proviſum. Sciatis nos prefatum Willmum Aſaphen Epiſcopum antedictum Iura, libertates, conſuetudines et Prerogativam eccliẽ Metropolitice xpi Cantuarien predict pro poſſe noſtro adimplere volentes, ex cauſis et conſiderationibus predcis, ac in plenam ſatiſfactionem earundem, pro nobis et ſucceſſoribus nris dediſſe conceſſiſſe, et hoc preſenti ſcripto noſtro confirmaſſe Reverendiſſimo in xpo patri et Domino Dno Iohanni divina providentia Cantuarien Archiepo totius Anglie Primati et Metropolitano executoribus et aſſignatis ſuis primam et proximam Advocationem, nominationem, preſentationem, liberamq diſpoſitionem et ius patronatus Canonicatus et prebende de llanyvyth in ecclia noſtra Cath Aſaphen fundat, necnon eccliarum parochialium de Whitford et Corwen noſtre Dioceſ Aſaphen ac noſtrorum patronatus et diſpoſitionis exiſten et earum cuiuſlibet cum per mortem reſignationem, ceſſionem, dimiſſionem, permutationem, privationem, aut alio quocunq modo primo et proxime poſt datum pntium vacaverint ſeu earum aliqua vacaverit: Habendum tenendum et gaudendum prenominato Reverendiſſimo patri executoribus et aſſignatis ſuis, dictam Advocationem nominationem, preſentationem, liberamq diſpoſitionem et ius patronatus dictorum Canonicatus et prebende de llanyvyth predict ac eccliarum parochialium de Whitford et Corwen predict et earum cuiuſlet pro termino viginti et vnius annorum proxime poſt datum pntium immediate ſequen et plenarie complendorum Ita quod bene liceat et licebit prefato Reverendiſſimo patri executoribus et aſſignatis ſuis quamcunq perſonam idoneam ad dict Canonicat et prebendam de llanyvyth, ac Eccliãs parochiales de Whitforde et Corwen predict et earum quamlibet, cum primo et proxime poſt datum pntium (vt prefertur) vacare contigerint ſeu earum quelibet vacare contigerit pro termino viginti et vnius annorum ad libitum dicti Reverendiſſimi patris executorum et aſſignatorum ſuorum nominare et preſentare, Ceteraq omnia et ſingula facere exercere et perimplere que in premiſſis ſeu eorum aliquo neceſſaria fuerint ſeu quomodolibet opportuna, adeo plene libere et integre, et in tam amplis modo et forma, prout nos prefatus Epiſcopus faceremus ſeu facere poſſemus ſi hec preſens noſtra conceſſio ſive Confirmatio inde facta non fuiſſet. Proviſo tamen qd quamprimum contigerit hanc noſtram donationem ſive conceſſionem durante predicto termino viginti vnius annorum proxime poſt datum pntium pro vnica et proxima vice aut aliqua alia vacatione dict Canonicatus et prebende de llanyvyth ac Eccliarum parochialium de Whitford et Corwen predict et eorum aut earum cuiuſlibet ſuum debitum ſortiri effectum, ac perſonam idoneam ad preſentationem dicti Reverendiſſimi pris executorum vel aſſignatorum ſuorum ad dict Canonicatum et prebendam eccleſias parochiales predict et eorum ſive earum quamlibet vnica vice admitti et inſtitui, ac in realem actualem et corporalem poſſeſſionem earundem ſeu eiuſdem induci pacifice et quiete: Vt extunc Ius patronatus advocatio et diſpoſitio dict Canonicatus et prebende ac Eccliarum parochialium predict et eorum cuiuſlibet ad nos et ſucceſſores nros integre revertetur, preſenti donatione ſive Conceſſione noſtra in aliquo non obſtante. In cuius rei Teſtimonium Sigillum noſtrum Epiſcopale pntibus apponi fecimus Dat viceſimo quinto die menſis Novembris Anno Dni milleſimo ſexcenteſimo primo Et noſtre Tranſlationis Anno primo.

Landauen

Acta habita et facta in negotio

Confirmationis Electionis facte de perſona venerabilis viri Franciſci Godwyn ſacre Theologie profeſſoris in Epiſcopum et Paſtorem Eccleſie Cathedralis Landaven per Archidiaconum et

Capitlm

Capitulum eiusdem ecclesie Cathedralis dicti die Sab-
bati vicesimo quarto vizt die mensis Novembris Anno Domini
millesimo sexcentesimo primo, et Regni Illustrissime in
Christo principis et Domine nostre Domine Elizabethe Regine
fidei defensor^is &c Quadragesimo Tertio in ecclesia
parochiali beate Marie virginis de Arcubus London Ecclesie
Christi Cantuar' Iurisdictionis immediate, inter hor primam
et quartam post meridiem eiusdem diei, Coram venerabili
viro Willimo ffTerrand legum Doctore Reverendissimi in Christo patris
et Domini Domini Johannis divina providentia Cant Archiepiscopi
totius Anglie Primatis et Metropolitani Commissario inter
alios ad infrascripta con^{ti} et di^{ti} sufficienter et legitime
deputat et constitut in presentia mei Henrici Fermonger
notarii publici &c.

Dictis die et loco atque inter horas pred
presentatis coram prefato venerabili viro Willimo ffTerrand legum Doctore Commissa-
rio &c Iudicialiter et pro Tribunali sedente literis patentibus Regiis magno sigillo
Anglie sigillat de assensu suo Regio, prefato Reverendissimo patri direct, necnon Literis
Commissionalibus dicti Reverendissimi patris eidem magistro Willimo ffTerrand et aliis con^{ti}
et divisim in hac parte factis, ac per me prefatum Henricum Fermonger notarium publicum
antedictum de mandato dicti magistri Willimi ffTerrand public lectis, Idem magister Willimus
ffTerrand ob honorem et reverentiam prenominate Domine nostre Regine et memorati Reve-
rendissimi patris committen &c acceptavit in se onus executionis dictarum Literarum paten-
tium et Commissionalium (reservando potestatem ceteris Commissariis in predictis Literis
Commissionalibus nominatis imposterum procedend fore in huiusmodi negotio iuxta tenorem
dictarum literarum &c,) et decrevit procedend fore iuxta tenorem vim formam et effec-
tum earundem: Deinde comparuit personaliter magister Thomas Lovell notarius publicus
almeque Curie Cantuar de Arcubus London procuratorum generalium unus, et exhibuit
procuratorium suum pro venerabilibus viris Archidiacono et Capitulo ecclesie Cathedralis
Landavon predict sigillo eorum communi (ut apparuit) sigillat; et fecit se partem
pro eisdem, et nomine procuratorio eorundem Archidiaconi et Capituli exhibuit mandatum
Citatorium originale alias contra oppositores in huiusmodi negotio emanat una cum Certifi-
catorio in dorso super executione eiusdem et petiit omnes et singulos oppositores huiusmodi pre-
conizari, quibus tunc et ibidem publice trina vice preconizatis et nullo modo comparen &c
prefatus magister Thomas Lovell procurator antedictus accusavit contumaciam eorum
omnium et singulorum sic (ut prefertur) ad hos diem hor et locum citatorum et inti-
matorum ac modo predict preconizat diuque et sufficienter expectat et nullo modo
comparen, nec aliquid in hac parte dicent excipient vel opponent Curantes et petiit
eos omnes et singulos reputari contumaces &c, Ad cuius petitionem prefatus magister
Willimus ffTerrand pronuntiavit eos omnes et singulos sic citatos intimatos preconizatosque
et nullo modo comparentes ~~&c~~, &c contumaces, penas contumaciarum suarum huiusmodi ~~usque~~
ad et in diem Veneris proximum vicesimum vizt diem presentis mensis Novembris
inter horas primam et quartam post meridiem eiusdem diei in hoc loco reservando,
et continuavit Certificatorium et negotium predictum sic (ut prefertur) introduct
et expediend usque ad ~~et~~ in et inter eosdem diem hor et locum cum ulteriori continu-
atione et prorogatione dicti hor et loci Ter^{ii} et cause sive negotii predict si opus
fuerit ac faciend &c. — &c.

Die Veneris vicesimo vizt
die mensis Novembris Anno Domini millesimo sexcentesimo
primo, in Ecclesia parochiali beate Marie Virginis de Ar-
cubus London &c inter horas primam et quartam post meridiem
eiusdem diei, Coram venerabili viro Edwardo Stanhope legum
Doctore Reverendissimi in Christo patris et Domini Domini Johannis

divina providentia Cantuar' Archiepi totius Anglie Primatis
et metropolitani vicario in spualibus generali et officiali principa-
li, necnon Commissario inter alios ad infrascripta conti et diti suffi-
cienter et legitime deputat et constitut, in presentia mei Johannis
Drake notarij publici &c.

Quibus die et loco atq; inter horas pd

presentatis denuo coram prefato venerabili viro Edwardo Stanhope legum Doctore
vicario &c, et Commissario &c, Judicialiter et pro Tribunali seden Literis patentibus
regijs de assensu suo Regio prefato Reverendissimo patri direct; necnon Lris Commissio-
nalibus dicti Reverendissimi patris eidem venerabili viro et alijs coniunctim et divisim
in hac parte factis, ac per me prefatum Johannem Drake, de mandato prefati magri
Edwardi Stanhope denuo publice lectis, Idem magr Edwardus Stanhope ob honorem et
reverentiam dicte Domine nre Regine, et memorati Reverendissimi patris acceptavit in
se onus executionis dictarum literarum patentium et Commissionalium et decrevit pro-
cedendum fore iuxta tenorem vim formam et effectum earundem: Deinde comparuit per-
sonaliter magr Thomas Lovell notarius publicus, almeq; Curie Cantuar de Arcubus
London procuratorum generalium unus, et ex superabundanti exhibuit procuratorium
suum literatorie pro Archino et Capitulo eccle Cathedralis Landaven sigillo eorum
(ut apparuit) sigillat, et fecit se partem pro eisdem, ac nomine procuratorio eorun-
dem Archidiaconi et Capituli presentavit eidem magro Edwardo Stanhope venera-
bilem virum ffranciscum Godwyn sacre Theologie professorem in Episcopum et
Pastorem ecclie Cathis Landaven predict electum, et ipsum e regione Confirmantis
sistebat, Et tunc magr Thomas Lovell exhibuit mandatum originale als contra
oppositores in hoc negotio emanatum unacum Certificatorio in dorso super executione
eiusdem, et petijt omnes et singulos oppositores hmoi publice preconizari: Et tunc
facta trina publica preconizatione omnium et singulorum oppositorum hmoi ad hos diem
hoc et locum ad dicend et opponend contra electionem predict citator et nullo modo
comparen, dictus magr Thomas Lovell procurator et nomine procuratorio quo supra,
petijt eos omnes et singulos reputari contumaces et in penam contumaciarum suarum
hmoi, viam ulterius opponendi in hmoi causa sive negotio eis et eorum cuilibet precludi
&c, ad cuius petitionem dictus magr Edwardus Stanhope vicarius in spualibus gene-
ralis antedictus pronunciavit eos et eorum quemlibet contumaces, et in penam contuma-
ciarum suarum hmoi viam ulterius opponendi in hmoi causa sive negotio eis et eorum
cuilibet preclusit: Necnon ad petitionem dicti magri Thome Lovell ad ulteriora in dicto
Confirmationis negotio procedendum fore decrevit ipsorum sic citatorum et non compa-
rentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante, prout in schedula per eundem
Edwardum Stanhope lect plenius apparet, Deinde dictus magr Thomas Lovell in
penam contumaciarum eorundem citatorum et non comparentium dedit summariam peti-
tionem in scriptis quam petijt admitti, qua quidem sumaria petitione per me prefatum
Johannem Drake de mandato dicti magri Edwardi Stanhope publice perlect, Idem
magr Edwardus Stanhope admisit dictam summariam petitionem quatenus de iure sit
admittend, et decrevit procedendum fore summarie et de plano, et assignavit eidem magro
Thome Lovell ad probandum dict summariam petitionem ad statim. Et tunc idem magr
Thomas Lovell in subsidium probationis contentorum in dicta summaria petitione exhi-
buit Literas patentes Regias de assensu suo Regio superius mentionat sigillo magno
Anglie sigillat, necnon quoddam Certificatorium sive Lras testimoniales eorundem
Archini et Capituli sigillo eorum communi sigillat, per quod sive quas apparuit
memoratum Archidiaconum et Capitulum prenominatum venerabilem virum ffranciscum
Godwyn sacre Theologie professorem in eorum et dicte ecclie Cathedralis Landaven
Episcopum et Pastorem elegisse, Ac etiam exhibuit instrumentum super consensu
prefati Dni Electi eidem electioni etiam adhibit. Quibus sic gestis Dns ad
petitionem dicti Thome Lovell assignavit ad audiend sententiam sive finale decretum
ad statim. Consequenter vero facta alia trina publica preconizatione omnium et
singulorum oppositorum sic (ut prefertur) citatorum, et nullo modo comparentium,

nec quicquam in hac parte opponentium vel obiicientium Dominus ad petic͠onem dicti
magri Thome Lovell vt supra accusantis eorum contumacias et peten &c, pronunciavit
eos et eorum quemlibet contumaces, et in penam contumaciarum suarum hmoi decrevit
procedendum fore ad prolationem sententie diffinitive in hmoi negotio, ipsorum sic
citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante: Deinde
prestito Juramento per prefatum venerabilem virum Dominum Electum antedictum
ad sancta Dei Evangelia per eum corporaliter tact et deosculat; de fidelitate, obedi-
entia et subiectione prefat Serenissime Domine nostre Regine prestand et exhibend,
necnon de renuntiando refutando et recusando omni et omnimode Jurisdictioni potestati
auctoritati, et superioritati forantis iuxta vim formam et effectum Statuti huius
incliti Regni Anglie in ea parte editi et provisi, dictus venerabilis vir Edwardus
Stanhope ad petic͠onem prefati Thome Lovell legit tulit et promulgavit sententia
diffinitivam in dicto Confirmationis negotio in scriptis concept, pronuntiand, declarand
et cetera faciend prout in eadem continetur: Super quibus omnibus et singulis
premissis tam dictus venerabilis vir Dominus Electus Landaven predict, quam memo-
ratus magr Thomas Lovell me notarium publicum antedictum, sibi vnum vel plura
publicum seu publica instrumentum sive instrumenta conficere, acteste inferius nominates
Testimonium inde perhibere instanter respective rogarunt et requisiverunt. Postremo
vero dictus venerabilis vir Edwardus Stanhope vicarius in spualibus generalis antedictus
ad petic͠onem sepefati venerabilis viri Dni Electi decrevit sibi Lras Testimoniales
super omnibus et singulis premisses sic (vt prefertur) gestis et expeditis fieri et liberari,
presentibus tunc et ibidem venerabilibus viris Richardo Trevor legum Doctore, Paulo
Godwyn presbitero in artibus magro, Johanne Richards, Willmo Body, Simone Steloall
notarijs publicis, Edwardo Knight et Johanne Baggett literatis cum multis alijs
in numero copioso congregatis, testibus &c. Tenores vero tam literarum patentium
Regie Maiestatis, quam etiam totius processus in dicto Confirmationis negotio habit
et fact ac superius mentionat sequuntur et sunt tales vizt

Elizabeth Dei gratia Anglie ffrancie et hibernie Regina fidei defen-
sor &c, Reverendissimo in xpo patri ac predilecto et fideli Consiliario nostro Jo-
hanni Cantuarien Archiepo ac alijs quibuscunque Episcopis quorum in hac parte interest
salutem: Cum vacante nuper sede Episcopali Landaven per Translationem vltimi Epi
eiusdem ad Epatum Asaphen ad humilem petic͠onem Archidiaconi eccl͠ie Cathedralis Landa-
ven et eiusdem eccl͠ie Capituli per Literas nras patentes Licentiam illis concesserimus
alium sibi eligendi in Episcopum et Pastorem sedis predicte. Jidem Archidiaconus et Capitlm
vigore et obtentu Licentie nostre predicte Dilectum nobis in xpo ffranciscum Godwyn
sacre Theologie professorem sibi et eccl͠ie Landaven predict elegerunt in Episcopum
et Pastorem prout per literas suas sigillo eorum communi sigillat nobis inde direct
gerent dat quartodecimo die Octobris Anno Regni nostri Quadragesimo tertio plenius
liquet et apparet: Nos electionem illam acceptantes eidem electioni Regium nostrum
assensum adhibuimus pariter et favorem, et hoc vobis tenore pntium significamus.
Rogantes ac in fide et dilectione quibus nobis tenemini firmiter precipientes et mandantes
quatenus vos aut ad minus tres vestrum eundem magrum ffranciscum Godwyn in
Episcopum et Pastorem eccl͠ie Cathedralis Landaven sic (vt prefertur) elect, electionemque
illam confirmare, ac ipsum in Episcopum et Pastorem eccl͠ie Cathedralis Landaven pred
consecrare, Ceteraque omnia et singula peragere, facere et perimplere que vestro in hac
parte incumbunt officio pastorali iuxta formam legum et Statutorum in ea parte edit
et provis velitis cum effectu: In cuius rei Testimonium has Lras nras fieri fecimus patentes
Teste me ipsa apud Westmr Decimo die Novembris Anno Regni nri Quadragesimo
tertio. per Breve de privato Sigillo &c. Egerton Caren.

Lre paten
Regie

Johannes divina providentia Cantuar Archiepus totius Anglie Primas
et Metropolitanus: Dilectis nobis in xpo venerabilibus viris Edwardo Stanhope
Legum Doctori vicario in Spualibus generali et officiali principali Johanni hone

Lre Comissionales
Cantuarien

Willelmo ffernand et Johanni Kyng Legum etiam Doctoribus salutem et gratiam: Cum Literas patentes Illustrissime in Christo principis et Domine Domine nostre Domine Elizabethe Dei gratia Anglie ffrancie et hibernie Regine fidei defensor &c. Sigillo suo magno sigillat' gerentes datum apud Westm' decimo die presentis mensis Novembris, Anno Regni sui felicissimi Quadragesimo tertio recepimus: Cumque inter alia in eisdem nobis preceptum est, ut electionem venerabilis viri ffrancisci Godwyn sacre Theologie professoris ad Episcopatum Landauen' confirmaremus: Nos cum ea qua decuit reverentia volentes mandato Regio in ea parte humiliter satisfacere, Ad examinand' igitur discutiend' approband' et confirmand' dictam electionem de persona prenominati venerabilis viri ffrancisci Godwyn factam et celebratam, Ipsamque electionem et personam sic electam secundum Juris et statutorum huius Regni Anglie exigentiam, ac iuxta tenorem formam et effectum mandati Regij predict' nobis in ea parte (ut prefertur) facti et directi, quatenus eandem electionem rite et legitime factam et celebratam fuisse et esse, vobis con' et di' consisterit, rite et legitime approband' et comproband', defectusque (si quos forsan in ea parte intervenerint) rite et legitime supplend': Ceteraque omnia et singula faciend', exercend' et expediend', que in hac parte necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna, Vobis con' et di' committimus vices nostras, ac plenam in Domino tenore presentium concedimus potestatem, Juribus nostris Archiepiscopalibus Cantuar', Ceterisque emolumentis nobis ac Officiarijs et ministris nostris in hac parte competentibus semper salvis et reservatis: In cuius rei Testimonium Sigillum quo in hac parte utimur presentibus apponi fecimus: Dat' in Manerio nostro de Lambeth Decimo tertio die mensis Novembris, Anno Domini millesimo sexcentesimo primo; Et nostre Transl' Anno Decimo nono.

Procur' Archid' et Capituli

Pateat universis per presentes Quod

Nos Cadwallader Hughes sacre Theologie Bacchalaureus Archidiaconus Ecclesie Cathedralis Landaven' et eiusdem ecclesie Capitulum: Dilectos nobis in Christo discretos viros Richardum Trevor Legum Doctorem, Thomam Lovell, Johannem Walsall et notarios publicos almeque Curie Cantuar' de Arcubus London' procuratores generales con' et eorum quemlibet per se divisim et insolid', ita quod non sit melior conditio primitus occupan' nec deterior subsequen', sed quod unus eorum inceperit id ipsorum quilibet libere prosequi valeat mediare pariter et finire nostros veros certos legitimos et indubitat' procuratores, actores factores negotiorum nostrorum gestores, et nuncios speciales et generales ad infrascripta omnia et singula nominamus ordinamus, facimus et constituimus per presentes, Damusque et concedimus eisdem procuratoribus nostris con' et eorum cuilibet per se (ut prefertur) divisim et insolid' potestatem generalem et mandatum tam generale quam speciale pro nobis ac vice loco et nominibus nostris Coram venerabili et egregio viro ffrancisco Godwyn sacre Theologie Doctore in Episcopum et Pastorem ecclesie Landavensis predict' per nos unanimiter elect' comparend' et interessend', Literasque nostras Certificatorias sigillo nostro Communi et Capitulari sigillat' eidem venerabili viro exhibend' et ostendend', Ipsumque suppliciter et cum instantia quoties eis seu eorum alicui visum fuerit expedire, quod ipse electioni de se fact' consentire et consensum suum prebere dignaretur Rogand' et requirend' electionemque sive Certificator' super electione predict' Serenissime in Christo principi et Domine nostre Domine Elizabethe Dei gratia Anglie ffrancie et hibernie Regine fidei Defensor &c. Significand' et intimand', necnon negotium Confirmationis electionis et Consecrationis predict' venerabilis viri Coram Reverendissimo in Christo patre et Domino Domino Johanne providentia divina Cantuar' Archiepiscopo totius Anglie Primate et Metropolitano, eiusve Vicario in spiritualibus generali et officiali principali sive Commissario aut Judice in ea parte competen' quocunque usque ad finalem expeditionem eiusdem pro nobis et nomine nostro prosequend', ac Confirmationem et Consecrationem in ea parte petend' et obtinend', provocand' et appelland', ac provocationes et appellationes huiusmodi notificand' et intimand': Alium insuper seu alios procuratorem seu procuratores loco suo et eorum cuiuslibet substituend', ac substitutum sive substitutos huiusmodi revocand', procuratorisque officium in se et eorum quemlibet reassumend', quoties et quando id eis seu eorum alicui melius videbitur expedire: Et generaliter omnia alia et singula faciend' exercend et expediend usqz ad finalem expeditionem negotij Confirmationis et Consecrationis hmoi in premissis vel circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna, licet mandatum de se exigant magis speciale quam superius est expressum, Promittentes et et promittimus nos ratum gratum et firmum perpetuo habitur totum et quicquid dicti procuratores nostri fecerint seu fecerit eorum aliquis in premissis, seu eorum aliquo sub ypotheca et obligacione omnium et singulorum bonorum nostrorum tam pntium quam futurorum et in ea parte Cautionem exponimus per pntes. In cuius rei Testimonium Sigillum nostrum Commune et Capitulare pntibus apponi fecimus. Dat in Domo nostra Capitulari decimo quarto die mensis Octobris Anno Domini millesimo sexcentesimo primo.

Johannes divina providentia Cantuarien Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus, Universis et singulis Clericis et literatis quibuscumqz per Provinciam nostram Cantuarien ubilibet constitutis, Salutem et gratiam: Cum vacante nuper sede Episcopali Landaven per Translationem Reverendi in xpo patris domini Willimi Morgan ultimi Episcopi et Pastoris eiusdem ad sedem Episcopalem Asaphen, Archidiaconus et Capitulum ecclesie Cathedralis Landaven pro electione novi et futuri Episcopi ibidem (Licentia Regia in ea parte prius petita et obtenta) celebranda, certu terminu prefixerint et assignaverint, et in hmoi electionis negotio termino ad id statuto et assignato rite procedend, venerabilem virum ffranciscum Godwyn sacre Theologie professorem in eorum et dicte ecclesie Cathedralis Landavensis predict Episcopum et Pastorem elegerint: Cumqz Serenissima in xpo princeps et Domina nra Domina Elizabetha Dei gratia Anglie ffrancie et hibernie Regina fidei defensor etc ad humilem peticionem eorundem Archidiaconi et Capituli eidem electioni de persona prenominati venerabilis viri domini Electi facte et celebrate, Regium suum adhibuerit assensum pariter et favorem, prout per literas suas patentes regias suo magno sigillo Anglie sigillat nobis significaverit, Mandando quatenus nos electionem predictam et personam electam confirmare, iuxta formam Statuti in ea parte editi et provisi, velimus cum omni celeritate accommoda, prout per easdem literas patentes regias ad quas habeatur relatio plenius liquet et apparet; Nos vero volentes eiusdem domine nostre Regine mandatis pro officij nostri debito parere, ac in hmoi Confirmationis negotio iuxta Juris et Statutorum huius Regni Anglie exigentiam procedere, Omnes et singulos oppositores (si qui sint) qui contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam dicere excipere vel opponere voluerint, ad diem horam locum et effectum infrascript evocandos et citandos fore decrevimus iustitia mediante. Vobis igitur conm et divim committimus ac firmiter iniungendo mandamus, quatenus citetis seu citari faciatis peremptorie, altaqz et intelligibili voce infra Ecclesiam parochialem beate Marie Virginis de Arcubus London Decanatus de Arcubus London nostri et Ecclesie nostre Cathedralis et Metropolitice Christi Cantuar Jurisdictionis immediate, necnon per affixionem pntium in aliquo loco Convenienti infra ecclesiam parochialem beate Marie virginis de Arcubus London predict, vel in alijs locis publicis ubi videbitur expediens, omnes et singulos oppositores (si qui sint) in specie, alioquin in genere qui contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam in hac parte electam dicere excipere vel opponere voluerint, Quod compareant et eorum quilibet compareat coram nobis aut vicario nostro in Spiritualibus generali et Officiali principali, vel Commissarijs nostris aut eorum aliquo in hac parte quorumcumqz in eadem Ecclesia parochiali beate Marie virginis de Arcubus London die Sabbathi decimo quarto vizt dict mensis instantis Novembris inter horas primam et quartam post meridiem eiusdem diei cum continuatione et prorogatione dierum extunc sequentium (si oporteat) facienda, contra dictam electionem, formam eiusdem aut personam in hac parte electam (si sua putaverint interesse) in debita Juris forma dictur excepturos et opposituros, ulteriusqz facturos et recepturos quod iustum fuerit in hac parte et dicti negotij qualitas et natura de se exigunt et requirunt: Intimantes preterea modo et forma precitatis omnibus et singulis oppositoribus (si qui sint) in specie, alioquin in genere quibus nos etiam harum serie sic intimamus, Quod sive ipsi sic citati dictis die hor et loco coram nobis aut Vicario nostro in Spualibus generali vel Commissario predicto

Citacio contra oppositores

comparuerint, et contra dictam electionem formam eiusdem aut personam electam hmoi dicere excipere vel opponere voluerint, sive non, Nos nihilominus in dicto Confirmationis negotio iuxta iuris et Statutorum huius Regni Anglie exigentiam procedemus ac iustitiam ministrabimus seu sic procedet et ministrabit vicarius noster in Spiritualibus generalis et officialis principalis vel Commissarius predictus ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante. Et quid in premissis feceritis nos aut vicarium nostrum in Spualibus generalem antedictum vel Commissarium hmoi debite et autentice Certificetis seu sic Certificet ille vestrum qui presens nostrum mandatum fuerit executus unacum ptibus. Dat undecimo die mensis Novembris Anno Domini millesimo sexcentesimo primo, Et nostre Translationis Anno decimo nono.

Certm dicte Citacionis

Reverendissimo in Christo patri et Domino Domino Johanni divina providentia Cantuarien Archiepiscopo totius Anglie Primati et Metropolitano vestrove vicario in Spualibus generali et officiali principali, aut Commissario cuicunque in hac parte specialiter deputato: vester humilis et devotus Johannes Badgett literatus vester ad infrascripta mandatarius legitime deputatus omnimodas reverentiam et obedientiam tanto Reverendissimo patri debitas et condignas cum honore. Mandatum vestrum Reverendissimum retroscriptum nuper cum ea qua decuit reverentia humiliter recepi, exequendo tamen vigore pariter et auctoritate omnes et singulos oppositores (si qui sint) tam in specie quam in genere, qui contra retronominatam electionem formam eiusdem aut personam electam ~~dicere~~ excipere vel opponere voluerint tam per affixionem eiusdem mandati vestri in valvis exterioribus ecclesie parochialis beate Marie virginis de Arcubus London retroscript et ibidem aliquandiu dimiss, quam per publicationem eiusdem in Ecclesia parochiali predict undecimo die instantis mensis Novembris peremptorie Citavi, Quod Compareant Coram vobis die hora et loco in hmoi vestro Reverendissimo mandato content et specificat, contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam electam hmoi (si sua putaverint interesse) in debita Iuris forma dicturos excepturos et oppositoros, Ulteriusque facturos et recepturos quod tenor et effectus istius vestri mandati Reverendissimi de se exigunt et requirunt, Et preterea eisdem die hora et loco dictis oppositoribus sic (ut prefertur) citatis intimavi: Quod sive ipsi dictis die hora et loco comparuerint et que imperata sunt fecerint, sive non; Vos nihilominus aut Commissarius vester antedictus in hmoi Confirmationis negotio, iuxta Iuris exigentiam procedetis, seu procedet, ac Iustitiam ministrabitis seu ministrabit, ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante, Et sic ego mandatarius antedictus mandatum vestrum Reverendissimum retroscriptum hmoi quantum in me fuit debite et humiliter sum executus. In cuius rei Testimonium Sigillum venerabilis viri Domini Archin Essexie presentibus apponi procuravi, Et nos Archidiaconus antedictus ad specialem rogatum dicti Certificantis Sigillum nostrum hmoi ptibus apponi fecimus. Dat decimo tertio die mensis Novembris Anno Domini millesimo sexcentesimo primo.

Prima Schedula

In Dei nomine Amen Nos Edwardus Stanhope Legum Doctor Reverendissimi in Christo patris et Domini Domini Johannis divina providentia Cantuarien Archiepi totius Anglie Primatis et Metropolitani vicarius in Spualibus generalis et officialis principalis necnon Commissarius inter alios ad infrascripta conium et divisim specialiter et legitime constitut. In negotio Confirmationis electionis de persona venerabilis viri Francisci Godwyn sacre Theologie professoris in Episcopum et Pastorem Ecclesie Cathedralis Landaven electi facte et celebrate rite et legitime procedentes, Omnes et singulos oppositores qui contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam dicere excipere vel opponere voluerint ad comparendum coram nobis istis die hora et loco (si sua putaverint interesse) contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam in debita Iuris forma dicturos excepturos et oppositoros legitime et peremptorie citatos sepius publice preconizatos, diuque et sufficienter expectatos et nullo modo legitime comparentes ad petitionem partis Archidiaconi et Capituli ecclesie Cathedralis Landaven predict pronunciamus contumaces, ac ipsis et eorum cuilibet in penas contumaciarum suarum huiusmodi viam ulterius opponendi contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam precludimus in his scriptis ac etiam decernimus ad ulteriora in dicto Confirmationis negotio procedendum fore iuxta Juris et Statutorum huius Regni Anglie exigentiam, ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante. vicesimo Novembris 1601 Ed. Stanhope

Lecta fuit huiusmodi schedula per prefatum magistrum Edwardum Stanhope Legum Doctorem &c die hora et loco in actu mentionatis &c

In Dei nomine Amen Coram vobis Reverendissimo in Christo patre et Domino Domino Johanne divina providentia Cantuarien Archiepiscopo totius Anglie Primate et Metropolitano, ad infrascripta auctoritate Parliamenti Anglie mediantibus Literis Commissionalibus patentibus Illustrissime in Christo principis et Domine nostre Domine Elizabethe dei gratia Anglie Francie et Hibernie Regine fidei defensoris &c sufficienter et legitime fulcit, vestrove vicario in Spiritualibus generali et officiali principali sufficienter et legitime constitut, aut Commissariis vestris quibuscumque in hac parte specialiter deputatis, eorumve altero quorumque Pars venerabilium virorum Archidiaconi et Capituli ecclesie Cathedralis Landavensis, dicit allegat et in his scriptis in Jure proponit articulatim prout sequitur.

Summaria petitio

Imprimis vizt, Quod Sedes Episcopalis Landavensis predict per translationem Reverendi in Christo patris et domini Domini Willelmi Morgan nuper Episcopi ibidem ad Episcopatum Asaphen nuper vacare cepit, et aliquamdiu vacavit, Pastorisque solatio destituta extitit et existit in presenti, hocque fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum, Et ponit coniunctim et divisim ac de quolibet 1

Item Quod dicta sede Episcopali dudum (ut prefertur) vacante, Archidiaconus et Capitulum Ecclesie Cathedralis predict, Capitulariter congregat, et Capitulum facientes (Licentia regia prius in ea parte petita et obtenta) certum diem ac domum suam Capitularem ecclesie Cathedralis Landavensis predict, pro huiusmodi electione fiend et celebrand unanimiter et concorditer prefixerunt, ac omnes et singulos eiusdem Ecclesie Cathedralis Landaven predict Canonicos et prebendarios Jus vocis et interesse in eadem electione habentes seu haben pretendentes, ad diem et locum predictos in huiusmodi electionis negotio processuros et procedi visuros legitime et peremptorie citari fecerunt hocque fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum, Et ponit ut supra 2

Item Quod prefati Archidiaconus et Capitulum die et loco prefixis vizt decimo quarto die mensis Octobris Anno Domini millesimo sexcentesimo primo iam currente Capitulariter congregati, et Capitulum facientes (servatis primitus per eos de Jure et Statutis huius Regni Anglie in ea parte servandis) habitoque per eos tractatu diligenti diligenti de persona idonea eligend in Episcopum et Pastorem Ecclesie Cathedralis Landaven predict, tandem unanimiter et concorditer nullo eorum contradicente vel reclamante venerabilem virum Franciscum Godwyn presbiterum sacre Theologie professorem in eorum et dicte ecclesie Cathedralis Episcopum et Pastorem elegerunt et Ecclesie memorate de eodem providerunt, Et ponit ut supra 3

Item Quod Electio huiusmodi et persona electa die predicto in Ecclesia Cathedrali Landaven predict coram Clero et populo tunc ibidem in numero copioso congregatis debite publicate et declarate fuerunt, Et ponit ut supra 4

Item Quod dictus Electus huiusmodi electioni de persona sua in Episcopum et Pastorem ecclesie Cathedralis Landaven predict (ut prefertur) facte et celebrate, ad humilem petitionem partis eorundem Archidiaconi et Capituli, debitis loco et tempore consenserat, et consensum suum eidem prebuit in scriptis per eum lectis, Et ponit ut supra 5

6 Item Quod antedictus venerabilis vir ffranciscus Godwyn sacre Theologie professor, fuit et est vir providus et discretus, eminenti scientia, vita et moribus merito commendatus, liber et de legitimo matrimonio procreatus, atque in etate legitima et ordine sacerdotali constitutus, necnon Deo devotus, et ecclesie memorate apprime necessarius, Hocque fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum Et ponit ut supra

7 Item Quod prefati Archidiaconus et Capitulum huiusmodi electionem et personam Electam antedicte Serenissime Domine nostre Regine per Literas suas patentes sigillo eorum communi sigillatas pro officii sui debito iuxta Statuta huius inclyti Regni Anglie significarunt et intimarunt, Et ponit ut supra

8 Item Quod presentato ex parte dictorum Archidiaconi et Capituli eidem Regie sublimitati processu electionis huiusmodi, eadem ~~Regia~~ Serenissima Domina nostra Regina pro sua Clementia Regia electioni huiusmodi de persona prefati magistri ffrancisci Godwyn (ut prefertur) fact' et celebrat' consensum et assensum suos Regios gratiose adhibuit et adhibet, illamque ratam et gratam habuit et habet, Et ponit ut supra

9 Item Quod dicta Serenissima Domina nostra Regina vobis prefato Reverendissimo patri de assensu et consensu suis Regiis huiusmodi electioni (ut prefertur) adhibitis, per Literas suas patentes vobis inscriptas et directas non solum significavit, verum etiam earundem Literarum suarum patentium serie vobis rogando mandavit, quatenus vos electionem predictam et personam electam confirmare, Ipsumque insigniis Episcopalibus insignire et decorare, Ceteraque peragere que vestro in hac parte incumbunt officio pastorali, iuxta formam Statuti in ea parte editi, et literarum patentium huiusmodi seriem velitis cum favore. Hocque fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum, Et ponit ut supra

10 Item Quod premissa omnia et singula fuerunt et sunt vera, publica, notoria manifesta pariter et famosa, atque de et super eisdem laborarunt et in presenti laborant publica vox et fama, Unde facta fide de Iure in hac parte requisit', ad quam faciend' offert se pars ista proponens dictorum Archidiaconi et Capituli se promptam et paratam pro loco et tempore congruis et opportunis, petit eadem pars prefatam electionem et personam electam confirmand' fore decerni et cum effectu confirmari, iuxta Iuris et Statutorum huius Regni Anglie exigentiam, necnon Literarum Regiarum patentium huiusmodi vobis directarum in hac parte seriem, Curamque regimen et administrationem Spiritualium Episcopatus Landaven' predict' eidem Domino Electo committi, Ipsumque in realem, actualem, et corporalem possessionem dicti Episcopatus Landaven' Iuriumque dignitatum, honorum preeminentiarum et pertinentium suorum universorum inducendum et intronizandum fore decerni, ulteriusque fieri et ministrari in premissis et ea concernentibus quod Iuris fuerit et rationis et Statutis huius inclyti Regni Anglie consonum, supplendo defectus quoscunque in hac parte intervenientes. Quod proponit et fieri petit pars ista proponens coniunctim et divisim, non artans se ad omnia et singula premissa probanda, nec ad onus superflue probationis de quo protestatur, sed quatenus probaverit in premissis, eatenus obtineat in petitis Iuris beneficio in omnibus semper salvo, vestrum Officium Domine Iudex antedict' humiliter implorando.

Cer[illegible] [illegible] Reverendissimo in Christo patri et Domino Domino Iohanni divina providentia Cantuarien' Archiepiscopo totius Anglie Primati et metropolitano, aut alii cuicunque potestatem et auctoritatem sufficientem in hac parte habenti seu habituro, Vestri humiles Cadwalader Hughes Clericus sacre Theologie Baccalaureus Archidiaconus ecclesie Cathedralis Landaven' et eiusdem ecclesie Capitulum omnimodas reverentiam et obedientiam tanto Reverendissimo patri debitas et condignas cum honore, Vestre Reverendissime paternitati tenore presentium significamus et intimamus, Quod sede Episcopali Landaven' per translationem Reverendi in Christo patris Domini Willelmi Morgan sacre Theologie professoris ultimi Episcopi ibidem ad Episcopatum Asaphen[sem] iam vacant[e], pastorisque solatio destitut[e], Nos prefatus Archidiaconus ecclesie Cathedralis, et eiusdem ecclesie Capitulum antedictum vigore et auctoritate legitime Regie maiestatis nobis Archidiacono et Capitulo ecclesie Cathedralis predicte de alio in Episcopum et Pastorem ibidem eligendo facte et concesse in Domo nostra Capitulari Capitulariter congregati et Capitulum facientes (servatis primitus per nos servandis, habitoque inter nos diligenti et matura tractatu de persona idonea in ea parte eligenda,) Tandem in venerabilem virum Franciscum Godwyn sacre Theologie doctorem per serenissime domine nostre Regine Literas nobis specialiter nominatum et commendatum vota nostra direximus Ipsumque vigore dicte Licentie serenissime Regie maiestatis in nostrum et dicte ecclesie Cathedralis Landaven[sis] Episcopum et Pastorem unanimiter et concorditer nullo contradicente vel reclamante, prout per alias Literas nostras Certificatorias dicte serenissime domine nostre Regine in ea parte direct[as] et transmissas plenius liquet et apparet, vestre igitur paternitati Reverendissime tenore presentium humiliter supplicamus et in Domino rogamus, quatenus dictam nostram electionem sic per nos (ut prefertur) de persona prefati venerabilis viri Francisci Godwyn fact[am] et celebrat[am] confirmare, Ceteraque peragere perficere, concedere, et expedire, que ad officium vestrum Archiepiscopale in hac parte quomodolibet spectant, dignetur eadem vestra Reverendissima paternitas cum favore, ut Deo optimo maximo bonorum omnium largitore favente et cooperante dictus electus et confirmatus nobis ~~[illegible]~~ preesse valeat utiliter pariter et prodesse, ac nos sub eo et eius regimine bene vivere possimus Deo in dicta Ecclesia militare, sicque Deus optimus maximus vestram Reverendissimam paternitatem diu conservet in prosperis. In quorum omnium et singulorum premissorum fidem et Testimonium sigillum nostrum commune presentibus apponi fecimus. Dat[um] in Domo nostra Capitulari Decimo quarto die mensis Octobris Anno Domini millesimo sexcentesimo primo

Cer[tificatorium] Dno Electo

Venerabili et egregio viro Francisco Godwyn sacre Theologie doctori, vestri humiles Cadwalader hughes Clericus sacre Theologie Baccalaureus Archidiaconus ecclesie Cathedralis Landaven[sis], et eiusdem ecclesie Capitulum omnimodam obedientiam et reverentiam tanto viro debitam et condignam: vestre Reverentie tenore presentium significamus et innotescimus Quod vacante nuper sede Episcopali Landaven[si] per Translationem Reverendi in Christo patris domini Willelmi Morgan sacre Theologie professoris nuper Episcopi ibidem ad Episcopatum Asaphen[sem], Nos Archidiaconus ecclesie Cathedralis Landaven[sis], et eiusdem ecclesie Capitulum antedictum in Domo nostra Capitulari die dat[i] presentium vigore et auctoritate Licentie Illustrissime in Christo principis et Domine nostre Domine Elizabethe dei gratia Anglie Francie et hibernie Regine fidei defensoris etc. nobis in ea parte facte et concesse, ad effectum eligendi novum Episcopum et Pastorem ecclesie Cathedralis predicte Capitulariter congregati, et Capitulum ibidem facientes (servatis de Iure et Statutis huius Regni Anglie in ea parte servandis, habitoque per nos tractatu diligenti de persona idonea in ea parte eligenda) Tandem in vestram Reverentiam vota nostra direximus, dictamque Reverentiam vestram per Regiam Maiestatem nobis nominatam et commendatam in nostrum et dicte ecclesie Cathedralis Landaven[sis] Episcopum et Pastorem unanimiter et gratis animis elegimus, ac electionem huiusmodi dicte Illustrissime domine nostre Regine per Literas nostras Certificatorias sigillo nostro communi sigillatas significavimus, et notum fecimus: Quocirca vestram Reverentiam humiliter et obnixe rogamus, quatenus huiusmodi electioni de persona vestra sic (ut prefertur) per nos facte et celebrate consentire, ac Consensum et assensum vestros eidem prebere gratiose dignemini. In quorum omnium et singulorum premissorum fidem et Testimonium Sigillum nostrum Commune presentibus apponi fecimus. Dat[um] in Domo nostra Capitulari Decimo quarto die mensis Octobris Anno Domini millesimo sexcentesimo primo Tho: Sprisand Registrarius

Lre Testimoniales super pronunciatione electionis

Universis et singulis Christi fidelibus presentes Literas testimoniales visuris lecturis vel audituris aut quos infrascripta tangunt seu tangere poterunt quomodolibet in futurum Cadwalader Hughes Clericus sacre Theologie Baccalaureus Archidiaconus Ecclesie Cathedralis Landavensis et eiusdem ecclesie Capitulum, salutem in Domino sempiternam ac fidem indubiam presentibus adhiberi —

adhiberi: Ad universitatis vestre notitiam deducimus, et per presentes deduci volumus, Quod vacante nuper sede Episcopali Landaven per Translationem Reverendi in Christo patris et Domini Domini Willelmi Morgan nuper Episcopi ibidem ad Ecclesiam et Episcopatum Assaphen Nos Archidiaconus et Capitulum antedict, ne eadem Ecclesia Cathedralis Landavensis per suam diutinam vacationem aliqua pateretur incommoda, Ad electionem futuri Episcopi et Pastoris eiusdem procedere volentes (habita prius Licentia Regia de alio in Episcopum ipsius Ecclesie eligend) diem mercurij vizt decimum quartum diem presentis mensis Octobris hora qua Capitulum celebrari consuevit, ac domum Capitularem predict cum continuatione et prorogatione dierum et horarum extunc sequentium et locorum (si expediat) in ea parte fiend nobis tunc ibidem presentibus, et alijs eiusdem ecclesie Canonicis et prebendarijs absentibus ius vocem aut interesse in electione futuri Episcopi et pastoris ecclesie memorate habentibus seu habere pretendentibus ad electionem futuri Episcopi et pastoris prefate ecclesie Cathedralis (divina favente clementia) celebrand pro termino et loco competentibus, prefiximus et assignavimus; Ad quos quidem diem horam et domum Capitularem antedict omnes et singulos Canonicos predicte Ecclesie, ius vocem aut interesse in huiusmodi electione et electionis negotio habentibus in specie, Ceterosque omnes alios et singulos (si qui essent) qui de Jure seu consuetudine in hac parte ius aut interesse habere pretenderent in genere ad procedend et procedi videnda nobiscum in eodem electionis negotio, ac in omnibus et singulis actis usque ad finalem expeditionem inclusive iuxta morem antiquum et laudabilem consuetudinem Ecclesie predict in hac parte ab antiquo usitat et inconcusse observat; legitime et peremptorie citand evocand et monend fore decrevimus, et in ea parte Literas Citatorias fieri in forma efficaci valida et assueta fecimus: Quo quidem decimo quarto Octobris adveniente, hora qua Capitulum dicte Ecclesie celebrari consuevit: Nos prefatus Archidiaconus unacum alijs Confratribus nostris Canonicis et prebendarijs eiusdem ecclesie infranominatis, Campana ad Capitulum celebrand primitus publice pulsata, domum Capitularem predict ingressi et ibidem Capitulum facientes et celebrantes Omnipotentis Dei auxilio implorato, ac hymno, Veni Creator Spiritus, per ministros ecclesie publice decantat, in dilecti nobis in Christo magistri Thome Prichard notarij publici Capituli nostri Registrarij et testium infranominatorum presentijs, Comparuit personaliter coram nobis quidam Willelmus Jones literatus ac produxit et exhibuit mandatum Citatorium originale alias auctoritate nostra emanat et inferius descript unacum Certificatorio in dorso eiusdem ac schedula quadam eidem annex nomina et cognomina omnium et singulorum Canonicorum et prebendariorum ipsius Ecclesie Cathedralis vigore dicti mandati Citatorij in se continen Quorum quidem mandati Certificatorij et schedule veri tenores sequuntur et sunt tales: **Cadwallader Hughes** Clericus sacre Theologie Baccalaureus Archinus ecclesie Cathedral Landaven, et eiusdem ecclesie Capitulum, discretis viris Evano ffludd Clerico vicario Chorali ecclesie Cathedralis predict et Willelmo Jones literato salutem in auctore salutis: Cum sedes Episcopalis Landavensis per Translationem Reverendi in Christo patris et Domini Willelmi Morgan eiusdem iam vacua et pastorali solatio destituta existit, Nos igitur Archinus et Capitulum ad futuri Episcopi et Pastoris eiusdem sedis electionem (habita prius Regie Maiestatis Licentia) procedere volentes, nobismetipsis presentibus, ac omnibus et singulis alijs Canonicis et Confratribus nostris absentibus, qui ius vocem et interesse in electione huiusmodi habeant, seu habere pretendent diem mercurij vizt decimum quartum diem instantis Octobris hora qua Capitulum eiusdem ecclesie celebrari consuevit, ac domum Capitularem predict cum continuatione et prorogatione dierum extunc sequentium et locorum (si expediat) fiend prefiximus et assignavimus; Ad quos quidem diem horam et locum omnes et singulos ipsius Ecclesie Cathedralis Canonicos et prebendarios tam presentes quam absentes, ius et vocem in huiusmodi electione habentes, ad procedend et procedi videnda in huiusmodi electionis negotio ac in omnibus et singulis actis eiusdem ecclesie, Ceteraque omnia et singula que circa huiusmodi electionem necessaria fuerint seu de iure, aut consuetudine ecclesie predicte, et huius inclite Regni Anglie Statutis requisita usque ad finalem expeditionem eiusdem negotij inclusive per affixionem presentium in ostio domus nostre Capitularis antedicte, alijsque vijs iuxta morem presentis temporis, ac Statuta et laudabiles consuetudines Ecclesie Cathedral predict hactenus in ea parte usitat et observat peremptorie citand et monend fore decrevimus. Quocirca vobis coniunctim et divisim committimus et mandamus tenore presentium

quatus

quatenus citetis seu citari faciatis peremptorie omnes et singulos predicte Ecclesie Cathedral Landaven Canonicos et Prebendarios in stallis eorum in Choro eiusdem ecclesie, Citatorum Literis et schedulis in ipsis stallis iuxta Statuta et laudabiles consuetudines ecclesie predict publice affix et ibidem dimiss, Quos nos etiam tenore presentium sic citamus, Quod compareant et eorum quilibet compareat coram nobis predict Decimo quarto die instantis Octobris in Domo Capitulari predict hora qua Capitulum ibidem celebrari consuevit, cum continuatione et prorogatione dierum et horarum extunc sequentium (si oporteat) in prefato electionis negotio, ac singulis actis eiusdem usque ad finalem expeditionem ipsius negotii inclusive fiend legitime processur et procedi visur, Ceteraque omnia et singula que huiusmodi electionis negotii qualitas et natura de se exigunt et requirunt factur subitur et auditur: Intimetis preterea Citatis omnibus et singulis horum seriem, quibus nos etiam sic intimamus, quod sive ipsi iuxta effectum Citationis predict die hora et loco superius assignat nobiscum comparuerint sive non, Nos tamen eisdem die hora et loco in dicto Electionis negotio usque ad finalem expeditionem eiusdem inclusive procedemus prout de iure et consuetudine fuerit procedend, eorum sic Citatorum absentiis in aliquo non obstantibus: Et quid in premissis feceritis nos dictis die hora et loco debite Certificet ille vestrum qui presens nostrum mandatum fuerit executus una cum presentibus prout decet: In cuius rei Testimonium sigillum (quo in hac parte ad presens utimur) presentibus est appensum Dat in Domo nostra Capitulari Duodecimo die mensis Octobris Anno Domini millesimo sexcentesimo primo;

Venerabilibus viris Cadwalladero Hughes Clerico sacre Theologie Bachalaureo Archidiacono ecclesie Cathedralis Landaven, et eiusdem ecclesie Capitulo, vestrumve locum tenenti cuicunque: Vester humilis et devotus Willimus Jones literatus vester ad infrascripta mandatarius rite et legitime deputat omnimodas reverentiam et obedientiam tantis viris debit et condignas, Mandatum vestrum retroscriptum nuper cum ea qua decuit reverentia humiliter recepi exequend Cuius vigore pariter et auctoritate omnes et singulos Canonicos et prebendarios prebendas in dicta ecclesia obtinentes, in electione futuri Episcopi et Pastoris eiusdem ecclesie ius vocem et interesse habentes seu habere pretendentes in specie et in genere iuxta statut et consuetudines ecclesie predict per affixionem presentium in Choro eiusdem ecclesie peremptorie citavi, Quod compareant et quilibet eorum compareret coram vobis die hora et loco in predict mandato vestro specificat una cum continuatione et prorogatione dierum et horarum extunc sequentium et locorum (si oporteat) fiend atque ad omnem effectum in eodem mandato retroscript mentionat, et sic mandatum vestrum predict in forma mihi demandat debite executus sum: Nomina et cognomina dictorum Canonicorum (ut premittitur) citatorum describuntur: In cuius rei Testimonium quia sigillum autenticum in presenti habere non potui, Ideo nomen meum hic subscripsi, per me Willimum Jones literatum: Cadwallader Hughes Clericus sacre Theologie Bachalaureus, Archidiaconus ecclesie Cathedralis Landaven: Morganus Jones Clericus artium magister Thesaurarius eiusdem ecclesie; Thomas Harbart Clericus Cancellarius dicte ecclesie Cathedralis, Jevanus Morgan Clericus artium magister precentor eiusdem ecclesie; Andreas Vaen Clericus in Legibus Bachalaureus: Mauritius Gruffin Clericus in Legibus Bachalaureus; Ricus Morgan Clericus artium magister; Richardus Turbervill Clericus artium magister; Morganus Blethen Clericus artium magister; Galfridus Price Clericus artium magister; Johannes Barker Clericus artium magister: et Thomas Edmondes Clericus Prebendarii dicte ecclesie Cathedral Landaven: Deinde Nos prefatus Archidiaconus et Capitulum Literas patentes regie Maiestatis magno sigillo Anglie sigillat nobis in hac parte direct publice coram nobis perlegi fecimus et mandavimus Quarum tenor sequitur in hec verba:

Elizabeth Dei gratia Anglie Francie et Hibernie Regina fidei defensor etc. Dilectis nobis in Christo Archidiacono et Capitulo ecclesie Cathedral Landaphen Salutem: Ex parte vestra nobis est humiliter supplicat ut cum Ecclesia predicta per promotionem ultimi Episcopi eiusdem ad Episcopatum Assaphen iam vacet, et Pastoris sit solatio destitut, alium vobis eligend in Episcopum et pastorem Licentiam nostram fundatoriam vobis concedere dignaremur, Nos precibus vestris in hac parte favorabiliter inclinantes Licentiam illam vobis duximus concedend, rogantes ac in fide et dilectione quibus nobis tenemini precipientes quod talem vobis eligatis in Episcopum et Pastorem qui Deo devotus, nobisque et Regno nostro utilis et fidelis existat: In cuius rei Testimonium has Literas nostras fieri fecimus patentes Teste meipsa apud Westmonasterium Quinto die Octobris Anno Regni Quadragesimo tertio: Quibus sic expedit omnibusque et singulis predict ecclesie Canonicis et prebendariis ius et voces in huiusmodi electione et electionis negotio habentibus seu habere pretendentibus, legitime et peremptorie ad hos diem horam et locum citat, publice preconizat, Comparuit personaliter una nobiscum prefatus Archidiaconus, Morganus Jones artium magr, Thomas Harbart Clericus, Jevanus Morgan artium magr, Mauritius Gruffyn in legibus Bachalaurius, Ricus Morgan, Richardus Turberwill, Morganus Blethyn, Galfridus Price, Johannes Barker artium magri et Thomas Edmond, Clericus Canonici et prebendarij dicte ecclesie Cathedralis Landaven: Hunc nos Archidiaconus et reliqui confratres nostri antedicti prenominatum Thomam Prichard in huius negotij Actorum scribam, necnon venerabilem virum Richardum Trevor legum Doctorem, et Dominum Evanum Fludd Vicarium Choralem predicte ecclie Cathedralis in testes predicte electionis negotij et agend in eodem personaliter tunc presentes rogavimus nobiscum remanere: Deinde nos prefatus Archidiaconus de consensu fratrum nostrorum predict tunc ibm pntium in hmoi electionis negotio procedentes, omnes et singulos alios Canonicos et prebendarios ad eosdem diem hor et locum sic citat, publice et alta voce preconizat, diuque et sufficienter expectatos et nullo modo comparentes pronunciavimus contumaces, et in penam contumaciarum suarum hmoi ad ulteriora in hmoi electionis negotio procedendum fore decrevimus eorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstan, prout in schedula per nos in ea parte lecta plenius continetur; Cuius tenor sequitur et est talis. In Dei nomine Amen Nos Cadwallader Hughes Clericus sacre Theologie Bachalaur huius ecclie Cathedral Landaven Archinus de unanimi assensu consensu et voluntate totius Capli eiusdem ecclie omnes et singulos Canonicos et prebendarios predict ecclie Cathlis ad hos diem hor et locum ad procedend et procedi vidend in negotio Electionis futuri Episcopi et Pastoris ecclie Cathedral predict iuxta morem preteriti temporis in eadem ecclia usitat et observat, legitime et peremptorie citat sepius publice preconizat, diuque et sufficient in hos diem hor et locum assignat expectatos et nullo modo comparentes pronunciavimus contumaces, et in penam contumaciarum suarum hmoi et eorum cuiuslibet decernimus procedendum fore ad ulteriora in hmoi electionis negotio ipsorum sic citatorum absentia sive contumacia in aliquo non obstante, pro pleno Capitulo in personis comparent pronunciantes et pronunciamus in hijs scriptis: Mox vero nos prefatus Archidiaconus de similibus voluntate et consensu eorundem confratrum nostrorum comparentium quandam monitionem et protestationem in scriptis simul redact et concept fecimus et legimus tunc et ibm, tenorem sequen de verbo in verbum in se continen: In Dei nomine Amen Nos Cadwallader Hughes Clericus sacre Theologie Bachalaureus huius ecclie Cathedral Landaven Archidiaconus vice nostra, ac vice et nomine omnium et singulorum Canonicorum et Confratrum nostrorum hic pntium monemus omnes et singulos suspensos, excommunicatos et interdict, si qui sint inter nos qui de iure seu consuetudine aut quavis alia occasione seu causa in pnti electionis negotio interesse non debent, quod de hac domo Capitulari statim iam recedant, ac nos et alios de presenti Capitulo ad quos Ius et potestas eligendi pertinet libere eligere permittant, protestand omnibus via modo et Iuris forma melioribus et efficatioribus quibus melius aut efficatius possimus et debemus, nomine nostro, ac vice et nomine omnium et singulorum Canonicorum, prebendariorum, et Confratrum nostrorum predict hic iam comparentium qd non est nostra nec eorum voluntas admittere tanquam Ius vocis et interesse in hmoi electione habentes, aut procedere vel eligere cum eisdem, Immo volumus et volunt qd voces talium (si que postmodum recipiantur qd absit) intervenisse in dicta electione nulli prestet auxilium, nec afferat alicui nocumentu sed prorsus pro non receptis et non habitis nullisque et invalidis penitus et omnino habeantur et censeantur, Canonicos vero presentes pro pleno Capitulo ecclie predict habend et censend fore debere pronunciamus et declaramus in hijs scriptis: Quo facto, Nos prefatus Archinus et Canonici antedicti de et super forma electionis hmoi, ac per quam viam sive formam fuerit procedend ad electionem futuri Episcopi et Pastoris ecclesie Cathedralis predict diligenter tractavimus ac tandem nobis ac omnibus alijs Canonicis supradictis (ut prefertur) tunc ibm pntibus, et Capitulum in ea parte facientibus visum est, et placuit in dicto electionis negotio per viam quasi inspirationis spiritus sancti procedere ac per illam viam sive formam rite proceden, venerabilem virum Franciscum Godwyn sacre Theologie professorem in nostrum et dicte ecclie Cathedralis Landaven Epum et Pastorem per Regiam Maiestatem nobis pro virtutum et meritorum suorum dotibus commendatum unanimiter et concorditer nullo tunc contradicente vel reclamante elegimus in Communi

sub

Communi sub eo qui sequitur verborum tenore. In Dei nomine Amen. Nos Cadwallader Hughes Clericus sacre Theologie Bacchalaureus huius Ecclesie Cathedralis Landavensis Archidiaconus et Capitulum expresso consensu assensu et voluntate omnium et singulorum Confratrum nostrorum hic iam presentium, venerabilem virum ffranciscum Godwyn sacre Theologie Doctorem virum vtiqz prouidum et circumspectum, Litterarum scientia, vita et moribus merito commendatum liberum de legitimo matrimonio procreatum, atqz in etate legitima et ordine sacerdotali constitutum, in spiritualibus et temporalibus plurimum circumspectum, scientem, valentem et volentem Jura et libertates dicte Ecclesie tueri et defendere in Episcopum et Pastorem Ecclesie Cathedralis predicte per viam quasi inspirationis de concordibus animis omnium presentium nominamus et eligimus in hijs scriptis: Hijs in hunc modum expeditis, Nos Archidiaconus antedictus electionem huiusmodi et personam electam Clero et populo declarauimus et manifestauimus, et declarari et manifestari fecimus prout moris est, atqz in similibus fieri assolet: Postremo vero nos Archidiaconus et Capitulum antedictum domum nostram Capitularem egredientes, et Chorum eiusdem Ecclesie Cathedralis intrantes, ac ibidem ad gradus superiores prope mensam sacre Communionis ministracioni per nos publicata et declarata electione predicta, hymnum Te Deum laudamus in sermone Anglicano per ministros Chori decantari mandauimus et fecimus; In quorum omnium et singulorum premissorum fidem et Testimonium nos prefatus Archidiaconus et Capitulum has presentes litteras nostras Testimoniales inde fieri, ac sigilli nostri communis appensione communiri, necnon per prefatum Thomam Prichard notarium publicum et Capituli nostri predicti Registrarium antedictum subscribi mandauimus et fecimus. Acta fuerunt hec omnia et singula premissa sub modo et forma superius annotatis dicto decimo quarto die mensis Octobris Anno Domini millesimo sexcentesimo primo, et Regni prefate domine nostre Elizabethe Dei gratia Anglie ffrancie et hibernie Regine fidei defensoris &c Quadragesimo tertio.

Et ego Thomas Prichard Diocesis Landavensis publicus auctoritate regia notarius in presenti electionis negotio Actorum scriba assumptus, Quia omnibus et singulis premissis dum sic (vt premittitur) sub anno Domini Regniqz domine nostre Regine Elizabethe die mense et loco respectiue predictis agebantur et fiebant presens personaliter interfui; Eaqz omnia et singula sic fieri vidi sciui et audiui atqz in notam sumpsi; Ideo hoc presens publicum instrumentum manu alterius, me interim alijs impedito negotijs fideliter scriptum exinde confeci, subscripsi et publicaui atqz in hanc publicam et autenticam formam redegi, Signoqz nomine cognomine et subscriptione meis solitis et consuetis signaui, in fidem et Testimonium omnium et singulorum premissorum rogatus specialiter et requisitus.

Instrumentum de consensu Domini Electi

In Dei nomine Amen per presens publicum Instrumentum cunctis appareat euidenter et sit notum, Quod die Mercurij vndecimo videlicet die mensis Nouembris Anno Domini millesimo sexcentesimo primo, Regniqz Illustrissime in Christo Principis et Domine nostre Domine Elizabethe Dei gratia Anglie ffrancie et hibernie Regine fidei Defensoris &c Anno Quadragesimo tertio, In Camera venerabilis viri Richardi Trevor legum Doctoris infra hospitium Dominorum Advocatorum de Arcubus London infra parochiam sancti Benedicti hude Ciuitatis London notorie situata, Coram venerabili et Reverendo viro ffrancisco Godwyn sacre Theologie professore in Episcopum et Pastorem Ecclesie Cathedralis Landavensis nominato et electo, meqz mei Johannis Drake notarij publici subscripti, ac testium inferius nominatorum presentijs; Constitutus personaliter discretus vir Thomas Lovell, notarius publicus, almeqz Curie Cantuariensis de Arcubus London procuratorum generalium vnus exhibuit procuratorium suum literatorie pro venerabilibus viris Archidiacono et Capitulo Ecclesie Cathedralis Landavensis predicte Sigillo eorum communi (vt apparuit) sub Cera rubea sigillatum, ac inter alios coniunctim et diuisim factum, et fecit se partem pro eisdem, Ac nomine procuratorio eorundem Archidiaconi et Capituli presentauit eidem venerabili viro ffrancisco Godwyn electo antedicto quasdam litteras Testimoniales siue Certificatorias Sigillo communi eorundem Archidiaconi et Capituli (vt apparuit) ac sub cera rubea etiam sigillat, de et super electione dicti venerabilis viri in Episcopum et Pastorem eccl[es]ie Cathedral Landauen predict facta et celebrata. Eundemque venerabilem virum Dnum Electum instanter instantius et instantissime quatenus eidem electioni de ipso et eius persona (vt premittitur) facte et celebrate consentire, ac consensum et assensum suos eidem prebere dignaretur, rogavit et requisivit. Quiquidem venerabilis vir electus Landavensis Episcopus antedictus sic requisitus et interpellatus primo et ante omnia gratias agens dicte Serenissime Domine nre Regine, que ipsum licet indignum (vt asseruit) dictis Archino et Capitulo commendare dignata est, Deinde eisdem Archidiacono et Capitulo qui eum tam gratis animis elegerunt, licet se tanto munere indignum indicaret. Tamen ne ipse divine voluntati et dicte Domine nre Regine beneplacito minime obtemperare videretur, Deum precatus est vt suo sancto spiritu et gratia speciali in omnibus adesse velit, ad illustrand nominis sui gloriam et eccl[es]ie vtilitatem procurand, Electioni predicte de ipso et eius persona (vt premittitur) facte et celebrate consensiebat in scriptis per eum lectis, prout in schedula quam in manibus suis tunc tenens continetur, Cuius quidem schedule verus tenor sequitur et est talis. In Dei nomine Amen. Ego Franciscus Godwyn sacre Theologie professor in Episcopum et Pastorem Eccl[es]ie Cathedral Landauen rite et legitime nominatus et electus, ad consentiendum huiusmodi electioni de me et persona in hac parte facte et celebrate, ex parte et per partem Archini et Capituli eccl[es]ie Cathedral Landauen predict instanter rogatus et requisitus, Dei omnipotentis Clementia fretus, electioni huiusmodi de me et persona mea (vt premittitur) facte et celebrate ad honorem Dei Omnipotentis patris filij et spiritus sancti consentio, eidemque consensum et assensum meos semel atque iterum rogatus et interpellatus prebeo in hijs scriptis. Super quibus premissis omnibus et singulis tam dictus venerabilis vir Dominus Electus, quam memoratus Thomas Lovell procurator antedictus me notarium publicum subscriptum sibi vnum vel plura publicum seu publica instrumentum sive instrumenta conficere, ac testes inferius nominatos testimonium inde perhibere instanter rogavit et requisivit. Acta fuerunt hec omnia et premissa prout supra scribuntur et recitantur sub Anno Dni Regnique Regie Maiestatis mense die et loco predictis, presentibus tunc et ibm venerabili viro Richardo Trevor Legum Doctore Cristofero Williams Richardo Baily et Stephano Wilcox literatis, testibus ad premissa vocatis specialr et requisitis.

Et ego Johannes Drake Bristol Dioces natus publicus auctoritate regia notarius, Quia premissis omnibus et singulis dum sic (vt premittitur) sub Annis Domini Regnique Regie Maiestatis mense die et loco predictis agebantur et fiebant, vnacum prenominatis testibus presens personaliter interfui, eaque omnia et singula sub modo et forma prenotatis fieri geri et expediri vidi scivi et audivi, atque in notam sumpsi; Ideo hoc presens publicum Instrumentum manu mea propria fideliter scriptum exinde confeci, et in hanc publicam formam redegi Signoque nomine cognomine et subscriptione meis solitis et consuetis signavi et subscripsi, in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum rogatus specialiter et requisitus, per me Johannem Drake notarium publicum antedictum.

Secunda
sedul p oppo-
sitores

In dei nomine Amen, Nos Edwardus Stanhope Legum Doctor Reverendissimi in xpo patris et Domini Dni Johannis divina providentia Cantuar Archiepiscopi totius Anglie Primatis et Metropolitani vicarius in spiritualibus generalis et officialis principalis, necnon Commissarius inter alios ad infrascripta coniunctim et divisim sufficienter et legitime constitutus; In negotio Confirmationis electionis de persona venerabilis viri Francisci Godwyn sacre Theologie professoris in Episcopum et Pastorem Ecclesie Cathedral Landauen electi facte et celebrate rite et legitime procedentes, omnes et singulos oppositores, qui contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam dicere excipere vel opponere voluerint, ad comparendum coram nobis istis die hora et loco (si sua putaverint interesse) contra dictam electionem, formam eiusdem aut personam in hac parte electam, in debita iuris forma dicturos excepturos vel oppositures

citari

legitime et peremptorie citatos, sepius publice preconizatos, diuque et sufficienter expectatos, et nullo modo legitime comparentes, nec contra dictam electionem formam eiusdem, aut personam in hac parte electam hmoi aliquid dicentes excipientes vel opponentes, ad petitionem procuratoris Archidiaconi et Capituli ecclie Cathedral Landauen predict pronunciamus contumaces, et in penam contumaciarum suarum hmoi decernimus procedend fore ad prolationem Sententie nre diffinitive sive nostri finalis decreti in hmoi negotio ferend ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstan: vicesimo Novembris 1601 Ed: Stanhope

Lecta fuit hmoi Schedula per prefatum magrum Edwardum Stanhope die hora et loco in actu mentionatis &c &c

Sententia

In Dei nomine Amen, Auditis visis et intellectis ac plenarie et mature discussis per nos Edwardum Stanhope legum Doctorem Reverendissimi in xpo patris et Domini Domini Johannis divina providentia Cantuarien Archiepi totius Anglie primatis et Metropolitani vicarium in Spualibus generalem et officialem principalem, necnon Commissarium inter alios ad infrascripta con^m et di^m sufficienter et legitime constitutum: Meritis et circumstantijs cuiusdam cause sive negotij Confirmationis electionis de persona venerabilis viri ffrancisci Godwyn sacre Theologie professoris in Episcopum et Pastorem ecclie Cathedralis Landauen electi facte et celebrate quod coram nobis aliquandiu vertebatur, vertiturque in presenti et pendet indecisum, rimatoque primitus per nos toto et integro processu coram nobis in dicto Confirmationis negotio habito et facto, atque diligenter recensito, servatisque per nos de Jure et Statutis huius Regni Anglie in ea parte servandis ad nostri finalis decreti sive sententie nre diffinitive prolationem in hmoi confirmationis negotio ferend, sic duximus procedendum et procedimus in hunc qui sequitur modum. Quia per acta inactitata, deducta, allegata, proposita, exhibita, confessata, et probata coram nobis in hmoi Confirmationis negotio comperimus et luculenter invenimus electionem predict per Archidiaconum et Capitulum ecclesie Cathedral Landauen predict de prefato magro ffrancisco Godwyn electo hmoi, viro utique provido et discreto vita et moribus merito commendato, libero et de legitimo matrimonio procreato, atque in etate legitima et ordine sacerdotali constituto, rite et legitime fuisse factam et celebratam, nihilque eidem venerabili viro electo hmoi de institutis ecclesiasticis obviasse, quominus in Episcopum ecclie Cathedral Landauen predict auctoritate dicti Reverendissimi patris debeat confirmari: Idcirco Nos Edwardus Stanhope Legum Doctor vicarius in Spualibus generalis, Commissarius et Judex antedictus sic (ut prefertur) specialiter constitutus, attentis premissis et alijs virtutum meritis super quibus prefatus Electus Landauensis Episcopus antedictus fidedigno commendatur testimonio, xpi nomine primitus invocato, ac ipsum solum Deum oculis nostris preponentes et habentes, de et cum Consilio Jurisperitorum cum quibus in hac parte communicavimus, prenominatam electionem de eodem venerabili viro ffrancisco Godwyn factam et celebratam auctate qua fungimur confirmamus, defectusque quoscunque in dicto Confirmationis negotio intervenien (si qui forsan sint) quantum in nobis poterimus supplentes et supplemus, Ipsumque Dnm Electum et confirmatum consecrandum et benedicendum fore decernimus, Curamque regimen et administrationem spiritualium dicti Episcopatus Landauen eidem Dno Electo et confirmato committimus, ac ipsum in realem actualem et corporalem possessionem dicti Episcopatus Landauen predict, Juriumque dignitatum honorum preeminentiarum et pertinentium suorum universorum inducendum et inthronizandum fore per Archidiaconum Cantuar seu eius deputatum, iuxta ecclie Cathlis Landauen predict morem et consuetudinem, Legibus et Statutis huius Regni Anglie non adversantibus etiam decernimus et declaramus per hanc nostram Sententiam diffinitivam sive hoc nostrum finale decretum quam sive quod ferimus et promulgamus in hijs scriptis xx^o Novembris 1601 Ed. Stanhope

Lecta fuit hmoi Sententia per prefat magrum Edwardum Stanhope Legum Doctorem vicarium in Spualibus generalem &c ac Commissarium &c predicti Reveren^mi patris &c Die veneris vicesimo viz die mensis Novembris Anno Dni 1601 in ecclia parochiali beate Marie Virginis de Arcubus London &c inter hor primam et quartam post meridiem eiusdem diei

ad peticionem magistri Thome Lovell notarij publici procuratoris
Archini et Capituli dicte Cathedralis Landauen &c in presentia
mei Johannis Drake notarij publici &c, Super quibus &c presentibus
tunc et ibidem testibus in actu mencionatis &c.

Proviso pro-
testacionis Decani
Westm et Rmi
Cantuar

Die Jovis decimo nono viz[t] die mensis Novembris Anno domini millesimo sex-
centesimo primo, Reverendissimo in Christo patre et Domino Domino Johanne Cantuar Archiepiscopo
totius Anglie Primate et Metropolitano intuitu Parliamenti apud Civitatem Westmer
ad tunc ibidem habiti et tenti existente Thamesis fluvius ita congelatus existebat, ut idem
Reverendissimus pater mancium suum de Lambehithe per Aquarium suum tute adire minime valuit, sed
in edibus venerabilis viri Domini Lanceloti Andrewes sacre Theologie professoris Decani
Ecclesie Collegiate divi Petri Westmer per quatuor seu quinque dies ad tunc sequentes
subsistebat, et commoratus fuit; Et die Dominico instante vicesimo secundo viz[t] die dicti
mensis Novembris, Anno domini millesimo sexcentesimo primo predict, pruina ad tunc du-
rante prefatus Reverendissimus pater ex domo eiusdem Domini Decani Westmon ad Capellam Regis
Anglie Henrici Septimi illustris ad Orientalem partem dicte ecclesie Collegiate divi Petri
Westmon situatam pro consecratione venerabilis viri magistri ffrancisci Godwyn sacre
Theologie professoris in Episcopum Landauen confirmati fienda perambulans et e peri-
stilio ad australem partem dicte ecclesie existen in Ecclesiam Collegiatam divi Petri
Westmon predict (Comitantibus eum Reverendis patribus Dominis Richardo London,
Willelmo Lincoln, et Johanne Bathon et Wellen respective Episcopis) introitum fa-
ciens, obviebat ei prefatus venerabilis vir magister Lancelotus Andrewes Decanus eiusdem Ecclesie
Collegiate Westmon una cum venerabilibus viris magistris Thoma Montforde et Willelmo
Barlowe sacre Theologie professoribus prebendarijs dicte Ecclesie, et nonnullis alijs
eiusdem Ecclesie Canonicis et ministris, Et in presentijs dictorum Reverendorum patrum et
prefatorum prebendariorum, necnon venerabilium virorum Edwardi Stanhope Legum
Doctoris prefati Reverendissimi patris vicarij in spiritualibus generalis et officialis princip-
alis, ac Richardi Swale legum etiam Doctoris Curie Audientie eiusdem Reverendissimi pro
Causarum et negotiorum Auditoris, et in presentia mei Johannis Seston notarij publici
Officio Registrarij principalis dicti Reverendissimi patris fungentis, Dominus Lancelotus Andrewes
Decanus Westmon antedict, quandam protestacionem in scriptis redactam eidem Reverendissimo
patri tradidit protestando ac cetera faciendo prout in eadem continetur. Cuius quidem
protestacionis tenor sequitur in hec verba. **In dei nomine Amen.**

Protestacio Decani

Coram vobis Reverendissimo in Christo patre et Domino Domino Johanne permissione divina
Cantuar Archiepiscopo totius Anglie Primate et Metropolitano, Ego Lancelotus Andrewes
sacre Theologie professor Decanus Ecclesie Collegiate beati Petri Westmer Regie Ma-
iestati ac nulli alij immediate subiecte, tam nomine meo, quam nomine Capituli Ecclesie
mee predicte palam et publice hic protestor, Quod cum vos Reverendissimus pater ante-
dictus ad Consecracionem ffrancisci Episcopi Landauen electi infra exemptam Ecclesiam
nostram Collegiatam predictam hoc vicesimo secundo die mensis Novembris procedere
intendatis: Nos tamen per huiusmodi sive quecunque alia per vos in ea parte acta sive agenda
non intendimus aliquibus nostris Jurisdictionibus, privilegijs, exemptionibus sive immuni-
tatibus in aliquo renunciare seu cedere, sed ea omnia firma inviolabilia et inconcussa
volumus observari: Sed propter facilem et commodam huius negotij expeditionem vobis
Reverendissimo patri antedicto et Suffraganeis vestris hic presentibus vobisque assistentibus
in hac nostra Ecclesia predicta divina celebrandi, sacra faciendi, Ceteraque ad expedicionem
negotij predicti necessaria agendi et exequendi, Licentiam et facultatem concedimus et im-
pertimur et non aliter neque alio modo. Super quibus requirimus vos notarios publicos
ad conficiendum nobis publicum instrumentum unum vel plura, ac testes presentes
Testimonium perhibere: Et tunc et ibidem idem Reverendissimus pater Cantuar Archiepisco-
pus aliam protestacionem in manibus suis tenens protestatus est, ac cetera fecit prout
in eadem continetur, Cuius quidem protestacionis schedule tenor etiam sequitur et est

Protestacio Archiepi

talis: In Dei nomine Amen, Cum pro maturiori faciliori expeditione cuiusdam
negotij Consecrationis venerabilis viri ffrancisci Godwyn sacre Theologie professoris
in Episcopum Landauensem Electi et Confirmati Ecclesiam Collegiatam divi Petri

Westmon' pro nobis et Confratribus nostris Suffraganeis Episcopis assistentibus ad effectum predictum, nobis magis commodam et necessariam ex certis causis, nos in ea parte specialiter moventibus elegerimus: Nos Johannes divina providentia Cantuarien Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus, tam pro nobis et Confratribus nostris Episcopis suffraganeis nobis in hmoi negotio consecrationis, assistentibus expresse protestamur Quod Jurisdictionibus, privilegijs, libertatibus, immunitatibus sive exemptionibus Decano et Capitulo ecclesie Collegiate Divi Petri Westmon' predicte, aut eccl'ie memorate antehac qualitercunque indultis, per aliqua per nos sive Confratres nostros predictos circa negotium predictum, tractanda dicenda sive determinanda infra dictam Ecclesiam Collegiatam Divi Petri Westmon predict' non intendimus in aliquo derogare seu aliquo modo infringere, sed Licentia et facultate dictorum Decani et Capituli prius habita et obtenta ad hmoi munus Consecrationis in ecclesia Divi Petri Westmon predict' pergere et procedere volumus et protestamur Super quibus, tam dictus Reverendissimus quam prefatus D'ns Decanus requisivit me prefatum notarium &c. Et demum dictus Reverendissimus pater Cantuarien Archiepus ad Consecrationem hmoi cum solemnitate processit in hunc qui sequitur modum

Actus Consecracionis

Die Dominico Vicesimo Secundo viz' die mensis Novembris Anno Domini millesimo sexcentesimo primo, Et Translationis Reverendissimi in Christo patris et Domini Domini Johannis divina providentia Cantuar' Archiepiscopi totius Anglie Primatis et Metropolitani Anno Decimo nono, In Capella Regis henrici Septimi, In Ecclesia Collegiata Divi Petri Westmr' in Comitatu Middlesex, Idem Reverendissimus pater vigore et auctoritate Literarum Commissionalium patentium Illustrissime in Christo principis et Domine nostre D'ne Elizabethe Dei gratia Anglie ffrancie et hibernie Regine fidei defensor' &c sibi in hac parte direct', assistentibus sibi Reverendis in Christo patribus Dominis Richardo London, Willmo Lincoln, et Johanne Bathon et Wellen respective Episcopis, munus Consecrationis venerabili viro ffrancisco Godwyn sacre Theologie professori in Episcopum et Pastorem ecclesie Cathedralis Landaven electo et confirmato (prestito primitus per eundem Dominum Electum Juramento tam de agnoscendo regiam supremam potestatem in causis ecclesiasticis et temporalibus, ac de renunciando omni et omnimode Jurisdictioni potestati auctoritati et superioritati forancis juxta vim formam et effectum Statuti Parliamenti huius inclyti Regni Anglie in ea parte editi et provisi quam de reverentia et obedientia debit' prefato Domino Archiepo Cantuarien et ecclesie metropolitice Christi Cantuar adhibend', adhibitisque ritibus et ceremonijs de usu moderno Ecclesie Anglicane adhibend') juxta formam descriptam in libro intitulat', The forme and manner of makinge and consecratinge Byshopps, Preistes and Deacons &c impendebat In presentia mei Johannis Coston notarij publici &c, presentibus tunc et ibidem venerabilibus viris Edwardo Stanhope legum Doctore vicario in spiritualibus generali et officiali principali predicti Reverendissimi patris, Richardo Swale legum Doctore Curie Audientie Cantuar Causarum et negotiorum Auditore, Thoma Ravys sacre Theologie professore Decano Ecclesie Cathedralis Christi Oxon, Willmo Barlowe sacre Theologie professore, Richardo Trevor legum Doctore, Johanne Burkeridge sacre Theologie professore, Beniamino Carrier sacre Theologie Baccalaureo, Johanne Pilpyn Generoso apparitore, Johanne Drake notario publico cum multis alijs in numero Copioso congregatis testibus &c.

Mandatum ad inducend'

Johannes divina providentia Cantuar' Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus, ad infrascripta auctoritate Parliamenti huius inclyti Regni Anglie mediantibus literis Commissionalibus patentibus Illustrissime in Christo principis et Domine nostre Domine Elizabethe Dei gratia Anglie ffrancie et hibernie Regine fidei defensor' &c sufficienter et legitime fulcitus; Venerabili viro Carolo ffotherby sacre Theologie Bacchalaureo Archidiacono nostro Cantuar' in Ecclesia nostra Cathedrali et Metropolitica Christi Cantuar' Salutem et gratiam: Cum vacante nuper sede Episcopali Landaven per Translationem Reverendi in Christo patris D'ni Willmi Morgan ultimi Episcopi ibidem ad Episcopatum Asaphen, Archidiaconus et Capitulum ecclesie Cathedralis Landaven (Licentia Regia in ea parte prius petita et obtenta) venerabilem virum ffranciscum Godwyn sacre Theologie professorem in eorum et dicte ecclesie Cathedralis Landaven predict' Episcopum et Pastorem elegerint, et ecclesie Cathedrali predict' providerint de eodem. Quam quidem electionem et personam sic electam (servatis de iure et Statutis huius Regni Anglie in ea parte servandis) Nos Johannes Archiepus Cantuarien antedictus, auctoritate qua supra confirmamus, eidemque Confirmato Curam regimen et administrationem spiritualium dicti Episcopatus Landavensis Commisimus, necnon consequenter munus consecrationis (adhibitis ritibus et Ceremoniis de more ecclesie Anglicane moderno adhibendis) eidem Electo et confirmato impendimus, Ipsumque Dominum Electum confirmatum et consecratum seu procuratorem suum legitimum eius nomine ac pro eo in realem actualem et Corporalem possessionem dicti Episcopatus Landaven, Iuriumque dignitatum honorum preeminentiarum et pertinentium suorum universorum inducendum installandum et inthronizandum fore decrevimus iustitia mediante. Tibi igitur firmiter precipiendo mandamus quatenus prefatum Reverendum patrem Dominum Franciscum Godwyn electum confirmatum et consecratum, seu procuratorem suum legitimum eius nomine ac pro eo in realem actualem et Corporalem possessionem dicti Episcopatus Landavensis, Iuriumque dignitatum honorum preeminentiarum et pertinentium suorum universorum inducas installes et inthronizes, sive sic induci installari et inthronizari facias cum effectu, Cathedramque sive sedem Episcopalem in Ecclesia Cathedrali Landaven predict' Episcopo ibidem assignari solit' sibi uti moris est assignes, et eum in nomine Dni nostri Jesu Christi imponas seu imponi facias prout decet, Iuribus et Consuetudinibus nris Archiepalibus Cantuarien et Eccle nre Cathedralis et metropolitice Xpi Cantuar' predict' dignitatibus et honoribus in omnibus semper salvis. In cuius rei Testimonium Sigillum quo in hac parte utimur presentibus apponi fecimus, Dat' vicesimo tertio die mensis Novembris Anno Dni millesimo sexcentesimo primo, Et nre Translationis Anno decimo nono.

Inductio

Ultimo die mensis Decembris Anno Domini millesimo sexcentesimo primo, Emanavit Inductio vigore mandati retroscript' venerabilibus viris Cadwalladro Hughes Clerico sacre Theologie Bachalaureo, Archidiacono Eccle Cathedral Landaven, Nathanieli Dodd sacre Theologie Doctori, Riceo Morgan Clerico in artibus magistro, et Andree Vaen Clerico in Legibus bachalaureo con'i et di'i &c ad inthronizandum eundem Dnm Franciscum Godwyn &c.

Herforden

Acta habita et facta in negotio Confirmationis Electionis facte de persona venerabilis viri Robert Bennett sacre Theologie professoris in Epum et Pastorem Eccle Cathedralis Herforden per Decanum et Capitulum eiusdem Eccle Cathedralis Electi, die Sabbathi vizt decimo nono die mensis Februarij Anno Dni iuxta cursum et Computationem ecclie Anglicane millesimo sexcentesimo secundo, et Regni Illustrissime in Xpo principis et Domine nre Dne Elizabethe dei gratia Anglie Francie et Hibernie Regine fidei defensor &c Quadragesimo quinto, in Ecclia parochiali beate Marie virginis de Arcubus London Eccle Xpi Cantuar Iurisdictionis immediate, inter horas nonam et undecimam ante meridiem eiusdem diei, Coram venerabili viro Edwardo Stanhope legum Doctore Reverendissimi in Xpo patris et Domini Dni Johannis divina providentia Cantuar Archiepi totius Anglie Primatis et Metropolitani vicario in Spiritualibus generali et Officiali principali, necnon Commissario ad infrascripta inter alios con'i et di'i sufficienter et legitime deputato et Constitut', in presentia mei Johannis Bostoni notarij publici, officio Registrariatus prim'ilis dicti Reverendissimi patris fungen &c.

Dictis die et loco atq[ue] inter horas — presentatis Coram prefato venerabili viro Edwardo Stanhope Legum Doctore vicario &c et Commissario &c, Judicialiter et pro Tribunali sedente Lris patentibus Regijs de assensu suo Regio prefato Reverendissimo patri directis, necnon Lris Commissionalibus dicti Reveren^mi patris eidem magro Edwardo Stanhope et alijs con^tim et di^sim in hac parte factis, ac per me prefatum Johannem Costen de mandato magri Edwardi Stanhope publice lectis, Idem magr Edwardus Stanhope ob honorem et reverentiam dict Dne nre Regine et memorati Reveren^mi patris acceptavit in se onus executionis dictarum Lrarum patentium et Commissionalium, et decrevit procedendum fore iuxta vim formam et effectum earundem. Deinde Comparuit personaliter magr Thomas Lovell notarius publicus alme Curie Cantuar de Arcubus London procuratorum generalium unus, et exhibuit procuratorium suum legitime in quodam Instrumento super Electione predca transmissi inserte pro venerabilibus viris Decano et Capitulo Eccle Cathedralis Herforden predict sigillo eorum Communi (ut apparuit) sigillat, et fecit se partem pro eisdem, et nomine procurio eorundem Decani et Capituli presentavit eidem vicario in spualibus generali et Commissario &c, venerabilem virum Robertum Bennett sacre Theologie professorem in Episcopum et Pastorem sedis Episcopalis Herforden electum, et ipsum e regione Confirmantis sistebat. Et tunc dictus magr Thomas Lovell exhibuit mandatum originale alt contra oppositores in hoc negotio emanatum, unacum Certificatorio in dorso super executione eiusdem, et petijt omnes et singulos oppositores hmoi publice preconizari: Et tunc facta trina publica preconizatione omnium et singulorum oppositorum hmoi ad hos diem hor et locum ad dicendum et opponendum contra electionem predcam &c citatorum, et nullo eorum comparente, dictus magr Thomas Lovell procurator, et nomine procurio quo supra petijt eos omnes et singulos reputari contumaces, et in penam contumaciarum suarum hmoi viam ulterius opponendi in hmoi causa sive negotio eis et eorum cuilibet precludi &c, Ad cuius petitionem dictus magr Edwardus Stanhope vicarius in spualibus generalis et Commissarius antedictus, pronunciavit eos et eorum quemlibet contumaces et in penam Contumaciarum suarum hmoi viam ulterius opponendi in hac Causa eis et eorum cuilibet preclusit: Necnon ad petitionem dicti Thome Lovell ad ulteriora in dco Confirmationis negotio procedend fore decrevit, ipsorum sic Citatorum et non comparent absentia sive contumacia in aliquo non obstan, prout in schedula per eundem magrum Edwardum Stanhope lecta plenius apparet: Deinde dictus magr Thomas Lovell dedit summariam petitionem in scriptis, et Dominus ad eius petitionem decrevit procedend fore summarie et de plano, et assignavit eidem magro Thome Lovell ad probandum dictam summariam petitionem ad statim: Et tunc dictus magr Thomas Lovell in subsidium probationis contentorum in dicta summaria petitione, exhibuit quoddam Certificatorium sive Lras Testimoniales in Instrumento predict insert, super electione eiusdem vene^lis viri Roberti Bennett sacre Theologie professoris in Epum et Pastorem dicte Cathe Herfforden predict per Decanum et Capitulum eiusdem Eccle fact, necnon Lras patentes Regias magno sigillo Anglie sigillat: Ac etiam exhibuit Instrumentum super consensu prefati venerabilis viri Dni Electi eidem electioni etiam adhibit. Quibus sic factis Dns ad petitionem dicti magri Thome Lovell assignavit ad audiendum sententiam sive finale decretum ad statim. Consequenter vero facta alia trina publica preconizatione omnium et singulorum oppositorum sic (ut premittitur) Citatorum, et nullo modo comparentium, nec quicquam in hac parte opponentium vel obijcientium, Dns ad petitionem dicti magri Thome Lovell (ut supra) accusantis eorum contumacias et petentis &c, pronunciavit eos et eorum quemlibet contumaces, et in penam Contumaciarum suarum hmoi decrevit procedendum fore ad prolationem sententie diffinitive in hmoi negotio, ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstan: Deinde prestito Juramento per prefatum vene^lem virum Dnm Electum antedictum ad sancta dei Evangelia per eum Corporaliter tact et desculat, de fidelitate, obedientia et subiectione prefate Serenissime Dne nre Regine prestand, et exhibend; Necnon de renunciando, refutando, et recusando omni et omnimode Jurisdictioni potestati et auctati forincis iuxta vim formam et effectum Statuti Parliamenti huius inclite Regni Anglie in ea parte editi

et provis, Ac de Canonica obedientia dicto Reverendissimo patri et Successoribus suis
&c, dictus magr Edwardus Stanhope ad peticonem prefati magri Thome Lovell
legit tulit et promulgavit sententiam diffinitivam in dicto Confirmationis negotio
in scriptis conceptam, pronunciando, decernend, declarand et Cetera faciend prout
in eadem continetur: Super quibus omnibus et singulis premissis tam dictus venerabilis
vir Dominus Electus Hereforden Epus, quam memoratus magr Lovell me notarium
publicum antedictum sibi unum vel plura, publicum seu publica instrumentum sive
instrumenta conficere, ac testes inferius nominatos testimonium inde perhibere
instanter respective rogarunt et requisiverunt: Postremo vero dictus magr Edwardus
Stanhope vicarius generalis et Commissarius antedictus ad peticonem prelibati venerabilis
viri Dni Electi et procuratoris Capituli antedicti decrevit sibi Lras Testimoniales
super omnibus et singulis premissis sic (ut premittitur) gestis et expeditis fieri et
liberari: Presentibus tunc et ibm Radulpho Dawson sacre Theologie professore
Roberto Redmayne, Johanne Day, Johanne Pope, Henrico Wodehouse, et Carolo Baily
Legum respective Doctoribus, Johanne Curtice Clerico in artibus magro, Johanne
Hawkins Clerico in artibus baccalaureo, Edwardo Willet, Johe Robinson, Willmo
Wickham, Thoma Crompe, Rogero Colt, et Johanne Drake notarijs publicis, Joh
Hurlebutt et Petro Mardegar literatis, cum multis alijs in numero copioso congregatis
testibus &c; Tenores vero tam Lrarum patentium Regie Maiestatis, quam etiam
totius processus in dicto Confirmationis negotio habit et fact, ac superius mentionat
sequuntur, et sunt tales, vizt.

Lre patentes Regie

ELIZABETH Dei gratia Anglie Francie et Hibernie Regina fidei defensor &c,
Reverendissimo in Xpo patri ac predilecto et fideli Consiliario nostro Dno Johanni
Archiepo Cantuar totius Anglie Primati et Metropolitano, ac alijs quibuscunque Epis-
quorum in hac parte interest, salutem: Cum vacante nuper sede Epali Hereforden per
mortem ultimi Epi ibidem, ad humilem peticoem Decani et Capituli eccliae Cathedralis
Hereforden per Lras nras patentes Licentiam illis concesserimus alium sibi eligend in Epum
et Pastorem sedis predict, Jidem Decanus et Capitulum vigore et obtentu Licentie nre
predict Dilectum nobis in Xpo Robertum Bennett sacre Theologie professorem sibi et
Eccliae predict elegerunt in Epum et Pastorem, prout per Lras suas sigillo eorum Commu-
ni sigillat, nobis inde direct gerent dat Decimo quinto die Januarij Anno Dni millesimo
sexcentesimo secundo, ac Regni nri Quadragesimo quinto plenius liquet et apparet Nos
Electionem illam acceptantes, eidem electioni regium nostrum assensum pariter et favorem
adhibuimus, ac per presentes adhibemus, et hoc tenore presentium significamus Rogantes
ac in fide ac dilectione quibus nobis tenemini firmiter precipientes ac mandantes, quatinus
vos, aut ad minus tres vestrum eundem Robertum Bennett, in Epum et Pastorem eccliae
Cathedralis Hereforden sic (ut prefertur) elect electionemque illam Confirmare, ipsumque
Robertum Bennett in Episcopum et Pastorem Eccliae predict Consecrare Ceteraque
omnia facere ac peragere que vestro in hac parte incumbunt officio pastorali iuxta
formam Statuti in ea parte editi et provisi velitis cum effectu: In cuius rei Testi-
monium has Lras nras fieri fecimus patentes: Teste meipsa apud Westmr Duodecimo
die Februarij Anno Regni nri Quadragesimo quinto; Per bre de privat Sigillo, Cyrton

Comissio Rmi.

JOHANNES divina providentia Cantuar Archiepus totius Anglie Pri-
mas et Metropolitanus, Dilectis nobis in Xpo venerabilibus viris Edwardo Stanhope
Legum Doctori vicario nro in spualibus generali et Officiali principali, necnon Willmo
Ferrand, Johanni Hone, et Johanni Amye Legum respective Doctoribus salutem et gram
Cum Literas patentes Illustrissime in Xpo principis et Domine nre Dne Elizabethe Dei
gratia Anglie Francie et Hibernie Regine fidei defensoris &c, sigillo suo magno Anglie
sigillatas gerentes dat apud Westmr Duodecimo die Februarij Anno Regni sui felicissi-
Acta habita et facta in negotio Confirmationis Electionis facte de persona venerabilis viri Johannis Jegon sacre Theologie professoris in Episcopum et Pastorem Ecclie Cathedral sancte et individue Trinitatis Norwicen per Decanum et Capitulum eiusdem Ecclie Cathis electi, die Sabbathi vizt Decimo nono die mensis Februarij Anno Dni iuxta Computacionem Ecclie Anglicane millesimo sexcentesimo secundo, et Regni Illustrissime in xpo principis et Dne nre Domine Elizabethe dei gratia Anglie Francie et hibernie Regine fidei defensor &c Quadragesimo quinto, in Ecclesia parochi Beate Marie virginis de Arcubus London Ecclie xpi Cantuar Jurisdiccionis immediate, inter horas nonam et undecimam ante meridiem eiusdem diei, Coram venerabili viro Edwardo Stanhope Legum Doctore Reverendissimi in xpo patris et Dni Dni Johannis divina providentia Cantuar Archiepi totius Anglie Primatis et Metropolitani Vicario in Spiritualibus generali et Officiali principali, necnon Commissario ad infrascripta inter alios coniunctim et divisim sufficienter et legitime deputato et Constituto, In presentia mei Johannis Costoni notarij publici Officio Registrariatus principalis dicti Reverendissimi patris fungentis &c. / 3 /

Dictis die et loco inter horas predict presentatis Coram prefato venerabili viro Edwardo Stanhope legum Doctore, Vicario prd ac Commissario &c, Judicialiter et pro Tribunali sedente, Lris patentibus Regiis de assensu suo Regio prefato Reverendmo patri directis, necnon Lris Commissionalibus dci Reverendmi patris eidem Reverendmo patri et alijs coniunctim et divisim in hac parte fcis ac per me prefatum Johannem Coston de mandato dni mri Edwardi Stanhope publice lectis: Idem magr Edwardus Stanhope ob honorem et reverentiam dce Dne nre Regine et memorati Reverendmi patris acceptavit in se onus executionis dcarum Lrarum patentium et Commissionalium et decrevit procedendum fore iuxta formam et effectum earundem: Deinde Comparuit personaliter discretus vir magr Robertus Redmayne legum doctor, et exhibuit procuratorium suum lratorie pro venerabilibus viris Decano et Capitulo Ecclie Cathis Norwicen predict, sigillo eorum Communi (ut apparuit) sigillat, et fecit se partem pro eisdem, et nomine procurio eorundem Decani et Capituli presentavit eidem Vicario in Spualibus generali et Commissario prd venerabilem virum Johannem Jegon sacre Theologie professorem in Episcopum et Pastorem dcte Ecclie Cathis Norwicen electum, et ipsum e Regione Confirmantis sistebat: Et tunc dictus magr Robtus Redmayne exhibuit mandatum originale alias contra oppositores in hoc negotio emanatum, unacum Certificatorio in dorso super executione eiusdem, et petijt omnes et singulos oppositores huiusmodi publice preconizari: Et tunc facta trina publica preconizatione omnium et singulorum oppositorum huiusmodi, ad hos diem hor et locum ad dicend et opponend contra electionem predict &c Citatorum, et nullo eorum Comparente, dictus magr Robertus Redmayne procurator et nomine procurio quo supra petijt eos omnes et singulos reputari Contumaces, et in penam Contumaciarum suarum huiusmodi viam ulterius opponendi in huiusmodi Causa sive negotio eis et eorum cuilibet precludi &c, ad cuius petitionem dictus magr Edwardus Stanhope Vicarius in Spualibus generalis et Commissarius antedictus, pronunciavit eos et eorum quemlibet contumaces, et in penam Contumaciarum suarum huiusmodi viam ulterius opponendi in hac Causa eis et eorum Cuilibet preclusit: Necnon ad petitionem dci magri Roberti Redmayne ad ulteriora in dicto Confirmationis negotio procedendum fore decrevit, ipsorum sic Citatorum et non Comparentium absentia sive Contumacia in aliquo non obstante, prout in schedula per eundem magrum Edwardum Stanhope lecta plenius apparet: Deinde

Deinde

dictus magr Robertus Redmayne dedit summariam petitionem in scriptis, et Dns ad eius petitionem decrevit procedendum fore summarie et de plano, et assignavit eidem magro Roberto Redmayne ad probandum dictam summariam petitionem ad statim. Et tunc idem magr Robertus Redmayne in subsidium probationis contentorum in dicta summaria petitione exhibuit duo Certificatoria sive Lras Testimoniales super electione eiusdem venerabilis viri Johannis Yegon sacre Theologie professoris in Epum et Pastorem ecclie Cathlis Norwicen predict per Decanum et Capitulum eiusdem ecclesie fact, necnon exhibuit Lras patentes Regias magno sigillo Anglie sigillatas ac etiam exhibuit instrumentum super Consensu prefati venerabilis viri Dni Electi eidem electioni etiam exhibit. Quibus sic factis, Dominus ad petitionem dci magri Roberti Redmayne assignavit ad audiend sententiam sive finale decretum ad statim. Consequenter vero facta alia trina publica preconizatione omnium et singulorum oppositorum sic (ut premittitur) Citatorum et nullo modo comparentium, nec quicquam in hac parte opponentium vel obiicientium Dns ad petitionem dicti magri Roberti Redmayne ut supra accusantis eorum contumacias et petentis pronuntiavit eos et eorum quemlibet contumaces, et in penam contumaciarum suarum huiusmoi decrevit procedendum fore ad prolationem Sententie diffinitive in huiusmoi negotio, ipsorum sic Citatorum et non Comparentium absentia sive Contumacia in aliquo non obstan. Deinde, prestito Juramento per prefatum venerabilem virum Dnm Electum antedictum ad sancta Dei Evangelia per eum Corporaliter tacta et deosculata de fidelitate obedientia et subiectione prefate Serenissime Dne nre Regine prestand et exhibend, necnon de renunciando refutando et recusando omni et omnimode Jurisdictioni potestati, auctoritati et superioritati forancis iuxta vim formam et effectum Statuti Parliamenti huius inclyti Regni Anglie in ea parte editi et provisi, Ac de Canonica obedientia dno Reverendmo prfi et successoribus suis &c, dictus magr Edwardus Stanhope ad petitionem prefati magri Roberti Redmayne legit tulit et promulgavit sententiam diffinitivam in dicto Confirmationis negotio in scriptis conceptam, pronuntiando, decernendo, declarando, et Cetera faciendo prout in eadem continetur: Super quibus omnibus et singulis premissis tam dictus venerabilis vir Dns Electus Norwicen Epus, quam memoratus magr Robertus Redmayne procurator antedictus, me notarium publicum antedictum sibi unum vel plura publicum seu publica instrumentum sive instrumenta conficere, ac testes inferius nominatos Testimonium inde perhibere, instanter respective rogarunt et requisiverunt: Postremo vero dictus magr Edwardus Stanhope vicarius generalis et Commissarius antedictus ad petitionem prelibati venerabilis viri Dni Electi, et procuratoris Capitli antedicti decrevit sibi Lras Testimoniales super omnibus et singulis premissis sic (ut premittitur) gestis et expeditis fieri et liberari: Presentibus tunc et ibm venerabilibus viris Roberto Dawson sacre Theologie professore, Johanne Day, Johanne Pope, henrico Wodhouse, et Jacobo Baily, legum respective Doctoribus, Johanne Curties Cliro in artibus magro, Johanne Hawkyns Cliro in artibus Baccalaureo, ffrancisco Wirsell Armigero, Edwardo Willett, Johanne Robinson, Thoma Lovell, Willmo Wickham, Thoma Crumpe, Rogero Cole et Johanne Drake notariis pubcis, Johanne Hucklebutt et Petro Wardegar literatis cum multis aliis in numero Copioso congregatis testibus &c. Tenores vero tam Lrarum patentium Regie maiestatis quam etiam totius processus in dicto Confirmationis negotio habit et fact ac superius mentionat, sequuntur et sunt tales vizt:

Elizabeth Dei Gratia Angliae Francie et Hibernie Regina fidei defensor &c. Reverendissimo in Xpo patri ac predilecto et fideli Consiliario nro Dno Johanni Archiepo Cantuarien totius Anglie Primati et metropolitano, ac aliis quibuscunque Epis quorum in hac parte interest salutem: Cum vacante nuper sede Episcopali Norwicen per mortem ultimi Episcopi ibm, ad humilem petitionem Decani et Capitli ecclie Cathlis Norwicen per Lras nras patentes Licentiam illis concessimus alium sibi eligendi in Epum et Pastorem Sedis predce, Jidem Decanus et Capitulum vigore et obtentu Licentie nre predce dilectum nobis in Xpo magrum Johannem Yegon sacre

Lre patentes Regie

Theologie professorem sibi et Eccliæ predicte elegerunt in Episcopum et Pastorem
prout per lras suas sigillo eorum Communi sigillat nobis inde direct patentes
dat Decimo octavo die mensis Januarij Anno Dni millesimo sexcentesimo secundo, ac
Regni nri Quadragesimo quinto plenius liquet et apparet: Nos Electionem illam
acceptantes eidem electioni Regium nrum assensum pariter et favorem adhibuimus
ac per pntes adhibemus, Et hoc vobis tenore pntium significamus: Rogantes ac in
fide et dilectione quibus nobis tenemini firmiter precipientes ac mandantes, quatenus
vos aut ad minus tres vestrum eundem Johannem Jegon in Epum et Pastorem
Eccliæ Cathis Norwicen sic (ut prefertur) elect electionemque illam Confirmare,
ipsumque Johannem Jegon Episcopum Pastorem Eccliæ predte consecrare, Ceteraque
omnia et singula facere ac peragere que vro in hac parte incumbunt officio pastorali
iuxta formam Statuti in ea parte editi et provisi velitis cum effectu: In cuius
rei Testimonium has lras nras fieri fecimus patentes: Teste meipsa apud
Westmonr Decimo die ffebruarij Anno Regni nri Quadragesimo quinto, Per
Bre de privato Sigillo, Egerton Norr.

Commissio
Confirm

Johannes divina providentia Cantuar Archiepus totius Angliæ Pri-
mas et Metropolitanus. Dilectis nobis in xpo venerabilibus viris Edwardo
Stanhope legum Doctori vicario nro in Spualibus generali, et Officiali
principali, necnon Willmo fferrand, Johanni Hone, et Johanni Amye Legum
respective Doctoribus, salutem et gram. Cum lras patentes Illustrissime in xpo
principis et domine nre Dne Elizabethe Dei gratia Angliæ ffrancie et Hiber-
nie Regine fidei defensor etc, sigillo suo magno Angliæ sigillatas gerentes datum
apud Westmonr Decimo die ffebruarij Anno Regni sui felicissimi Quadragesimo
quinto, recepimus: Cumque inter alia in eisdem nobis preceptum est, ut electio-
nem venerabilis viri Johannis Jegon sacre Theologie professoris, in Epum Eccliæ
Cathedralis sancte et individue Trinitatis Norwicen confirmaremus: Nos cum ea
qua decuit reverentia volentes mandato Regio in ea parte humiliter satisfacere:
Ad examinandum igitur, discutiendum, approbandum et Confirmandum dictam elec-
tionem de persona dicti venerabilis viri Johannis Jegon factam et celebratam, ip-
samque electionem et personam sic electam secundum Juris ac Statutorum huius Regni
Angliæ exigentiam, ac iuxta tenorem formam et effectum mandati Regij predict
nobis in ea parte (ut prefertur) facti et directi, (quatenus eandem electionem rite
et legitime factam et celebratam fuisse et esse vobis con et di constiterit)
rite et ltime approband et comprobande; Defectusque si qui forsan in ea parte inter-
venerint rite et ltime supplend, Ceteraque omnia et singula faciend exercend et
expediend, que in hac parte necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna
vobis con et divisim Committimus vices nras ac plenam in Dno tenore pntium
concedimus potestatem, Juribus nris Archiepalibus Cantuarien, Ceterisque emo-
lumentis nobis et Officiarijs ac ministris nris in hac parte Competentibus semper
salvis et reservatis: In cuius rei Testimonium sigillum quo in hac parte utimur
pntibus apponi fecimus. Dat Decimo octavo die mensis ffebruarij Anno Domini
iuxta Computacionem Eccliæ Anglicane millesimo sexcentesimo secundo, Et
nre Translacionis Anno Vicesimo.

Procuratorium Capli
Norwicen

4. Pateat universis per pntes quod
Nos Johannes Jegon Decanus Eccliæ Cathis sancte et Individue Tri-
nitatis Norwicen ex fundatione Regis Edwardi Sexti, et eiusdem Eccliæ Capi-
tulum in Domo nra Capitulari Capitulariter congregati, et Capitulum ibm
facientes, Dilectos nobis in xpo venerabiles viros Robertum Redmayne Legum
Doctorem, Thomam Jeggon sacre Theologie professorem, Abrahamum Hartwell
in Artibus magrum, Michaelem Murgatrod in artibus magrum, et Georgium
Hall Clicum in artibus magrum con et eorum quemlibet per se divisim et
in solid

insolid', ita quod non sit melior Condicio occupan' nec deterior subsequen', sed quod unus eorum inceperit id eorum quilibet libere prosequi valeat mediare pariter et finire, nostros veros certos legitimos et indubitatos procuratores actores factores sive sindicos, negotiorumque nostrorum gestores ac nuncios speciales nominamus ordinamus facimus et Constituimus per presentes: Damusque et concedimus eisdem procuratoribus sive sindicis nostris conjunctim et eorum cuilibet per se divisim et insolid' (ut prefertur) potestatem generalem et mandatum speciale pro nobis et nominibus nostris atque dicte ecclesie Cathedralis Norwicen' electionem venerabilis viri Johannis Jegon sacre Theologie professoris decani ecclesie Cathedralis Norwicen' antedict' factam et celebratam eidem electo realiter presentand' et notificand', eumque instanter rogandi et requirend' quatenus eandem electionem de se et persona sua (ut premittitur) factam et celebratam suum Consensum et assensum prebeat atque prestet, hujusmodique Electionem Serenissime Domine nostre Domine Elizabethe Dei gratia Anglie ffrancie et hibernie Regine fidei defensor' dicte ecclesie Cathedralis patrone dignissime presentandi ipsiusque Regie maiestatis quatenus hujusmodi electioni suum Regalem Consensum et assensum impendere, ac reverendissimo in Christo patri ac domino domino Johanni divina providentia Cantuar' Archiepiscopo totius Anglie Primati et metropolitano aut eius vices gerenti quatenus de et super Confirmatione prefate Electionis fiendi rescribere dignaretur supplicand' et obtinend', ceteraque faciend' et exercend' que qualitas et natura dicte Electionis negotii de se exigunt et requirunt, Ratum et gratum habent et habitur' totum et quicquid dicti procuratores sive sindici nostri fecerint, seu eorum quilibet fecerit seu duxerit faciend' in premissis vel aliquo premissorum per presentes. In cuius rei Testimonium sigillum nostrum Commune presentibus apponi fecimus, Dat' decimo octavo die mensis Januarii Anno Domini iuxta cursum et computacionem ecclesie Anglicane millesimo sexcentesimo secundo, Annoque Regni Serenissime in Christo Principis et domine nostre Domine Elizabethe Dei gratia Anglie ffrancie et hibernie Regine fidei defensor &c Quadragesimo quinto. [illegible]

Johannes divina providentia Cantuar' Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus: Universis et singulis Clericis et literatis quibuscunque per provinciam nostram Cantuar' ubilibet constitut', salutem et gratiam: Cum vacante nuper sede Episcopali Norwicen' per obitum bone memorie Domini Willelmi Redman ultimi Episcopi et Pastoris ibidem, decanus et Capitulum ecclesie Cathedralis sancte et individue Trinitatis Norwicen' pro electione novi et futuri Episcopi (Licentia Regia in ea parte prius petita et obtenta) celebrand', certum terminum prefixerint et assignaverint, et in hujusmodi Electionis negotio termino ad id statuto et assignato procedentes, venerabilem virum Johannem Jegon sacre theologie professorem in eorum et dicte ecclesie Cathedralis sancte et individue Trinitatis Norwicen' predict' Episcopum et Pastorem elegerint: Cuique Serenissima in Christo Princeps et Domina nostra Domina Elizabetha Dei gratia Anglie ffrancie et hibernie Regina fidei defensor &c ad humilem petitionem eorundem decani et Capituli eidem electioni de persona predict' venerabilis viri Domini Electi fact' et celebrat' Regium suum adhibuerit assensum pariter et favorem, prout per literas suas patentes regias sub magno Sigillo Anglie sigillatas nobis significaverit: Mandando quatenus nos electionem predict' et personam electam Confirmare iuxta tenorem statuti in ea parte editi et provisi velimus cum omni celeritate accommoda, prout per easdem literas patentes Regias ad quas habeatur relatio plenius liquet et apparet. Nos vero volentes eiusdem Domine nostre Regine mandatis pro officii nostri debito parere, ac in hujusmodi Confirmationis negotio iuxta Juris et Statutorum huius Regni Anglie exigentia procedere, Omnes et singulos (si qui sint) qui contra dictam electionem, formam eiusdem aut personam in hac parte electam dicere excipere vel opponere voluerint, ad diem locum et effectum infrascriptum evocand' et citand' fore decrevimus iustitia mediante. Vobis igitur conjunctim et divisim Committimus, ac firmiter iniungendo mandamus quatenus Citetis seu Citari faciatis peremptorie, altaque et intelligibili voce infra

Citacio oppositores

Ecclesiam parochialem beate Marie Virginis de Arcubus London, Decanatus de Arcubus London nostri et Ecclie nre Cathis et Metropolitice Xpi Cantuar' Jurisdictionis immediate, necnon per affixionem pntium in aliquo loco convenienti infra Ecclesiam parochialem predict vel in aliis publicis ubi videbitur expediens, omnes et singulos oppositores (si qui sint) in specie alioquin in genere qui contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam in hac parte electam dicere excipere vel opponere voluerint: Quod compareant et eorum quilibet compareat coram nobis aut Vicario nro in Spualibus generali et Officiali principali vel Commissariis nris aut eorum aliquo in hac parte quocunque in Ecclia parochiali beate Marie Virginis de Arcubus London die Sabbati videlt Decimo nono die mensis instantis Februarii inter horas nonam et undecimam ante meridiem eiusdem diei, cum Continuacone et prorogatione dierum extunc sequentium (si oporteat) faciend, contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam (si sua putaverint interesse) in debita Juris forma dictur excepctur et oppositur, ulteriusque factur et recepctur quod iustum fuerit in hac parte, et dci negotii qualitas et natura de se exigunt et requirunt: Intimantes preterea modo et forma preceptatis, omnibus et singulis oppositoribus (si qui sint) in specie, alioquin in genere, quibus nos etiam harum serie sic intimamus, quod sive ipsi sic Citati dictis die hora et loco Coram nobis aut Vicario nro vel Commissar predict Comparuerint, et contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam electam hmoi dicere excipere vel opponere voluerint sive non, Nos nihilominus in dicto Confirmationis negotio iuxta Juris et Statutorum huius Regni Angliae exigentiam procedemus ac iustitiam ministrabimus, seu sic procedet ac iustitiam ministrabit Vicarius noster in Spualibus generalis et officialis principalis vel Commissarius predict ipsorum sic Citatorum et non comparentium absentia sive Contumacia in aliquo non obstante. Et quid in premissis feceritis nos aut Vicarium nrum in Spualibus generalem antedictum vel Commissarium hmoi debite et autentice Certificetis, seu sic Certificet ille vrum qui presens nrum mandatum fuerit executus, una cum presentibus. Dat Decimo quinto die mensis Februarii Anno Dni iuxta cursum Ecclie Anglicane millesimo septentesimo secundo, Et nre Trans Anno Vicesimo.

Certr eiusdem

Reverendissimo in Xpo Pri et Dno Domino Johanni dia providentia Cantuar Archiepo totius Angliae Primati et Metropolitano, vestrove Commissario cuicunque in hac parte spiali deputato, Vester humilis et devotus Johannes Hurlebutt Clericus vester ad infrascripta mandatarius Ltime deputatus, omnimodas reverentiam et obedm tanto Reverendmo patri debitas et condignas cum honore. Mandatum vrum Reverendmum retroscript nuper cum ea qua decuit reverentia humiliter recepi exequend, Cuius vigore pariter et auctate omnes et singulos oppositores (si qui sint) tam in specie, quam in genere, qui contra retronominatam electionem, formam eiusdem aut personam electam dicere excipere vel opponere voluerint, tam per affixionem eiusdem mandati vri in valvis exterioribus Ecclie parochialis beate Marie Virginis de Arcubus London retroscripte, et ibm aliquandiu dimisse, quam per publicacionem eiusdem mandati in Ecclia parochi predict decimo sexto die mensis instantis Februarii, peremptorie Citavi, Quod compareant et eorum quilibet Compareat Coram vobis die hora et loco in hmoi vestro Reverendmo mandato content et specificat, contra dcam electionem, formam eiusdem, aut personam in ea parte electam huiusmodi (si sua putaverint interesse) in debita Juris forma dictur excepctur et oppositur, ulteriusque factur et recepctur quod tenor et effectus dicti vri Reverendmi mandati de se exigunt et requirunt, Et preterea eisdem die et loco dictis oppositoribus sic (ut prefertur) Citatis intimavi, Quod sive ipsi dictis die hora et loco comparuerint, et que imperata sunt fecerint sive non, vos nihilominus aut Commissarius vester antedictus in hmoi Confirmationis negotio, iuxta Juris et Statutorum huius Regni Angliae exigentiam procedetis seu procedet, ac iustitiam ministrabitis seu ministrabit, ipsorum sic Citatorum et non comparentium absentia sive Contumacia in aliquo non obstante. In cuius rei Testimonium Sigillum venerabilis viri Dni Archini Essex presentibus apponi procuravi, Et nos Archinus antedictus

dictus ad specialem rogatum dicti Certificantis Sigillum nrum huiusmodi pntibus apponi fecimus. Dat decimo octavo die mensis ffebruarij Anno Dni iuxta Computacionem Ecclie Anglicane millesimo sexcentesimo secundo /

Prima schedula

In Dei nomine Amen Nos Edwardus Stanhope Legum Doctor Reverendissimi in xpo patris et Dni Dni Johannis divina providentia Cantuar Archiepi totius Anglie Primatis et Metropolitani Vicarius in Spualibus generalis et Officialis principalis, necnon Commissarius inter alios ad infrascripta conim et divim specialiter et ltime Constitutus, in negotio Confirmationis electionis de persona venerabilis viri Johannis Jegon sacre Theologie professoris in Epum et Pastorem Ecclie Cathis sancte et individue Trinitatis Norwicen electi facte et celebrate, rite et ltime procedentes, omnes et singulos oppositores (si qui sint), qui contra dictam electionem, formam eiusdem aut personam in hac parte electam in debita Juris forma dicturos excepturos vel opposituros, alias legitime et peremptorie Citatos sepius publice preconizatos, diuque et sufficienter expectatos et nullo modo comparentes ad petitionem partis Decani et Capituli Ecclie Cathis Norwicen predict pronunciamus contumaces, ac ipsis et eorum cuilet in penam Contumaciarum suarum huiusmodi viam ulterius opponendi contra dictam electionem formam eiusdem et personam sic electam precludimus in his scriptis, Ac etiam decernimus ad ulteriora in dicto Confirmationis negotio procedendum fore iuxta Juris et Statutorum huius Regni Anglie exigentiam, ipsorum sic Citatorum et non comparentium absentia sive Contumacia in aliquo non obstante. Decimo nono ffebruarij 1602 Computac Anglic, Edw: Stanhope /

Summaria petitio

In Dei nomine Amen Coram vobis Reverendissimo in xpo patre et Domino Dno Johanne divina providentia Cantuar Archiepo totius Anglie Primate et Metropolitano, ad infrascripta auctate Parliamenti huius inclyti Regni Anglie mediantibus Lris Commissionalibus patentibus Illustrissime in xpo principis et Dne nre Dne Elizabethe Dei gratia Anglie ffrancie et Hibernie Regine fidei defensor &c sufficienter et ltime fulcito, seu vestro Vicario in Spualibus generali et Officiali principali ltime Constituto, aut vris Commissarijs quibuscunque in hac parte specialiter deputatis, eorumve altero quocunque: Pars venerabilium virorum Decani et Capituli Ecclie Cathis sancte et individue Trinitatis Norwicen dicit allegat, et in his scriptis ad omnem Juris effectum exinde sequi valentem per viam summarie petitionis in Jure proponit articulatim prout sequitur /

Imprimis vizt Qd Sedes Episcopalis Norwicen per mortem naturalem bone memorie Dni Willmi Redman ultimi Epi ibm vacare cepit et aliquamdiu vacavit, pastorisque solatio destituta extitit et existit in pnti. Hocque fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum, Et ponit conim et divim ac de quolet / 1

Item Qd dicta Sede Epali Norwicen dudum (ut prefertur) vacante, Decanus et Capitulum Ecclie Cathis Norwicen pred Capitulariter congregati et Capitulum facientes (Licentia Regia prius in ea parte petita et obtenta) Certum diem ac domum suam Capitularem Ecclie Cathis predict pro huiusmodi electione fiend et Celebranda unanimiter et concorditer prefixerunt, ac omnes eiusdem Ecclie Canonicos et prebendarios Jus vocis aut interesse in eadem electione habentes, seu habere pretendentes ad diem et locum predictos in huiusmodi electionis negotio processuros et procedi visuros ltime et peremptorie Citari fecerunt, Hocque fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum, Et ponit ut supra / 2

Item Qd prefati Decanus et Capitulum die et loco prefixis vizt Decimo octavo 3 die mensis January Anno Dni iuxta Computacionem Ecclie Anglicane millesimo sexcentesimo secundo iam Currenti Capitulariter congregati et Capitulum facientes, servatis primitus per eos de Jure et Statutis huius Regni Anglie in ea parte servandis, habitoque inter eos tractatu diligenti de persona idonea eligend in Epum et Pastorem ecclie Cathis Norwicen predict, tandem unanimiter et concorditer nullo eorum Contradicente vel reclamante venerabilem virum Johannem Jegon sacre Theologie professorem in eorum et dce ecclie Cathis Epum et Pastorem elegerunt, et ecclie memorate de eodem providerunt, Et ponit ut supra

4 Item Qd Electio huiusmodi et persona electa die predco in Ecclia Cathedrali Norwicen predict coram Clero et populo tunc et ibm in numero Copioso Congregatis debite publicate et declarate fuerunt Et ponit ut supra /

5 Item Qd dictus Dominus Electus, huiusmodi electioni de persona sua in Epum et Pastorem ecclie Cathedral Norwicen predce (ut prefertur) facte et celebrate, ad humilem petitionem partis Decani et Capituli eiusdem ecclie debitis loco et tempore Consentiebat, et Consensum suum eidem prebuit in scriptis per eum lectis Et ponit ut supra

6 Item, Qd dictus venerabilis vir Johannes Jegon fuit et est vir providus et discretus, eminenti scientia, vita et moribus merito Commendatus, liber et de legitimo matrimonio procreatus, atque in etate legitima et ordine sacerdotali Constitutus, necnon Deo devotus et Ecclie memorate apprime necessarius, hocque fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum, Et ponit ut supra /

7 Item Qd prefati Decanus et Capitulum huiusmodi electionem et personam electam Serenissime Dne nre Elizabethe Regine, per Lras suas patentes, sigillo eorum Communi roboratas pro officii sui debito iuxta formam Statuti huius inclyti Regni Anglie in ea parte editi et provisi significarunt et intimarunt: Et ponit ut supra /

8 Item Qd presentato ex parte dictorum Decani et Capituli eidem Regie sublimitati processu electionis huiusmodi, eadem Serenissima Dna nra Regina pro sua Clementia Regia electioni huiusmodi de persona prenominati venerabilis viri Johannis Jegon (ut prefertur) facte et celebrate Consensum et assensum suos Regios gratiose adhibuit, illamque ratam et gratam habuit et habet. hocque fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum, Et ponit ut supra /

9 Item Qd dicta Serenissima Dna nra Regina vobis prefato Reverendissimo in Xpo patri, de assensu et consensu suis Regiis huiusmodi electioni (ut prefertur) adhibitis, per Lras suas patentes vobis inscriptas et directas, non solum significavit, verum etiam earundem Lrarum suarum patentium serie vobis rogando mandavit, quatenus vos electionem predcam et personam electam huiusmodi confirmare, et eundem Epum et Pastorem ecclie predce consecrare, Ceteraque peragere que vro in hac parte incumbunt Officio pastorali iuxta formam Statuti in ea parte editi et Lrarum patentium huiusmodi seriem velitis cum favore, hocque fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum: Et ponit ut supra /

10 Item qd premissa omnia et singula fuerunt et sunt vera publica notoria manifesta pariter et famosa, atque de et super eisdem laborarunt et in presenti laborant publica vox et fama; Unde facta fide de Jure in hac parte requisita, ad quam faciend offert pars dictorum Decani et Capituli se promptam et paratam pro loco et tempore Congruis et opportunis; Petitque eadem pars prefatam electionem et personam electam Confirmand et Consecrand fore decerni et cum effectu confirmari et Consecrari iuxta Juris et Statutorum huius Regni Anglie exigentiam, Necnon Lrarum patentium huiusmodi vobis directarum in hac parte seriem, Curamque regiminis et administrationis Spualium Epatus Norwicen, Juriumque honorum, dignitatum, preeminentiarum et pertinentium suorum universorum inducend installand et inthronizand fore decerni: ulteriusque fieri statui et decerni in premissis et ea concernentibus quibuscunque quod Juris fuerit et

racionis

cationis: Supplendo defectus quoscunque in hac parte interuenientes (si qui forsan sint) iuxta facultatem vobis concessam: Que proponit et fieri petit pars ista proponens coniunctim et divisim non arctans se ad omnia et singula premissa probanda, nec ad onus superflue probationis de quo protestatur, sed quatenus probauerit in premissis, eatenus obtineat in petitis, Juris beneficio in omnibus semper saluo, vestrum Officium Domine Judex antedicte humiliter implorando /

Cer^m electionis Arch^mo

Reuerendissimo in Christo patri ac Dno Domino Johanni diuina providentia Cantuar' Archiepo totius Anglie Primati et Metropolitano, aut Officio vestro vicariatus in Spiritualibus generalis et Officialitatis principalis fungenti aut Commissarijs vris in hac parte concessis et directis specialiter deputatis seu deputandis vel eorum alteri cuicunque: Vestri humiles et devoti Johannes Jegon Decanus ecclie Cathedralis sancte et indiuidue Trinitatis Norwicen ex fundatione Regis Edwardi sexti et eiusdem ecclie Capitulum omnimodas obedientiam et reverentiam tanto Reverendissimo patri debitas cum honore: Vestre Reverendissime paternitati tenore presentium innotescimus, et significamus: Quod sede Episcopali Norwicen iam per mortem naturalem Reverendi patris bone memorie Dni Willmi Redman vltimi Episcopi ibidem vacante pastorisque solatio destituta, Nos Decanus et Capitulum antedictum vigore et auctoritate Licentie Regie maiestatis nobis et ecclie Cathedrali predict de alio in Epum et Pastorem eligendo fact et concess, in domo nra Capitulari die dat presentium Capitulariter congregati et Capitulum facientes ibm, seruatis primitus per nos omnibus et singulis de Jure huius Regni Anglie seruandis, habitoque inter nos diligenti et maturo tractatu de persona idonea in ea parte eligend: Tandem in venerabilem virum Johannem Jegon Clericum sacre Theologie professorem Decanum ecclie Cathis Norwicen predict per Serenissimam dnam nram Reginam specialiter nominatum et commendatum vota nra direximus, Ipsumque vigore dicte Licentie Serenissime Regie Maiestatis in nrum et dicte ecclie Cathis Norwicen Epum et Pastorem vnanimiter et concorditer nullo contradicente vel reclamante elegimus prout per Lras nras Certificatorias dicte Dne nre Regine in ea parte direct et transmiss plenius liquet et apparet. Vestre igitur Reverendissime paternitati tenore presentium humiliter supplicamus et in Dno rogamus, quatenus dictam nram electionem sic per nos (vt prefertur) de persona prefati venerabilis viri fact et celebrat confirmare, ceteraque peragere perficere et expedire que ad Officium vrum Archiepale in hac parte quomodolibet spectant dignetur eadem Reverendissima vra paternitas cum fauore, Cuique Deum assiduis precibus pro amplitudinis vre salute et longissimis annis sollicitemus, et ecclie Anglicane ornamento et presidio diutissime sis futurus. In quorum omnium et singulorum premissorum fidem et testimonium Sigillum nrum Commune presentibus apponi fecimus. Dat' decimo octavo die mensis Januarij Anno Dni iuxta cursum et Computacionem ecclie Anglicane millesimo sexcentesimo secundo, Annoque Regni dce Serenissime Dne nre Regine &c' Quadragesimo quinto /

Cer^m electionis Dno Electo

Venerabili et egregio viro Johanni Jegon sacre theologie professori Decano ecclie Cathis sancte et individue Trinitatis Norwicen ex fundatione Regis Edwardi sexti: Decanus ecclie Cathis Norwicen predict et eiusdem ecclie Capitulum reverentiam debitam et salutem perpetuam in omnium salvatore: Vestre Reverentie tenore presentium innotescimus et significamus, Quod vacante nuper sede Episcopali Norwicen per mortem naturalem Reverendi in Christo pris bone memorie Dni Willmi Redman vltimi Epi et Pastoris ibidem, Nos Decanus et Capitulum antedictum in domo nra Capitulari die dat presentium vigore et auctate Licentie Serenissime in Christo principis et Dne nre Dne Elizabethe Dei gra Anglie Francie et Hibernie Regine fidei defensor' &c' nobis in ea parte fact et concess ad effectum eligendi novum Epum et Pastorem ecclie Cathis predict Capitulariter congregati et Capitulum facientes ibm seruatis de Jure et Consuetudine ac Statutis huius Regni Anglie de iure in ea parte seruandis, habitoque inter nos tractatu diligenti de persona idonea in ea parte eligend, Tandem in vram Reverentiam vota nra direximus, Eundemque vram Reverentiam per Regiam Maiestatem nobis nominatum et Commendatum in nrum et dicte Ecclie Cathis Norwicen Epum et Pastorem unanimiter elegimus et electionem huiusmodi dicte Illustrissime nre Dne Regine per Lras nras Generales sigillo nostro Communi sigillatas significamus et notam fecimus. Quocirca vram Reverentiam humiliter et obnixe rogamus quatenus huiusmodi electioni de persona vra sic (ut prefertur) per nos facte et celebrate Consentire, et Consensum et assensum vros eidem prebere gratiose dignemini. In quorum omnium et singulorum premissorum fidem et testimonium sigillum nrum Commune presentibus apponi fecimus. Dat in domo nra Capitulari decimo octavo die mensis Januarij Anno Dni iuxta Cursum et Computaconem Ecclie Anglicane millesimo sexcentesimo secundo, Annoque Regni dicte Dne nre Elizabethe Regine &c, Quadragesimo quinto

Instrum Consens &c

In dei nomine Amen: Per presens publicum Instrumentum cunctis appareat evidenter et sit notum, Quod die Mercurij decimo sexto vizt die mensis ffebruarij Anno Dni iuxta Computaconem Ecclie Anglicane millesimo sexcentesimo secundo, Regnique Illustrissime in xpo principis et Dne nre Dne Elizabethe Dei gratia Anglie ffrancie et Hibernie Regine fidei defensor &c Quadragesimo quinto, In quadam superiori Camera infra domum mansionalem solite habitationis Thome ffoxall Groceri situat in vico vulgariter nuncupat Gratious streete, et vulgariter nuncupat the Redd Lyon infra parochiam sancti Benedicti Grace Church Civitatis London, Coram venerabili viro Johanne Jegon sacre theologie professore in Epum et Pastorem Ecclie Cathis sancte et individue Trinitatis Norwicen nominato et electo, meque mei Johannis Coston notarij publici subscripti ac testium inferius nominatorum presentijs: Constitutus personaliter discretus vir Abrahamus Hartwell artium magr exhibuit procuratorium suum Oratorie pro venerabilibus viris Decano et Capitulo Ecclie Cathedral Norwicen predict sigillo eorum Communi (ut apparuit) sub Cera rubea sigillatum, ac inter alios con[illegible] et di[illegible] factum, et fecit se partem pro eisdem, ac nomine procurio eorundem Decani et Capituli presentavit prenoiato venli viro Electo antedicto tunc et ibm personaliter presenti quasdam Lras testimoniales sive Certificatorias sigillo Communi eorundem Decani et Capituli (ut apparuit) ac sub Cera rubea etiam sigillat, de et super electione dicti venerabilis viri in Epum et Pastorem Ecclie Cathis Norwicen predict facta et Celebrata, Eundemque venerabilem virum Dnum Electum instanter instantius et instantissime quatenus eidem electioni de ipso et eius persona ut premittitur facte et Celebrate consentire, ac consensum et assensum suos eidem prebere dignaretur rogavit et requisivit: Qui quidem venlis vir Electus Norwicen antedictus sic requisitus et interpellatus, primo et ante omnia gratias agens dicte Serenissime Dne nre Regine, que ipsum licet indignum (ut asseruit) dictis Decano et Capitulo commendare dignata est: Deinde eisdem Decano et Capitulo qui eundem gratis animis elegerunt, licet se tanto muneri indignum iudicaret, Tamen ne ipse divine voluntati et dicte Dne nre Regine beneplacito minime obtemperare videretur, Deum precatus est, ut suo sancto spiritu et gratia speciali in omnibus adesse velit, ad illustrand nominis sui gloriam, et ecclie utilitatem procurand, electioni predce de ipso et eius persona (ut premittitur) facte et celebrate consentiebat in scriptis prout in schedula per eum lecta continetur, Cuius quidem schedule verus tenor sequitur et est talis vizt, In Dei nomine Amen, Ego Johannes Jegon sacre Theologie professor in Epum et Pastorem Ecclie Cathis sancte et individue Trinitatis Norwicen ex fundatione Regis Edwardi sexti rite et legitime nominatus et electus, ad consentiendum huiusmodi electioni de me et persona mea in hac parte facte et celebrate, ex parte et per partem venerabilium virorum Decani et Capituli Ecclie Cathis Norwicen predict instanter rogatus et requisitus, Dei omnipotentis Clementia fretus, Electioni huiusmodi de me et persona mea sic (ut premittitur) facte et celebrate ad honorem Dei Omnipotentis patris filij et spiritus sci consentio, eidemque consensum et assensum meos semel atque iterum rogatus et interpellatus prebeo in his scriptis: Super quibus omnibus et singulis premissis tam dictus Dnus Electus quam memoratus Abrahamus Hartwell procurator antedictus menotarium publicum antedictum eis unum vel plura publicum seu publica Instrumentum sive instrumenta Conficere, ac testes inferius nominatos testimonium inde perhibere instanter rogarunt et requisiverunt: Acta fuerunt hec omnia et singula prout supra scribuntur et recitantur sub Annis Dni Regnique Regie maiestatis mense die et loco predictis, presentibus tunc et ibidem Johanne Drake et Thoma Tayler notarijs publicis, ac Reginaldo Tounson Camerario dicti venerabilis viri Dni Electi testibus ad premissa vocatis specialiter et requisitis.

Et ego Johannes Coston London dioc natus publicus auctoritate regia notarius, Quia premissis omnibus et singulis dum sic (ut premittitur) sub annis Dni Regnique Regie maiestatis mense die et loco predictis agebantur et fiebant, unacum prenominatis testibus presens personaliter interfui, eaque omnia et singula sic modo et forma premissis fieri geri et expediri vidi, scivi et audivi, atque in notam sumpsi, Ideo hoc presens publicum Instrumentum manu alterius (me interim alijs impedito negotijs) fideliter scriptum exinde confeci, et in hanc publicam et autenticam formam redegi, Signoque nomine cognomine et subscriptione meis solitis et consuetis signavi et subscripsi, in fidem et Testimonium omnium et singulorum premissorum rogatus specialiter et requisitus: Per me Johannem Coston notarium publicum antedictum.

[illegible] Scedula

In dei nomine Amen, Nos Edwardus Stanhope Legum Doctor Reverendissimi in Christo patris et domini Dni Johannis divina providentia Cantuar Archiepi totius Anglie Primatis et Metropolitani Vicarius in Spiritualibus generalis et Officialis principalis, necnon Commissarius inter alios ad infrascripta eorum et dicta specialiter et legitime constitutus, in negotio Confirmationis electionis de persona venerabilis viri Johannis Jegon sacre Theologie professoris, in Episcopum et Pastorem Ecclesie Cathedralis sancte et individue Trinitatis Norwicen electi, facte et Celebrate rite et legitime procedentes, Omnes et singulos oppositores (si qui sint) qui contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam in hac parte electam dicere excipere vel opponere voluerint, ad comparendum Coram nobis istis die hora et loco, (si sua putaverint interesse) contra dictam electionem, formam eiusdem aut personam in hac parte electam in debita Juris forma dicturos excepturos vel oppositurus, alias legitime et peremptorie Citatos, sepius publice preconizatos, diuque et sufficienter expectatos et nullo modo comparentes nec contra dictam electionem formam eiusdem, aut personam electam huiusmodi aliquid dicentes excipientes vel opponentes, ad petitionem partis Decani et Capituli dicte Ecclesie Cathedralis Norwicen predict pronunciamus contumaces, et in penam contumaciarum suarum huiusmodi decernimus procedendum fore ad prolationem sententie diffinitive sive nostri finalis decreti in huiusmodi negotio ferendi, ipsorum sic Citatorum et non comparentium absentia sive Contumacia in aliquo non obstante. Decimo nono Februarij 1602, Computatione Anglie, Edw: Stanhope

Sententia

In dei nomine Amen: Auditis visis et intellectis, ac plenarie et mature discussis per nos Edwardum Stanhope Legum Doctorem Reverendissimi in Christo patris et Dni Dni Johannis divina providentia Cantuar Archiepi totius Anglie Primatis et Metropolitani Vicarium in Spiritualibus generalem et Officialem principalem, necnon Commissarium inter alios ad infrascripta eorum et dictum specialiter et legitime Constitutum: meritis et circumstantijs cuiusdam Cause sive negotij Confirmationis electionis de persona venerabilis viri Johannis Jegon sacre Theologie professoris in Episcopum et Pastorem ecclesie Cathedralis sancte et individue Trinitatis Norwicen electi, facte et celebrate Que Coram nobis in Judicio aliquandiu vertebatur vertiturque in presenti et pendet indecisa, Rimatoque per nos toto et integro processu Coram nobis in dicto confirmationis negotio habito et facto, atque diligenter recensito, servatisque per nos de Jure et Statutis huius Regni Anglie in ea parte servandis, ad nostre sententie diffinitive sive nostri finalis decreti prolationem sic duximus procedendum fore et procedimus in hunc qui sequitur modum: Quia per acta actitata deducta, allegata, proposita, exhibita, confessata et probata Coram nobis in dicto Confirmationis negotio Comperimus et luculenter invenimus, electionem predictam per Decanum et Capitulum ecclesie Cathedral Norwicen predict, de prenominato venerabili viro Johanne Jegon Electo huiusmodi, viro utique provido et discreto, vita et moribus merito commendato, libero et de legitimo matrimonio procreato, atque in etate legitima et ordine sacerdotali constituto, rite et legitime fuisse factam et celebratam, nihilque eidem venerabili viro Electo huiusmodi de institutis ecclesiasticis obviasse, quominus in Episcopum Norwicen auctoritate dicti Reverendissimi patris, merito debeat Confirmari: Idcirco Nos Edwardus Stanhope legum Doctor vicarius in Spiritualibus generalis, Commissarius et Judex antedictus sic (ut prefertur) specialiter deputatus, attentis premissis et alijs virtutum meritis quibus prenominatus Electus Norwicen Episcopus fidedigno commendatur testimonio, Christi nomine primitus invocato ac ipsum solum Deum oculis nostris preponentes et habentes de et cum Consilio Jurisperitorum cum quibus in hac parte communicavimus prenominatam electionem de eodem venerabili viro Johanne Jegon factam et celebratam auctoritate qua fungimur confirmamus defectusque quoscunque in dicto Confirmationis negotio intervenientes (si qui forsan sint) quantum in nobis est et de Jure poterimus supplentes et supplemus; Ipsumque Dominum Electum et Confirmatum consecrandum et benedicendum fore decernimus: Curamque Regimen et administrationem spiritualium dicti Episcopatus Norwicen eidem Domino Electo et Confirmato committimus; Ac ipsum in realem actualem et Corporalem possessionem dicti Episcopatus Norwicen Juriumque dignitatum, honorum, preheminentiarum et pertinentium suorum universorum inducendum et inthronizandum fore per Archidiaconum Cantuarien eiusve deputatum (iuxta Ecclesie Cathedralis Norwicen predict morem et Consuetudinem) (legibus et statutis huius Regni Anglie non adversantibus) etiam decernimus et declaramus per hanc nostram sententiam diffinitivam sive hoc nostrum finale decretum, quam sive quod ferimus et promulgamus in hijs scriptis. Decimo nono Februarij 1602 Computatione Anglie, Edw: Stanhope.

Lecta fuit huiusmodi Sententia per prefatum magistrum Edwardum Stanhope legum doctorem vicarium in spiritualibus generalem etc die Sabbathi decimo nono viz die mensis Februarij, Anno Domini iuxta etc millesimo sexcentesimo secundo, inter horas nonam et undecimam ante meridiem eiusdem diei in Ecclesia parochiali beate Marie virginis de Arcubus London, ad petitionem magistri Roberti Redmayne legum doctoris procuratoris Decani et Capituli Norwicen, in presentia mei Johannis Coston notarij publici etc Super quibus tam procurator Capituli, quam dictus Dominus Electus et confirmatus requisiverunt me etc, presentibus tunc et ibidem testibus in actu Confirmationis alias mentionatis, per me Johannem Coston notarium publicum antedictum.

Actus Consecrationis

Die Dominico, Vicesimo viz die mensis Februarij Anno Domini iuxta Computationem ecclesie Anglicane millesimo sexcentesimo secundo, Et Translationis Reverendissimi in Christo patris et Domini Domini Johannis divina providentia Cantuarien Archiepiscopi totius Anglie Primatis et Metropolitani Anno vicesimo, In Capella dicti Reverendissimi patris infra Manerium suum de Lambehith etc situat, Idem Reverendissimus pater vigore et auctoritate literarum Commissionalium patentium Illustrissime in Christo Principis et Domine nostre Domine Elizabethe Dei gratia Anglie Francie et Hibernie Regine fidei defensor etc, sibi in hac parte directarum, Assistentibus sibi reverendis in xpo patribus Richardo London, Johanne Roffen, et Anthonio Cicestren respective Episcopis, munus Consecrationis venerabili viro Johanni Jegon sacre Theologie professori in Epum et Pastorem eccli[ae] Cath[edra]lis sancte et individue Trinitatis Norwicen electo et confirmato (prestito primitus per eundem dnm Electum Juramento tam de agnoscendo regiam supremam potestatem in Causis ecclesiasticis et temporalibus, ac de renunciando omni et omnimode Jurisdictioni, potestati, auctati, et superioritati forinsecis et extraneis iuxta vim formam et effectum Statuti Parliamenti huius inclitı Regni Anglie in ea parte editi et provisi, quam de reverentia et obedientia debit[a] prefato dno Archiepo Cantuar et Eccli[ae] metropolitice xpi Cantuar adhibendi) (adhibitisque ritibus et Ceremonijs de more moderno eccli[ae] Anglicane adhibend[is]), iuxta formam descriptam in libro intitulat The forme and manner of makinge and consecratinge Bushops, Preistes and Deacons, impendebat, in presentia mei Johannis Goston notarij publici Officio Registrariatus principalis dci reverendmi patris fungentis et exercentis, presentibus tunc et ibm venerabilibus viris Johanne Overall sacre Theologie professore decano eccli[ae] Cath[edra]lis Sancti Pauli London Edwardo Stanhope legum doctore vicario in spualibus generali et Officiali principali dicti reverendmi patris, Richardo Swale legum doctore Curie Audientie Cantuarien Causarum et negotiorum Auditore, Willmo fferrand legum doctore, Radulpho Barlo Johanne Buckeridge et Beniamino Charier sacre Theologie professoribus, Johanne Cart Roberto Redmayne, Jacobo Bailie legum doctoribus, Johanne Curtis Clerico in artibus magro, ffrancisco Michell Armigero, Xpofero Wormeall, Roberto Bennett generosis, Willmo Wickham, Thoma Crumpe, et Johanne Deale notarijs publicis, Johanne Hurlebutt et Petro Wardegar literatis, ac multis alijs in numero copioso congregatis testibus &c.

Johannes divina providentia Cantuar Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus, ad infrascripta auctate Parliamenti huius incliti Regni Anglie mediantibus lr[ari]s Commissionalibus patentibus Illustrissime in xpo Principis et dne nre dne Elizabethe dei gratia Anglie ffrancie et hibernie Regine fidei defensor &c, sufficienter et ltime fulcitus: Venerabili viro Carolo ffotherby sacre theologie Baccalaureo Archino nro Cantuar in eccl[es]ia nra Cath[edra]li et Metropolitica xpi Cantuar salutem et gram: Cum vacante nuper sede Epali Norwicen per obitum bone memorie dni Willmi Redman ultimi Epi ibidem, decanus et Capitulum eccli[ae] Cath[edra]lis sancte et individue Trinitatis Norwicen (Licentia regia in ea parte prius petita et obtenta) venerabilem virum Johannem Jegon sacre Theologie professorem in eorum et dicte eccli[ae] Cath[edra]lis sancte et individue Trinitatis Norwicen predict Epum et Pastorem elegerint, et eccli[ae] Cath[edra]li predict providerint de eodem: Quam quidem electionem et personam sic electam (servatis de Jure et statutis Regni huius Anglie in ea parte servandis,) Nos Johannes Archiepus Cantuar antedictus auctate qua supra confirmavimus, eidemque Confirmato Curam regimen et administraconem spiritualium dicti Episcopatus Norwicen commisimus, necnon Consequenter, munus Consecraconis (adhibitis ritibus et Ceremonijs de more eccli[ae] Anglicane moderne adhibendis) eidem Electo et confirmato impendimus, Ipsumque dnm Electum confirmatum et consecratum seu procuratorem suum ltimum eius nomine ac pro eo in realem actualem et Corporalem possessionem dicti Epatus Norwicen, Juriumque dignitatum honorum preheminentiarum et pertinentium suorum universorum inducendum installandum et inthronizandum fore decrevimus iustitia mediante: Tibi igitur firmiter precipiendo mandamus quatenus Reverendum patrem dnm Johannem Jegon electum Confirmatum et Consecratum, seu procuratorem suum ltimum eius nomine ac pro eo in realem actualem et Corporalem possessionem dicti Epatus Norwicen, Juriumque dignitatum honorum preheminentiarum et pertinentium suorum universorum inducas installes et inthronizes seu sic induci installari et inthronizari facias cum effectu. Cathedramque sive sedem Epalem in eccl[es]ia Cath[edra]li Norwicen predict Epo ibm assignari solit sibi (ubi moris est) assignes, et eum in nomine dni nri Jesu Christi imponas seu imponi facias prout decet (Juribus et Consuetudinibus nris Archiepalibus Cantuar, et eccli[ae] nre Cath[edra]lis et Metropolitice xpi Cantuar predict dignitatibus et honoribus in omnibus semper salvis)

Mandatum ad inthronizand

In cuius rei Testimonium sigillum quo in hac parte utimur presentibus apponi fecimus. Dat vicesimo primo die mensis ffebruarij Anno dni iuxta Computacionem ecclie Anglicane millesimo sexcentesimo secundo, Et nre Translacionis Anno Vicesimo.

Induccio

ltimo matrimonio procreato, atque in etate ltima et ordine sacerdotali Constituto, rite et ltime fuisse factam et Celebratam, nihilque eidem Reverendo patri Electo hmoi de institutis ecliasticis obviasse, quominus in Epum Bristolien auctoritate dicti Reverendissimi patris, merito debeat Confirmari. Iccirco Nos Edwardus Stanhope Legum Doctor Vicarius in Spualibus generalis et Commissarius antedictus, sic (ut premittitur) specialiter deputatus, attentis premissis et aliis virtutum meritis super quibus prefatus Electus Bristolien fidedigno commendatur testimonio, Christi nomine primitus invocato, ac ipsum solum Deum oculis nostris preponentes et habentes de et cum Consilio Iurisperitorum cum quibus in hac parte Communicavimus, Prenominatam electionem de eodem Reverendo patre Dno Johanne Thornborough factam et Celebratam auctoritate qua fungimur) confirmamus, defectusque quoscunque in dicto Confirmationis negotio intervenientes (si qui forsan sint) quantum in nobis est et de Iure potermus supplendo et supplemus. Curamque Regimen et Administracionem Spiritualium dicti Episcopatus Bristolien eidem Domino Electo et confirmato committimus, Ipsumque in realem, actualem, et corporalem possessionem dicti Episcopatus Bristolien ei Iuriumque dignitatum honorum, preheminentiarum et pertinentium suorum universorum inducendum installandum et inthronizandum fore per Archidiaconum Cantuar seu eius deputatum, iuxta Eccles Cathis Bristolien predicte morem et Consuetudinem (Legibus et Statutis huius Regni Anglie non adversantibus) etiam decernimus et declaramus per hanc nram sententiam diffinitivam, sive hoc nostrum finale decretum quam sive quod ferimus et promulgamus in his scriptis. Duodecimo Julij 1603, Ed: Stanhope.

Lecta fuit hmoi Snia per prefatum magrum Edwardum Stanhope &c, In Eclesia sive Capella de Putney in Comitatu Surrie &c, Duodecimo die mensis Julij Anno Domini millesimo sexcentesimo tertio, Presentibus testibus in act mentionatis.

Mandatu ad inthronizand

Johannes divina providentia Cantuarien Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus, ad infrascripta auctoritate Parliamenti Anglie, mediantibus Lris Commissionalibus patentibus Illustrissimi in Christo Principis et Dni nostri Dni Jacobi Dei gratia Anglie Scotie ffrancie et Hibernie Regis fidei defensoris &c, sufficienter et ltime fulcitus, Venerabili viro Carolo ffotherbie sacre Theologie Baccalaureo Archidiacono nro Cantuarien in Eclia nostra Cathi et metropolitica Xpi Cantuarien salutem et gratiam Cum vacante nuper Sede Episcopali Bristolien per Translacionem Reverendi in Xpo patris et Domini Dni Richardi ffletcher ultimi Episcopi ibm ad Epatum Wigornien, Decanus et Capitulum Eclie Cathis sancte et individue Trinitatis Bristolien (Licentia Regia prius in ea parte petita et obtenta) Reverendum in Xpo patrem et Dominum Dnm Johannem Thornboroughe sacre Theologie professorem nuper Limericensem Episcopum in Regno Hibernie in eorum et dicte Eclesie Cathis Epum et Pastorem elegerunt, et Eclie Cathe predicte providerunt de eodem: Cumque etiam nos electionem predictam et personam sic electam (servatis de Iure et Statutis huius Regni Anglie in ea parte servandis) auctoritate Literarum Commissionalium patentium dicti Illustrissimi Dni nri Regis nobis in hac parte directarum rite et legitime Confirmaverimus eidemque Confirmato Curam Regimen et administracionem dicti Epatus Bristolien commiserimus, Ipsumque sic electum et Confirmatum in realem actualem et Corporalem possessionem dicti Epatus Bristolien, Iuriumque honorum, dignitatum, preheminentiarum et pertinentium suorum universorum inducendum installandum et inthronizandum fore decreverimus iustitia mediante: Tibi igitur firmiter precipiendo mandamus quatenus prefatum Reverendum patrem Dominum Johannem Thornborowghe (sit ut perfertur) electum et confirmatum, seu procuratorem suum legitimum eius nomine ac pro eo in realem actualem et corporalem possessionem dicti Episcopatus Bristolien' Juriumque honorum dignitatum preheminentiarum et pertinentium suorum uniuersorum inducas installes et inthronizes, seu sic induci installari et inthronizari facias cum effectu, Cathedramque siue sedem Episcopalem in eadem Ecclesia Cathedrali Bristolien' ei (uti moris est) assignes, et dum in nomine Domini nostri Jesu Christi imponas seu imponi facias prout decet, Juribus et Consuetudinibus nostris Archiepiscopalibus, et Ecclesie nostre Cathedralis et Metropoliticę Christi Cantuar', necnon Ecclesie Cathedralis sancte et indiuidue Trinitatis Bristolien' predict' dignitatibus et honoribus in omnibus semper saluis. In cuius rei Testimonium sigillum quo in hac parte utimur presentibus apponi fecimus. Dat' Duodecimo die mensis Julij Anno Domini millesimo sexcentesimo tertio. Et nostre Translationis Anno Vicesimo. &c.

Inductio

Emanavit Inductio venerabili viro Simoni Robson Decano Bristolien', ffrancisco James Legum Doctori, Roberto Temple sacre Theologie Bacchalaureo subdecano Ecclesie Cathedralis Bristolien', Edwardo Greene presbitero in artibus magistro, Roberto Eulliford sacre Theologie Bacchalaureo prebendarijs Ecclesie Cathedralis predict' et Samueli Davies presbitero in artibus magistro, verbique dei predicatori. &c.

Advocacio Archinat' Dorset concess' Rmo pro prerogatiua sua

Omnibus Christi fidelibus ad quos hoc presens scriptum peruenerit, Johannes permissione diuina Bristolien' Episcopus salutem in Domino sempiternam. Cum tam de antiqua laudabili longeuaque et legitime prescripta Consuetudine hactenus per tempus omnium memoriam superans inconcusse usitatum et obseruatum, quam etiam de singulari Prerogatiua Ecclesie Metropoliticę Christi Cantuar' fuerit et sit indultum usitatum et obseruatum: Vt dominus Archiepiscopus Cantuar' pro tempore existens cuilibet Suffraganeorum in Episcopum alicuius Ecclesie Cathedralis sue Cantuar' Prouincię elect', statim post Confirmationem electionis huiusmodi unum Clericum idoneum nominare et presentare possit; Qui idem Electus Confirmatus tenebitur, quam primum facultas se obtulerit, in sua Ecclesia Cathedrali de dignitate, Canonicatu, et prebenda, seu de alio competenti beneficio Ecclesiastico prouidere, ac interim dictum Clericum ad dignitatem, Canonicatum, prebendam, seu beneficium huiusmodi sic promouendum acceptare et admittere, necnon sibi pensionem annuam sufficientem constituere tantisper soluendam et impendendam, quousque eidem Clerico de aliqua dignitate, Canonicatu, et prebenda, vel alio competenti beneficio huiusmodi sufficienter fuerit Datum et prouisum. **Sciatis** nos prefatum Johannem Bristolien' Episcopum antedictum, Jura, libertates, Consuetudines, et Prerogatiuam Ecclesie Metropoliticę Christi Cantuarien' predict' (prout tenemur) pro posse nostro adimplere volentes, ex Causis et Considerationibus predictis, ac in plenam satisfactionem earundem dedisse, concessisse et Confirmasse, ac per presentes pro nobis et successoribus nostris dare Concedere et confirmare Reverendissimo in Christo patri et Domino Domino Johanni diuina prouidentia Cantuariensi Archiepiscopo totius Anglie Primati et Metropolitano executoribus et assignatis suis primam et proximam Aduocationem, nominationem, presentationem, liberamque dispositionem et Jus patronatus Archidiaconatus siue dignitatis Archidiaconalis Dorset in Comitatu Dorset in Ecclesia nostra Cathedrali sancte et Indiuidue Trinitatis Bristolien' fundat', nostrorum patronatus et dispositionis existen', cum per mortem, resignationem, Cessionem, dimissionem, permutationem, priuationem, aut alio quocunque modo primo et proxime post datum presentium vacauerit, seu vacuum deuenire contigerit. Habendum tenendum et gaudendum prenominato Reverendissimo patri executoribus et Assignatis suis dictam Advocationem, nominationem, presentationem, liberamque dispositionem, et Jus patronatus dicti Archidiaconatus sive dignitatis Archidiaconalis Dorset predict, pro termino viginti et unius annorum proxime post datum presentium immediate sequentium et plenarie complendorum: Ita quod bene liceat et licebit prefato Reverendmo patri executoribus et assignatis suis, quamcunque personam idoneam ad dictum Archidiaconatum sive dignitatem Archidiaconalem Dorset, cum primo et proxime post dat presentium (ut prefertur) vacare contigerit, pro termino viginti et unius annorum nominare et presentare, ac Literas nominationis et presentationis de predicto Archidiaconatu sive dignitate Archidiaconali cuicunque persone idonee pro termino predicto facere et concedere, Ceteraque omnia et singula facere exercere et perimplere que in premissis seu eorum aliquo necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna, adeo plene libere et integre, ac in tam amplis modo et forma, prout nos prefatus Episcopus faceremus, seu facere possemus, si hec presens nra Concessio sive Confirmatio inde facta non fuisset: Proviso tamen quod quamprimum contigerit hanc nram donationem sive Concessionem durante termino predicto viginti unius annorum proxime post datum presentium pro prima et proxima vice, aut aliqua alia vacatione dicti Archidiaconat sive dignitatis Archidiaconalis Dorset suum debitum sortiri effectum, ac personam idoneam ad presentationem dicti Reverendmi patris executorum vel Assignatorum suorum ad dictum Archidiaconatum, sive dignitatem Archidiaconalem pro ea vice admitti et institui, ac in realem actualem et Corporalem possessionem eiusdem induci et installari pacifice et quiete, Quod extunc Jus patronatus, Advocatio et dispositio dicti Archidiaconatus sive dignitatis Archidiaconalis Dorset predict ad nos et successores nros integre revertetur, presenti donatione sive Concessione nra in aliquo non obstante: In cuius rei Testimonium Sigillum nostrum Episcopale presentibus apponi fecimus: Dat die mensis Anno Dni millesimo sexcentesimo tertio Et nostre Translationis Anno Primo.

Acta habita et facta in

Oxon:

Negotio Confirmationis Electionis facte de persona venerabilis viri Johannis Bridges sacre Theologie professoris Decani ecclie Cathedralis Sarum in Episcopum et pastorem ecclie Cathedralis Christi Oxon ex fundatione Regis Henrici Octavi electi, die Veneris Decimo sexto die mensis ffebruarij Anno Domini iuxta Computationem ecclie Anglicane millesimo sexcentesimo tertio, Regnique Illustrissimi in Christo Principis et Dni nri Dni Jacobi Dei gratia Anglie ffrancie et Hibernie Regis fidei defensoris etc. Primo, et Scotie Tricesimo septimo, In ecclesia parochiali Beate Marie virginis de Arcubus London ecclie Christi Cantuar Jurisdictionis immediate, inter horas nonam et undecimam ante meridiem eiusdem diei, Coram venerabili et Egregio viro Dno Edwardo Stanhope milite legum doctore Reverendissimi in Christo patris et Dni Dni Johannis divina providentia Cantuar Archiepiscopi totius Anglie Primatis et Metropolitani Vicario in Spiritualibus generali et Officiali principali, necnon Commissario ad infrascripta inter alios coniunctim et divisim sufficienter et legitime deputato, et constituto, In presentia mei Johannis Weston notarij publici etc.

Dictis die et loco inter horas predict

Presentatis Coram prefato venerabili et Egregio viro Dno Edwardo Stanhope milite legum doctore vicario pr, ac Commissario pr, Judicialiter et pro Tribunali sedente, Lris patentibus Regijs de assensu suo regio supranominato Reverendissimo patri directis, necnon Lris Commissionalibus dicti Reverendissimi patris eidem venerabili viro et alijs coniunctim et divisim in hac parte factis, ac per me prefatum Johannem Coston de mandato dicti Dni Edwardi Stanhope publice lectis, Idem Dns Edwardus Stanhope ob reverentiam dicti domini nri Regis et prenominati Reverendissimi patris, acceptavit in se onus executionis dictarum Literarum patentium Commissionalium, et decrevit procedend fore iuxta tenorem formam et effectum earundem; Deinde Comparuit personaliter discretus vir magr Alexander Serle notarius publicus, almeque Curie Cantuar de Arcubus London procuratorum generalium unus, et exhibuit procuratorium suum literatorie pro venerabilibus viris Decano et Capitulo eccle Cathis xpi Oxon ex fundatione Regis Henrici Octavi predict sigillo eorum communi (ut apparuit) sigillat, et fecit se partem pro eisdem, ac nomine procuratorio eorundem Decani et Capituli presentavit eidem Dno Edwardo Stanhope vicario in Spualibus generali et Commissario pr venerabilem virum Johem Bridges sacre Theologie professorem Decanum Eccle Cathis Sarum in Epum et Pastorem eccle Cathis xpi Oxon predict electum, et ipsum e regione Confirmantis sistebat: Et tunc dictus magr Alexander Serle exhibuit mandatum citatorium originale als contra oppositores in hoc negotio emanatum, unacum Certificatorio in dorso super executione eiusdem, et petijt omnes et singulos oppositores hmoi publice preconizari; Et tunc facta trina publica preconizatione omnium et singulorum oppositorum hmoi ad hos diem horas et locum ad dicend et opponend contra electionem predictam pr, Citatorum, et nullo eorum comparente, dictus magr Alexander Serle procurator, et nomine procuratorio quo supra, petijt eos omnes et singulos reputari contumaces et in penam contumaciarum suarum hmoi viam ulterius opponendi in hmoi causa sive negotio eis et eorum cuilibet precludi pr, Ad cuius petitionem dictus Dns Edwardus Stanhope pronunciavit eos et eorum quemlibet contumaces, et in penam contumaciarum suarum hmoi viam ulterius opponendi in hac causa eis et eorum cuilibet preclusit, necnon ad ulteriora in dicto Confirmationis negotio procedend fore decrevit, ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante prout in schedula per eundem Dnm Edwardum Stanhope lecta plenius apparet: Deinde dictus magr Serle dedit summariam petitionem in scriptis, et Dns ad eius petitionem admisit et decrevit procedendi fore summarie et de plano pr, et assignavit eidem magro Serle ad proband dictam summariam petitionem ad statim: Et tunc idem magr Serle in subsidium probationis contentorum in dicta summaria petitione exhibuit Lras patentes regias magno sigillo Anglie sigillatas, necnon exhibuit quoddam Certificatorium sive Lras Testimoniales super electione eiusdem venlis viri Johannis Bridges in Epum et Pastorem eccle Cathis Oxon predict per Decanum et Capitulum eiusdem eccle fact, ac etiam exhibuit instrumentum super consensu prefati venerabilis viri Dni Electi eidem electioni etiam adhibit Et allegavit omnia et singula contenta in dictis respective exhibitis fuisse et esse vera, atque habita et gesta prout in eisdem continetur: Quibus sic gestis Dns ad petitionem dicti magri Alexandri Serle assignavit ad audiend sententiam sive finale decretum ad statim. Consequenter vero facta alia trina publica preconizatione omnium et singulorum oppositorum sic (ut premittitur) citatorum, et nullo modo comparentium, nec quicquam in hac parte opponentium vel obijcientium, Dns ad petitionem dicti magri Serle ut supra accusantis eorum contumacias et peten pr, pronunciavit eos et eorum quemlibet contumaces, et in penam contumaciarum suarum hmoi decrevit procedendum fore ad prolationem sententie diffinitive in hmoi negotio, ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante prout in alia schedula per eundem Dnm Edwardum Stanhope lecta continetur; Deinde prestito Juramento per prefatum venerabilem virum Dnm Electum antedictum ad sancta Dei Evangelia per eum

Corporali tact et deosculat de fidelitate obia et subiectione prenoiato Dno nro Regi eiusq heredibus et successor prestand ac de renunciand omnoda forani potestati &c iuxta formam statuti in ea parte editi et provis, necnon de canonica obia predicto Reverendissimo patri Domino Archiepo Cant et successor suis &c prenoiatus Dominus Edwardus Stanhope ad peticoem predicti mri Serle legit tulit et promulgavit Sniam diffinitivam sive finale decretum in dco confirmacois negocio in scriptis concept, pronunciand decernend declarand confirmand et cetera faciend prout in eadem continetur. Super quibus omnibus et singulis tam dcus dnus Electus Oxon quam prefatus mr Alexander Serle procurator decani et Capituli pred me notarium publicum andrum sibi unu vel plura publicum seu publica Instrumentum sive Instrumenta conficere ac testes inferius noiatos testimonium inde perhibere instanter respective rogarunt et requisiverunt. Postremo vero dcus dominus Edwardus Stanhope ad peticoem tam dci domini Electi quam memorat mri Serle procuratoris decani et Capituli Oxon pred decrevit eis lras testiales super oibus et singulis premissis sub modo et forma supra specificatis gestis et expedits fieri et liberari, Presentibus tunc et ibm venerabilibus viris Joho Gordon Dno Longorio in Gallia Nectario Archiepo Macedonie in Grecia Antonio Blincowe legum doctore necnon Bellamie Edmundo Underhill et Joho Goodwine Clericis in artibus mris Edwardo Dabye Armigero, Joho Drake nrio pubco ac Richardo Higgs et Edmundo Littlewo lrats. cum multis aliis in numero copioso congregats testibus &c Tenores vero tam lrarum patentium regie mats quam etiam totius processus in dco confirmacois negocio habit et fact ac supius memorat sequntur et sunt tales vizt / ~ . / ~ . / ~ . / ~ . / ~ . / ~ /

Jacobus dei gratia Anglie Scotie Ffrancie et Hibernie Rex fidei defensor &c Reverendissimo in Christo patri ac predilco et fideli Consiliario nro Dno Johi Cantuarien Archiepo ac aliis quibuscumq Epis quorum in hac pte interit salutem Cum vacan nuper Sede Epali Oxon per mortem naturalem ultimi Epi ibm ad humilem peticoem decani et Capituli eiusdem eccle Oxon per lras nras patentes licenciam concesserimus aliud sibi eligend in Epm et Pastorem Sedis pred Jidem decanus et Capitulum vigore et obtentu licencie nre pred dilect nobis in Xpo Johem Bridges sacre Theologie professorem et Sarum decanum sibi et eccle pred elegerunt in Epm et Pastorem prout per lras suas sigillo eorum communi sigillat nobis inde direct plenius apparet. Nos electoem illam acceptand eidem electo regium nrum assensum adhibuimus pariter et favorem et hoc vobis tenore psentium significamus Rogantes ac in fide et dilecone quibus nob tenemini firmit percipiend mandan quatus vos eundem Johem Bridges in Epum et pastorem eccle Cathis Oxon pred sic ut prefert elect electoemq predcam confirmare et eundem Epum et Pastorem eccle pred consecrare ceteraq oia et singula peragere que vri in hac parte incumbunt officii pastorali iuxta formam statuti in ea parte edit et provis velitis cum effectu. In cuius rei Testimonium has lras nras fieri fecimus Patentes Teste me ipso apud Westm vicesimo quarto die Januarij Anno regni nri Anglie Ffrancie et Hiber primo et Scotie Tricesimo septimo. per bre primato sigillo &c Brnt ~ Ka.

Johannes diuina providen Cantuar Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus dilectis nobis in Xpo venerabilibus et egregiis viris Edwardo Stanhope Militi legum doctori vicario nro in spualibus generali et officiali principali, Joho Hone Willmo Fferrand et Johanni Amye Legum etiam doctoribus salutem et gratiam. Cum lras patentes Illustrissimi in Xpo principis et dni nri dni Jacobi Dei gratia Anglie Scotie Ffrancie et Hibernie Regis fidei defensor &c sigillo suo magno Anglie sigillat gerentes dat apud Westmr vicesimo quarto die Januarij Anno Regni sui felicissimi Anglie Ffrancie et Hibernie Primo et Scotie Tricesimo septimo receperimus: Cumq inter alia nobis preceptum est in eisdem, ut electionem venerabilis viri Johis Bridges sacre Theologie professoris et Sarum decani ad Epatum Oxon confirmaremus. Nos cum ea qua decuit reverentia volentes mandato Regio in ea parte humilr satisfacere. Ad examinand igr discuciend approband et confirmand dcam electoem de persona prenoiati venlis viri Johis Bridges factam et celebratam, Ipsamq electionem et personam sic electam secundum Juris et statutorum huius Regni Anglie exigentiam, ac iuxta tenorem formam et effectum mandati Regij predicti nobis in ea parte (ut prefertur) facti et directi, quatenus eandem electionem rite et legitime factam et celebratam fuisse et esse, vobis cond' et dig' constiterit, rite et legitime approbandum et comprobandum defectusque (si qui forsan in ea parte intervenerint) rite et legitime supplendum ceteraque omnia et singula faciendum exercendum et expediendum que in hac parte necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna. Vobis cond' et dig' committimus vices nostras, ac plenam in Domino tenore presentium concedimus potestatem, Iuribus nostris Archiepiscopalibus Cant, ceterisque emolumentis nobis ac officiarijs et ministris nostris in hac parte competentibus semper salvis et reservatis. In cuius rei testimonium sigillum (quo in hac parte utimur) presentibus apponi fecimus. Dat' in Manerio nostro de Lambehith octavo die mensis ffebruarij Anno Domini iuxta computationem ecclesie Anglicane Millesimo sexcentesimo tertio et nostre Translationis Anno vicesimo primo. Jo: Coston

Pateat universis per presentes quod Nos Thomas Ravis Sacre Theologie Doctor ac Decanus Ecclesie Cathedralis Christi Oxon ex fundatione Regis Henrici Octavi et Capitulum eiusdem ecclesie, dilectos nobis in Christo Radolphum Pickhaver Sacre Theologie Doctorem et Prebendarium ecclesie Cathedralis nostre predicte unum et Edwardum Daby de nova Sarum in Com Wiltes Armigerum Alexandrum Cooke Edwardum Saye et Johem Hart Civitatis London notarios publicos cond' et eorum quemlibet per se divisim et insolidum ita quod non sit melior conditio primitus occupantis nec deterior subsequentis, sed quod unus eorum inceperit id quilibet eorum libere prosequi valeat mediare pariter et finire, nostros veros certos et legitimos procuratores, actores, factores, et nuntios speciales et generales ad infrascripta omnia et singula exequenda nominamus ordinamus facimus et constituimus per presentes Damusque pariter et concedimus eisdem procuratoribus nostris coniunctim et eorum cuilibet (ut prefertur) per se divisim et insolidum potestatem generalem et mandatum speciale et generale pro nobis et vice ac nomine nostris tam coram Serenissimo et Illustrissimo in Christo principe et domino nostro domino **Jacobo** primo dei gratia Anglie Scotie ffrancie et Hibernie Rege fidei defensore &c ac Reverendissimo in Christo patre et domino domino Johanne providentia divina Cant Archiepiscopo totius Anglie Primate et Metropolitano aut alijs in hac parte potestatem sive auctoritatem sufficientem habentibus quibuscumque quam coram venerabili et egregio viro domino Johanne Bridges sacre Theologie doctore decano ecclesie Cathedralis Beate Marie Sarum in episcopum et pastorem ecclesie Cathedralis Christi Oxon ex fundatione Henrici octavi ac sedis episcopalis Oxon electo comparendum et interessendum nosque a personali comparitione excusandum, literas nostras respective certificatorias sive decretum nostrum de et super electione eiusdem Johis Bridges in episcopum et pastorem ecclesie Cathedralis predicte ac sedis episcopalis Civitatis et dioc Oxon iam vacantis per nos (virtute brevis de congedelire dicti domini nostri Regis factam) et consertas sigilloque nostro communi et Capitulari autentico et respective sigillatas, eidem domino nostro Regi Archiepiscopo Cant et decano ecclesie Beate Marie Sarum presentandum et exhibendum easdemque admitti petendum et obtinendum, ac tam ipsum venerabilem virum dominum Johannem Bridges antedictum (quatenus electioni nostre predicte de se et persona sua modo quo prefertur facte et celebrate consensum suum eidem expresse prebere ac in scriptis ferre dignetur) supplicandum ac simul instanter quoties opus aut eorum alicui expedire visum fuerit rogandum et obtinendum, quam Regiam Maiestatem dicti Illustrissimi domini nostri Regis ac paternitatem eiusdem Reverendissimi in Christo patris Cant Archiepiscopi (quatenus similiter electioni nostre et Electo assentire et consentire eandemque iuxta Leges statuta Sanctionesque canonicas huius inclyti Regni Anglie confirmare ratificare stabilire et approbare gratiose dignentur et eorum uterque dignetur) humiliter et submisse implorandum petendum et obtinendum. Necnon in de et super premissis omnibus et singulis agendum et defendendum litem seu lites contestandum et contestari videndum, et faciendum, excipiendum, replicandum et iuramentum tam de calumnia quam de veritate dicenda ac quodcumque aliud genus liciti iuramenti in animas nostras prestandum subeundum et iurandum, ponendum articulandum positionibusque et articulis huiusmodi ac interrogatorijs quibuscumque necnon interrogatoria quecumque de iure licita ministrandum ac eisdem respondendum, petendum, crimina et defectus contra quoscumque opponendum obijciendum et probandum, testes literas Instrumenta et munimenta ac alia quecumque probationum genera producendum et exhibendum, ac contra nos Electionemque predictam et electum huiusmodi producta et exhibita aut producenda et exhibenda reprobandum. Ac generaliter omnia alia et singula faciendum gerendum et expediendum que in premissis aut circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna etiamsi mandatum de se magis exigant speciale quam superius est expressum

Promittimus

Promittimusq insuper nos ratum gratum et firmum perpetuo habituros totum et quicquid per prefatos procuratores nros aut eorum aliquem com vel divisim actum factum gestum sive procuratum fuerit in premissis aut aliquo premissorum, et in ea parte cautionem exponimus per presentes. In cuius rei testimonium Coe sigillum nrum Dec et Capitulare presentibus apposuimus Dat Oxon in domo nra capitulari quarto die mensis Januarii Anno Domini iuxta cursum et computacõem Ecclie Anglicane Millesimo sexcentesimo tertio et Regni prefati Dni nri Domini Jacobi dei gratia Anglie Franc et Hibernie primo Scotie tricesimo septimo Regis fidei defensor &c. ~ / ~ / ~ / ~ / ~ / ~ / ~ / ~ / ~ / ~ / ~ / ~ / ~ /

Johannes divina providen Cant Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus Universis et singulis Cleric et Laic quibuscumq per provinciam nostram Cant ubilibet constitut salutem et gratiam. Cum vacan nuper sede Epali Oxon per mortem naturalem reverendi patris Dni Johis Underhill sacre Theologie professoris ultimi Epi et Pastoris eiusdem Decanus et Capitulum Ecclie Cathis Christi Oxon ex fundacõe Regis Henrici Octavi, pro electione novi et futuri Epi ibm, licentia Regia prius in ea parte petita et obtenta) celebrand, certum terminum prefixerint et assignaverint, et in huiusmodi electionis negotio termino ad eo statuto et assignato rite procedere, venerabilem virum Johannem Bridges sacre Theologie professorem ac decanum Sarum in eorum et dicte Ecclie Cathis Epum Oxon pred Epum et Pastorem elegerint. Cuiq Serenissimus in xpo princeps et Dns noster Dominus Jacobus Dei gratia Anglie Scotie Francie et Hibernie Rex fidei defensor &c ad humilem petitionem eorundem Decani et Capituli eidem electioni de persona prenominati venerabilis viri domini elect fact et celebrat Regium suum adhibuerit assensum pariter et favorem, prout per literas suas Regias suo magno sigillo Anglie sigillat significavit mandans quatenus nos electionem predictam et personam electam confirmare iuxta formam statuti in ea parte editi et provisi velimus cum omni celeritate accommodo prout per easdem literas patentes Regias ad quas habeatur relatio plenius liquet et apparet Nos vero volentes volentes eiusdem domini nostri Regis mandatis pro officii nri debito parere, ac in huiusmodi Confirmationis negotio iuxta iuris et statutorum huius Regni Anglie exigentiam procedere, omnes et singulos oppositores (si qui sint qui contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam dicere excipere vel opponere voluerint, ad diem horam et locum et effectum infrascript monend et citand fore decrevimus iustitia mediante. Vobis coniunctim et divisim committimus ac firmiter iniungend mandamus, quatenus citetis seu citari faciatis peremptorie altaq et intelligibili voce infra ecclesiam parochialem beate Marie virginis de Archubus London Decanat de Archubus London nri et Ecclie nre Cathis et Metropolitice Xpi Cantuar Jurisdictionis immediate necnon per affixionem presentium in aliquo loco conveniente infra ecclesiam parochialem beate Marie virginis de Archubus London pred, vel aliis locis publicis ubi videbitur expediens, omnes et singulos oppositores (si qui sint) in specie aliequin in genere, qui contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam dicere excipere vel opponere voluerint, Quod compareant et eorum quilibet compareat coram nobis aut vicario nro in Spualibus generali et officiali principali vel Comissariis nris aut eorum alicui in hac parte quorumcumq in eadem ecclia parochi beate Marie virginis de Archubus London die veneris viz decimo die mensis Februarii instantis inter horas nonam et undecimam ante meridiem eiusdem diei, cum continuatione et prorogatione dierum extunc sequentium (si oporteat facturus contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam in hac parte electam si sua putaverint interesse in debita iuris forma dictur excepitur et oppositur, ulteriusq factur et recepturus quod iustum fuerit in hac parte et dicti negotii qualitas et natura de se exigunt et requirunt. Intimantes preterea modo et forma   citatis omnibus et singulis oppositoribus (si qui sint) in specie, aliequin in genere, quibus nos etiam harum serie sic intimamus quod sive ipsi sic citati dictis die hor et loco coram nobis aut vicario nostro in spualibus generali vel Comissario pred comparuerint, et contra dictam electionem formam eiusdem aut personam electam huiusmodi dicere excipere vel opponere voluerint sive non. Nos nihilominus in dicto Confirmationis negotio iuxta iuris et Statutorum huius Regni Anglie exigentiam procedemus ac Justitiam ministrabimus, sive sic procedet ac iustitiam ministrabit vicarius noster in spiritualibus generalis et officialis principalis vel

Comissarius

Commissarius pred ipsorum sic Citat et non compareñ absentia sive contumacia in aliquo non
obstañ. Et quod in premissis feceritis nos aut vicarium nrum in spualibus generalem antedictum
vel Commissarium hmod debite et autentice certificetis, seu sic certificet ille vrum qui pre-
sens nrum mandatum fuerit executus vnacum ptibus. Dat quarto die mensis ffebruarij
Anno dni iuxta computacoem ecclie Anglicane Millesimo sexcentesimo tertio. Et nre
Trans Anno vicesimo primo ~ / ~ / ~ / ~ / ~ / ~ / ~ / ~ / ~ / ~ / ~ / ~ /

Reuerendissimo in christo patri et domino domino Johanni divina providen Cant
Archiepo totius Anglie Primat et Metropolitano, eiusve vicario in spualibus generali et
officiali principali, aut Commissario cuicumque in hac parte spiale deputat vester humilis et devotus
Richardus Wigges Clericus, sive ad infrascripta mandatus ltime deputatus, ciaus reverē et obediam
tanto Reverendissimo patri debit et consign cum honore mandatum vrum Reverendissimum
retroscript nuper mihi ea qua decuit reverēn humilit recepi exequend: Cuius vigore pere-
mptorie omnes et singulos oppositores si qui sint tam in specie quam in genere, qui contra retro-
nominat electionem formam eiusdem aut personam electam dicere excipere vel opponere volue-
rint, tam per affixionem eiusdem mandat vestri in valuis exterioribus ecclie parochialis
beate Marie virginis de Arcubus London retroscript et ibm aliquandiu dimissis, quam per
publicacoem eiusdem in ecclia parochiali predict die Lune sexto vizt die mensis instantis
ffebruarij peremptorie Citavi, ad comparendum coram vobis die hor et loco in hmod vro
Reverendissimo mandat content et specificat, contra dictam electionem formam eiusdem
aut personam electam hmod (si sua putaverint interesse) in debita Juris forma dictur
excepturi et oppositur, vlteriusque factur et recepturi quod tenor et effectus istius vestri
mandati Reverendissimi de se exigunt et requirunt. Et preterea dictis die et loco eisdem
oppositoribus sic (vt prefertur) Citatis intimavi, quod sive ipsi dictis die hor et loco com-
paruerint et que imperata sunt fecerint sive non; vos nihilominus aut Commissarius vester
antedictus in hmod confirmationis negotio iuxta Juris exigentiam procedetis seu procedet,
ac Justiciam ministrabitis seu ministrabit ipsorum sic Citatorum et non comparen absentia
sive contumacia in aliquo non obstan. Et sic ego mandatar antedict mandatum vestrum
Reverendissimum retroscript hmod quantum in me fuit debite et humiliter fui executus.
In cuius rei testimonium sigillum venerabilis viri dni Archini Essex ptibus apponi
procuravi. Et Nos archinus antedicus ad specialem Rogatum dci certificantis sigillum nrum huic
presentibus apponi fecimus Dat septimo die mensis ffebruarij pred Anno dni iuxta com
putacoem ecclie Anglicane millesimo sexcentesimo tertio ~ / ~ / ~ / ~ / ~ /
Exhibit Richus Wiggs Clericus infra ecclesiam de Bowe predict London die Lune sexto die
mensis ffebruarij Anno dni iuxta etc 1603. ~ / ~ / ~ / ~ / ~ / ~ / ~ / ~ /

In dei nomine Amen Nos Edwardus Stanhope miles legum doctor Reverendissi-
mi in xpo patris et domini domini Johannis divina providen Cantuar Archiepi totius Anglie
primatis et Metropolitani vicarius in spualibus generalis et officialis principalis, nec non Commis-
sarius inter alios ad infrascripta cond et expd speciale et ltime constitut, In negotio confirma-
tionis Electionis de persona venerabilis viri Johannis Bridges sacre Theologie professoris
ecclie Cathis Sarum Decani in Epum et Pastorem ecclie Cathis Oxon electi, facte
et celebrate rite et ltime procedentes, omnes et singulos oppositores qui contra dictam
electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam dicere excipere vel
opponere voluerint, ad comparendum coram nobis istis die hor et loco (si sua putaverint inter-
esse) contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam in debita
Juris fforma dicturos excepturos et oppositurOS, ltime et peremptorie citatos saepius publice
preconizatos diuque et sufficienter expectatos et nullo modo ltime comparentes ad
petitionem partis decani et Capituli ecclie Cathis xpi Oxon ex fundatione Regis Henrici
Octavi pronunciamus contumaces, ac ipsis et eorum cuilibet in penam contumaciam
suarum hmod viam vlterius opponendi contra dictam electionem formam eiusdem aut
personam in hac parte electam precludimus in his scriptis, ac etiam decernimus ad
vlteriora in dicto confirmationis negotio procedendum fore iuxta iuris et Statutorum
huius Regni Anglie Exigentiam, ipsorum sic Citatorum et non comparen absentia

sive

sibi contumatia in aliquo non obstante - - decimo ffebruarij 1603 comput Anglie Edward - Stanhope - - Lecta fuit huiusmodi Schedula per prefatum dominum Edwardum Stanhope militem &c die hor' et loco in act' mencionat' &c - - - - - - -

In dei nomine Amen Coram vobis reverendissimo in Christo patre et domino domino Johanne divina providencia Cant' Archiepiscopo totius Anglie Primate et Metropolitano ad infrascript' auctoritate Parliamenti Anglie mediantibus literis Commissionalibus patentibus Illustrissimi in Christo principis et domini nostri domini Jacobi dei gratia Anglie Scotie ffrancie et Hibernie Regis fidei defensor' &c sufficienter et legitime fulcit' vestrove vicario in spiritualibus generali et officiali principali sufficienter et legitime constitut' aut Comissarijs vestris quibuscunque in hac parte specialiter deputatis, coniunctim et altero quorumque pars venerabilium virorum Decani et Capituli ecclesie Cathedralis Christi Oxon ex fundatione Regis Henrici Octavi dicit allegat et in hijs scriptis in Jure proponit articulatim prout sequitur - - - - - -

Imprimis videlicet quod sedes Episcopalis Oxon predict' per mortem naturalem Reverendi patris domini Johannis Underhill sacre Theologie professoris ultimi Episcopi et Pastoris eiusdem nuper vacare cepit, et aliquamdiu vacavit, Pastorisque solatio destituta extitit, et existet in presenti Hocque fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum, Ac ponit coniunctim et divisim ac de quolibet - - - - - - - - - -

Item quod dicta sede Episcopali dudum (ut prefertur) vacan', Decanus et Capitulum ecclesie Cathedralis Christi Oxon predict' Capitulariter congregati et Capitulum facientes (licentia regia primo in ea parte petit' et obtent') certum diem ad domum suam Capitularem ecclesie Cathedralis Christi Oxon predict' pro huiusmodi electione facienda et Celebranda unanimiter et concorditer prefixerunt ac omnes et singulos eiusdem ecclesie Cathedralis Canonicos et prebendarios ius vocis et interesse in eadem electione habentes seu habere pretendentes ad diem et locum predict' in huiusmodi electionis negotio processur' et procedi visur' legitime et peremptorie citari fecerunt Hocque fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum, Et ponit ut supra - - - - - - - -

Item quod prefati Decanus et Capitulum die et loco prefix' videlicet die mercurij quarto die mensis Januarij Anno domini iuxta computacionem ecclesie Anglicane millesimo sexcentesimo tertio iam currente Capitulariter congregati et Capitulum facientes (servatis primitus per eos de Jure et statutis huius Regni Anglie in ea parte servandis) habitoque per eos tractatu diligenti de persona idonea in hac parte eligenda in Episcopum et Pastorem ecclesie Cathedralis Oxon predict' tandem unanimiter et concorditer nullo eorum contradicen' vel reclaman' venerabilem virum Johannem Bridges sacre Theologie professorem ecclesie Cathedralis Sarum Decanum in eorum et dicte ecclesie Cathedralis Episcopum et Pastorem elegerunt et ecclesie memorate de eodem providerunt Et ponit ut supra - - - - - - - - -

Item quod Electio huiusmodi et persona Electa die predict' in ecclesia Cathedrali Christi Oxon predict' coram clero et Populo tunc ibidem in numero Copioso congregatis debite publicate et declarate fuerunt Et ponit ut supra - -

Item quod dictus Electus huiusmodi electioni de persona sua in Episcopum et Pastorem ecclesie Cathedralis Christi Oxon predict' ut prefertur facte et Celebrate ad humilem peticionem dictorum eorundem decani et Capituli debitis loco et tempore consentiebat et consensum suum eidem prebuit in scriptis per eum lectis, Et ponit ut supra - - - - - - - - - - - - - -

Item quod antedictus venerabilis vir Johannes Bridges sacre Theologie professor ecclesie Cathedralis Sarum Decanus fuit et est vir providus et discretus eminenti scientia vita et moribus merito commendatus, liber et de legitimo matrimonio procreatus atque in etate legitima et ordine sacerdotali constitutus, necnon deo devotus, et ecclesie memorate apprime necessarius Hocque fuit et est verum publicum notorium manifest' pariter et famosum Et ponit ut supra

Item quod prefati decanus et Capitul' huiusmodi electionem et personam electam antedicto Serenissimo domino nostro Regi per literas suas patentes sigillo eorum communi roboratas pro officij sui debito iuxta statuta huius inclyti Regni Angliæ significarunt et intimarunt Et ponit ut supra

Item quod presentato ex parte dictorum decani et capituli eidem regie sublimitati processu electionis huiusmodi, idem serenissimus dominus noster Rex pro sua clementia regia electioni huiusmodi de persona prefati magistri Johannis Bridges ut prefertur fact et celebrat consensum et assensum suos regios gratiose adhibuit et adhibet, illamque ratam et gratam habuit et habet Et ponit ut supra

Item quod dictus Serenissimus dominus noster Rex vobis prefato Reverendissimo patri de assensu et consensu suis Regijs huiusmodi electioni (ut prefertur) adhibitis, per literas suas patentes vobis inscriptas et directas non solum significavit, verum etiam earundem literarum suarum patentium serie vobis rogando mandavit, quatenus vos electionem predictam et personam electam confirmare, ipsumque insignijs Episcopalibus insignire et decorare, ceteraque peragere que pro in hac parte incumbunt officio pastorali iuxta formam statuti in ea parte editi, et literarum patentium huiusmodi seriem, velitis cum favore Hocque fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum Et ponit ut supra

Item quod premissa omnia et singula fuerunt et sunt vera publica notoria manifesta pariter et famosa atque de et super eisdem laborarunt et in presenti laborant publica vox et fama, unde facta fide de iure in hac parte requisita ad quam faciendam offert se pars ista proponens dictorum decani et capituli se promptam et paratam pro loco et tempore congruis et opportunis, petit eadem pars prefatam electionem et personam electam confirmandam fore decerni et cum effectu confirmari, iuxta Iuris et Statutorum huius Regni Angliæ exigentiam, necnon literarum Regiarum patentium huiusmodi vobis direct in hac parte seriem, Curamque regimen et administrationem spiritualium Episcopatus Oxon predict eidem domino electo committi ipsumque in realem actualem et corporalem possessionem dicti Episcopatus Oxon predict, Iuriumque dignitatum honorum prehominentiarum et pertinentium suorum universorum inducendum et inthronizandum fore decerni ulteriusque fieri et ministrari in premissis et ea concernentibus quibuscumque quod Iuris fuerit et rationis, ac statutis huius inclyti Regni Angliæ consonum Supplendo defectus quoscumque in hac parte intervenientes. Que proponit et fieri petit pars ista proponens coniunctim et divisim non arctans se ad omnia et singula premissa probanda nec ad onus superflue probationis de quo protestatur, sed quatenus probaverit in premissis eatenus obtineat in petitis Iuris beneficio in omnibus semper salvo vestrum officium domine Iudex antedict humiliter implorando

Venerabili et egregio viro domino Johanni Bridges sacre Theologie doctori decano ecclesie Cathedralis beate Marie Sarum Thomas Ravis sacre Theologie etiam doctor decanus ecclesie Cathedralis Christi Oxon ex fundatione Regis Henrici octavi et eiusdem ecclesie Capitulum reverentiam debitam et salutem perpetuam in omnium Salvatore Vestre reverentie tenore presentium significamus et innotescimus quod vacante nuper Sede Episcopali Oxon per mortem naturalem Reverendi in Christo patris ac domini domini Johannis Underhill ultimi Episcopi eiusdem Nos decanus et capitulum antedicti in domo nostra capitulari die dat presentium capitulariter congregati et capitulum ibidem facientes vigore et auctoritate Licentie de Conge deslire Illustrissimi in Christo principis ac domini nostri domini Jacobi dei gratia Angliæ Scotie ffrancie et hibernie Regis fidei defensoris etc nobis in ea parte facte et concesse ad effectum eligendi nobis Episcopum et pastorem ecclesie Cathedralis predict Servatis de iure et consuetudine ac Statutis et ordinationibus ecclesie Cathedralis predict in ea parte servandis Habitoque inter nos tractatu diligenti de persona idonea in ea parte eligend tandem in vestram reverentiam vota nostra direximus Eandemque reverentiam vestram in nostram et dicte ecclesie Cathedralis Christi Oxon Episcopum et Pastorem unanimiter et concorditer elegimus et Electionem huiusmodi nostram de persona vestra sic (ut premittitur) factam dicto Illustrissimo domino nostro domino Jacobo Regi nostro antedicto per literas nostras certificatorias de dat presentium Sigillo nostro Communi Sigillat significavimus et notum fecimus Quocirca vestram reverentiam obnixe rogamus quatenus huiusmodi Electioni de persona vestra per nos ut prefertur facte et celebrate consentire et consensum et assensum vestros eidem prebere dignemini Dat in domo nostra Capitulari Quarto die mensis Januarij Anno domini iuxta cursum et Computationem ecclesie Anglicane Millesimo sexcentesimo Tertio

In dei nomine Amen. Per presens publicum Instrumentum cunctis appareat evidenter et sit notum. Quod die Mercurii Octavo vicesimo die mensis ffebruarii Anno domini iuxta Computacionem ecclesie Anglicane Millesimo sexcentesimo tertio, Regnique Illustrissimi in Christo principis et domini nostri domini Jacobi dei gratia Anglie ffrancie et Hibernie Regis fidei defensor etc. Primo et Scotie tricesimo septimo in edibus solite habitacionis egregii viri domini Matthei Carew militis legum doctoris in vico vulgariter nuncupat Chauncerie Lane infra parochiam Sancti Dunstani in occidente London, necnon situatis coram venerabili et colendo viro Johanne Bridges sacre Theologie professore Decano ecclesie Cathedralis Sarum in Episcopum et Pastorem ecclesie Cathedralis Christi Oxon ex fundacione Regis Henrici octavi nominato et Electo, meique Johannis Coston notarii Publici subscripti, ac testium inferius nominatorum presentia Constitutus personaliter discretus vir Alexander Cooke notarius publicus almeque Curie Cant de Archubus London procuratorum generalium unus exhibuit procuratorium suum literatorie a venerabilibus viris Decano et Capitulo ecclesie Cathedralis Christi Oxon predict sigillo eorum commune (ut apparuit) sub cera Rubea sigillatum ei inter alios concessum et dictum factam et fecit se partem pro eisdem ac nomine procuratorio eorundem Decani et Capituli presentavit eidem venerabili viro Johanni Bridges electo antedicto tunc personaliter presenti Quasdam literas testimoniales sive certificatorias sigillo Communi eorundem Decani et Capituli (ut apparuit) ac sub cera Rubea etiam sigillat de et super electione dicti venerabilis viri in Episcopum et Pastorem ecclesie Cathedralis Christi Oxon predict facta et Celebrata Eundemque venerabilem virum dominum electum instanter instantius instantissime quatenus eidem Electioni de ipso et eius persona (ut premittitur) facte et Celebrate consentire, ac Consensum et assensum suos eidem prebere dignaretur Rogavit et requisivit, Qui quidem venerabilis vir Electus Oxon Episcopus antedictus sic requisitus et interpellatus, primo et ante omnia gratias agens dicto Serenissimo domino nostro Regi qui ipsum licet indignum (ut asseruit) dictis Decano et Capitulo commendare dignatus est deinde eisdem Decano et Capitulo qui eum tam gratis animis elegerunt, licet se tanto munere indignum iudicaret Tamen ne ipse divine voluntati et dicti domini nostri Regis beneplacito minime obtemperare videretur Deum precatus est ut suo sancto spiritu et gratia speciali in omnibus adesse velit ad Illustrandum nominis sui gloriam et ecclesie utilitatem procurandum, Electioni predicte de ipso et eius persona (ut premittitur) facte et Celebrate consentiebat in scriptis prout in Schedula quam in manibus suis tunc tenens publice legebat continetur, Cuius quidem Schedule verus tenor sequitur et est talis vizt. In dei nomine Amen Ego Johannes Bridges sacre Theologie professor Decanus ecclesie Cathedralis Sarum in Episcopum et Pastorem ecclesie Cathedralis Christi Oxon ex fundatione Regis Henrici Octavi rite et Canonice nominatus et Electus, ad consentiendum huiusmodi electioni de me et persona mea in hac parte facte et Celebrate ex parte et per partem venerabilium virorum Decani et Capituli ecclesie Cathedralis Christi Oxon predicte instanter rogatus et requisitus, Dei omnipotentis Clementia fretus, Electioni huiusmodi de me et persona mea sic (ut premittitur) facte et Celebrate ad honorem dei omnipotentis patris filii et spiritus Sancti consentio eidem consensum et assensum meos semel atque iterum rogatus et interpellatus prebeo in hiis scriptis. Super quibus premissis omnibus et singulis tam dictus venerabilis vir dominus Electus quam memoratus Alexander Cooke procurator antedictus me notarium publicum subscriptum sibi unum vel plura publicum seu publica Instrumentum sive Instrumenta conficere; ac testes inferius nominatos testimonium inde perhibere instanter rogavit et requisivit, Acta fuerunt hec omnia et singula premissa prout supra scribuntur et recitantur sub anno domini Regnique Regie Maiestatis, mense die et loco predictis presentibus tunc et ibidem Edwardo Dabye Armigero, Thoma Watkyn generoso et Petro Vandenarde literato testibus ad premissa vocatis specialiter et requisitis.

Et ego Johannes Coston London dioc natus Publicus auctoritate regia notarius, Quia premissis omnibus et singulis dum sic (ut premittitur) sub annis domini Regnique Regie Maiestatis, mense die et loco predictis agebantur et fiebant, una cum prenominatis testibus presens personaliter interfui eaque omnia et singula sub modo et fforma prenotatis fieri geri et expediri vidi scivi et audivi, atque in notam sumpsi Ideoque hoc presens publicum Instrumentum manu alterius me interim aliis impedito negotiis fideliter scriptum exinde confeci et in hanc publicam

fformam

formam redegi, Signoque nomine cognomine et subscriptione meis solitis et consuetis signavi et subscripsi in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum rogatus et specialiter et requisitus /–/–/–/–/–/–/–/–/

In dei nomine Amen: Nos Edwardus Stanhope Miles legum doctor Reverendissimi in xpo patris et domini domini Johannis divina providen Cant Archiepi totius Anglie Primatis et Metropolitani vicarius in spualibus generalis et officialis principalis necnon Commissarius inter alios ad infrascripta coniunctim et divisim specialiter et ltime Constitut in negotio confirmacois electionis de persona venerabilis viri Johannis Bridges sacre Theologie professoris ecclie Cathis Sarum decani in Epum et pastorem ecclie Cathis Xpi Oxon ex fundatione regis Henrici Octavi electi facte et Celebrate rite et ltime procedentes, omnes et singulos oppositores qui contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam dicere excipere vel opponere voluerint, ad comparendum coram nobis istis die hora et loco (si sua putaverint interesse) contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam in debita Juris forma dicturos, excepturos vel oppositoros ltime et peremptorie citatos, sepius publice preconizatos, diuque et sufficienter expectatos et nullo modo ltime comparentes nec contra electionem formam eiusdem aut personam electam huiusmodi aliquid excipientes vel opponentes ad petitionem procuris Decani et Capituli Ecclie Cathis Xpi Oxon pred pronunciamus contumaces et in penam contumaciarum suarum huiusmodi decernimus procedendum fore ad prolationem sententie nostre diffinitive sive nre finalis decreti in huiusmodi negotio ferend, ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante –/–/– Decimo ffebruarii 1603 Compt Angl. Edward Stanhope. Lecta fuit huiusmodi Schedula per prefatum dnm Edwardum Stanhope militem die hora et loco in actu mentionatis &c /–/–/–/

In dei noie Amen: Auditis, visis et intellectis, ac plenarie et mature discussis per nos Edwardum Stanhope Militem legum doctorem Reverendissimi in Xpo patris et domini domini Johannis divina providentia Cantuarien Archiepi totius Anglie Primatis et Metropolitani vicarium in spualibus generalem et officialem principalem, necnon Comissarium inter alios ad infra scripta coniunctim et divisim sufficienter et ltime Constitutum. Meritis et circumstantiis cuiusdam cause sive negotii confirmacois electionis de persona venlis viri Johannis Bridges sacre theologie professoris ecclie Cathis Sarum decani in Epum et pastorem Ecclie Cathis Xpi Oxon ex fundacoe Regis Henrici Octavi, electi, facte et Celebrate que coram nobis aliquandiu vertebatur vertiturque in pnti et pendet indecisa Rimatoque primitus per nos toto et integro processu coram nobis in dicto confirmationis negotio habito et facto atque diligenter recensito Servatisque per nos de Jure et Statutis huius Regni Anglie in ea parte servandis, ad nre Sententie diffinitive sive nri finalis decreti prolationem in huiusmodi confirmationis negotio ferend, sic duximus procedendum fore et procedimus in hunc qui sequitur modum. Quia per acta inactitata, deducta, allegata proposita, exhibita confessata et probata coram nobis in huiusmodi confirmationis negotio comperimus luculenter et invenimus Electionem predictam per decanum et Capitulum ecclie Cathis Xpi Oxon pred de prefato venli viro Johanne Bridges, electo huiusmodi viro utique provido et discreto, vita et moribus merito commendato libero et de ltimo matrimonio procreato, atque in etate ltima et ordine sacerdotali constituto rite et ltime fuisse factam et celebratam nihilque eidem venerabili viro electo huiusmodi de Juribus ecclesiasticis obviasse, quominus in Epum Oxon authoritate dicti Reverendissimi patris merito debeat Confirmari. Idcirco nos Edwardus Stanhope Miles legum doctor vicarius in spualibus generalis, ac Comissarius et Judex antedictus sic (ut prefertur) specialiter constitutus attentis premissis et aliis virtutum meritis super quibus prenominatus Electus Oxon apud nos antedictus fidedigno commendatur testimonio, Xpi nomine primitus invocato ac ipsum solum deum oculis nris proponentes et habentes de et cum consilio Jurisperitorum, cum quibus in hac parte communicavimus Prenominatam Electionem de eodem venerabili viro Johanne Bridges factam et Celebratam authoritate qua fungimur, confirmamus, defectusque quoscumque in huiusmodi confirmationis negotio intervenien (si qui forsan fuit) quantum in nobis est et de iure possumus supplentes et supplemus Ipsumque Dominum Electum et Confirmatum consecrandum et benedicendum fore decernimus, Curamque regimen et administracoem spiritualium dicti

Oxon eidem domino Electo et Confirmato committimus, Ac ipsum in realem actualem et corporalem possessionem dicti Episcopatus Oxon predict' Iuriumque dignitatum, honorum privilegiorum emolumentorum et pertinen' suorum universorum inducendum et inthronizand' fore per Archidiaconum Cantuarien' seu eius deputatum iuxta ecclesie Cathedralis Christi Oxon predict' morem et consuetudinem (Legibus et Statutis huius Regni Anglie non adversan') etiam decernimus et declaramus per hanc nostram sententiam diffinitivam sive hoc nostrum finale decretum, quam sive quod ferimus et promulgamus in his scriptis &c. 10 February 1603 Compe Angll' Edward Stanhope

Lecta fuit huiusmodi sententia per prefatum venerabilem virum dominum Edwardum Stanhope militem legum doctorem vicarium in spiritualibus generalem &c ac Commissarium &c prefati Reverendissimi patris &c die veneris decimo viz' die mensis February Anno domini iuxta &c 1603 in ecclesia parochiali beate Marie virginis de Arcubus London &c inter horas nonam et undecimam ante meridiem eiusdem diei ad petitionem mei Alexander Serle notarij Publici procuratoris decani et Capituli ecclesie Cathedralis Christi Oxon &c in presentia mei Johannis Coston notarij publici &c super quibus &c presentibus tunc et ibidem testibus in actis mencionatis &c.

Die dominico duodecimo viz' die mensis ffebruary Anno domini iuxta computacionem ecclesie Anglicane Millesimo sexcentesimo tertio, et Translationis Reverendissimi in Christo patris et domini domini Johannis divina providencia Cant' Archiepiscopi totius Anglie Primatis et Metropolitani Anno vicesimo primo in Capella dicti Reverendissimi patris infra manerium suum de Lambehith &c situat' Idem Reverendissimus pater vigore et auctoritate literarum Commissionalium patentium Illustrissimi in Christo principis et domini nostri domini Jacobi dei gratia Anglie Scotie ffrancie et Hibernie Regis fidei defensoris &c sibi in hac parte directarum assistentibus sibi Reverendis in Christo patribus Richardo London, Johanne Roffen Tobia Dunolmen et Anthonio Cicestren respective Episcopis munus consecrationis venerabili viro Johanne Bridges sacre Theologie professori in Episcopum et Pastorem ecclesie Cathedralis Christi Oxon ex fundatione Regis Henrici Octavi electo et confirmato (prestito primitus per eundem dominum electum et confirmatum Iuramento tam de agnoscendo regiam supremam potestatem in causis ecclesiasticis et temporalibus, ac de renunciando omni et omnimode Iurisdictioni potestati auctoritati et superioritati forancis et extraneis iuxta vim formam et effectum Statuti Parliamenti huius Regni Anglie in ea parte editi et provisi quam de reverentia et obedientia debita prenominato Reverendissimo Archiepiscopo Cant' et ecclesie Metropolitice Christi Cant' adhibend', adhibitisque ritibus et ceremonijs de usu moderno ecclesie Anglicane adhibend' iuxta formam descriptam in libro intitulat' The Forme and mannor of makeinge and consecratinge Byshoppes Preistes and decons impendebat in presentia mei Johannis Coston notarij publici officium Registrariatus primarij dicti Reverendissimi patris exercen' presentibus tunc et ibidem venerabilibus viris dominis Danielo Dun, Edwardo Stanhope et Johanne Bennet militibus legum respective doctoribus, Johanne Gordon, Johanne Overall ecclesie Cathedralis sancti Pauli London decano Willelmo Barlow decano Cicestren Buckeridge et Beniamino Charier sacre Theologie respective professoribus necnon Edmundo Woodhall, Georgio Paule, Willelmo Boerstone, Christofero Norman et Richardo Massinger generosis Alexandro Serle, Johanne Lawe et Georgio ffermar notarijs publicis ac Richardo Higgs Clerico testibus &c cum multis alijs in numero copioso congregatis &c.

Johannes divina providencia Cantuarien' Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus ac infra scripta auctoritate Parliamenti huius inclyti Regni Anglie mediantibus literis Commissionalibus patentibus Illustrissimi in Christo principis et domini nostri domini Jacobi dei gratia Anglie Scotie ffrancie et Hibernie Regis fidei defensoris &c sufficienter et legitime fulcitus venerabili viro Carolo ffotherby sacre Theologie bacchalaureo Archidiacono nostro Cant' in ecclesia nostra Cathedrali et Metropolitica Christi Cantuar' Salutem et gratiam Cum vacante nuper sede Episcopali Oxon per obitum bone memorie domini Johannis Underhill ultimi Episcopi ibidem decanus et Capitulum ecclesie Cathedralis Christi Oxon ex fundatione Regis Henrici Octavi licentia regia in ea parte prius petita et obtenta) venerabilem virum Johannem Bridges sacre Theologie professorem decanum ecclesie Cathedralis Sarum in eorum et dicte ecclesie Cathedralis Christi Oxon predict' Episcopum et Pastorem elegerint et ecclesie Cathedrali predict' de eodem providerint Quam quidem

Electionem et personam sic electam servata de Iure et statutis huius Regni Anglie in ea parte servandis Nos Iohes Archiepus Cant antedictus auctoritate qua supra confirmabimus eidemque confirmato Curam Regimen et administrationem spiritualium dicti Epatus Oxon commisimus necnon consequenter munus consecrationis (adhibitis ritibus et ceremoniis de more ecclie Anglicane moderno adhibendis) eidem Electo et confirmato impendimus, Ipsumque dominum Electum confirmatum et consecratum seu procuratorem suum ltimum eius nomine ac pro eo in realem actualem et corporalem possessionem dicti Epatus Oxon Iuriumque dignitatum honorum preeminentiarum et ptinen suorum universorum inducend installandum et inthronizandum fore decrevimus iustitia mediante. Tibi igitur firmiter precipiendo mandamus, quatenus prefatum Reverendum patrem dnum Iohem Bridges electum confirmatum et consecratum seu procurem suum ltimum eius nomine ac pro eo in realem actualem et corporalem possessionem dci Epatus Oxon Iuriumque dignitatum honorum preheminentiarum et ptinen suorum inducas Installes et inthronizes seu sic induci installari et inthronizari facias cum effectu Cathedramque suam sedem Epalem in ecclia Cathedrali Oxon pred Epo ibm assignari solit sibi (uti moris est) assignes et eum in nomine domini nostri Iesu Xpi imponas seu imponi facias prout decet, Iuribus et consuetudinibus nris Archiepalibus Cant et Ecclie nre Cathlis et Metropolitice Xpi Cant pred dignitatibus et honoribus in omnibus semper salvis In cuius rei testimonium Sigillum quo in hac pte utimur pntibus apponi fecimus Dat decimo tertio die mensis ffebruarij Anno dni iuxta computacoem ecclie Anglicane Millimo sexcentesimo tertio. Et nre Transl Anno vicesimo Primo – Jo: Cotton –

Vicesimo primo die mensis ffebruarij Anno domini iuxta &c 1603 Emanavit Fiduc pro domino Episcopo Oxon mris Leonardo Hutton sacre Theologie pfessori prebendario in ecclia Cathli Xpi Oxon Richardo Thornton sacre Theologie Bacchro prebendario in eadem ecclia Cathli et Robto Harrison artium mro Recori ecclie parochis de Kirtlington dioc Oxon coniunctim et divisim &c –

Commissiones diversæ a decimo tertio die mensis Decembris Anno Domini Millesimo quingentesimo nonagesimo septimo

Acceptacio commissionis vicarij in spiritualibus generalis Reverendissimi in Christo patris et domini domini Johannis divina providentia Cantuar Archiepiscopi etc

Decimo tertio die mensis Decembris Anno Domini Millesimo quingentesimo nonagesimo septimo, Regnique Dominę nostrę Reginę Quadragesimo in loco Consistoriali ecclesię Cathedralis Sancti Pauli London inter horas secundam et quintam post meridiem eiusdem diei, coram venerabili viro Edwardo Stanhopp Legum Doctore in presentia nostrorum Thomę Redman et Johannis Coston Notariorum publicorum, presentatis eidem venerabili viro eique traditis Literis Commissionalibus Reverendissimi in Christo patris et Domini Domini Johannis divina providentia Cantuar Archiepiscopi totius Anglię Primatis et Metropolitani etc tenoris subsequentis videlicet, Johannes etc Idem venerabilis vir easdem literas cum omni reverentia debita recepit, easdemque inspexit: Quibus sic gestis dictus venerabilis vir primo gratias agens eidem Reverendissimo patri qui eum vicarium suum in Spiritualibus generalem etc sic (ut prefertur) constituere dignatus est: Atque tunc et ibidem sponte et voluntarie tactis per eum scripturis sacrosanctis Juramentum prestitit de agnoscendo regiam supremam potestatem etc in causis ecclesiasticis et temporalibus etc, ac de renunciando recusando et refutando omnimodo forincę potestati etc iuxta formam et effectum Statuti in ea parte editi et provisi, Articulisque de quibus in Synodo Londoniensi communi assensu Archiepiscoporum Episcoporum et Cleri utriusque Provincię Cantuarien et Eboracen etc consensum est Anno Domini iuxta Computationem ecclesię Anglicanę Millesimo quingentesimo sexagesimo secundo regia authoritate stabilit etc subscripsit, et ob honorem et reverentiam dicti Reverendissimi patris assumpsit in se onus executionis dictarum literarum Commissionalium et decrevit procedendum fore iuxta vim formam et effectum earundem: Deinde nos Thomas Redman et Johannes Coston Notarij publici antedicti tactis per nos etc Juramentum prestitimus etc de agnoscendo etc et de renunciando etc et Articulis religionis etc subscripsimus presentibus tunc et ibidem magistris Edwardo Barker in Legibus Baccalaureo, Galfrido Clerke, Johanne Keene, Rogero Cole, Thoma Pell, Johanne Fuat Notarijs publicis, Willelmo Gallamore Apparitore generali Reverendissimi patris, Anthonio Burchinshawe testibus ad premissa vocatis et specialiter requisitis etc Thomas Redman Notarius publicus, Johannes Coston Notarius publicus

Commissio ad exercendum Jurisdictionem infra Decanatus de Southmalling Pagham et Terringe

Edwardus Stanhope Legum Doctor Officio vicariatus in spiritualibus generalis et Officialitatis principalis Sedis Archiepiscopalis Cantuar authoritate quarundam literarum patentium per Reverendissimum in Christo patrem et Dominum Dominum Johannem divina providentia Cantuarien Archiepiscopum totius Anglię Primatem et Metropolitanum durante vita mea naturali mihi fact et concess legitime fungens: Dilecto nobis in Christo Richardo Kytson presbitero sacrę Theologię Baccalaureo salutem in authore salutis. De tuis sana doctrina conscientię puritate, circumspectionis industria et provida in rebus gerendis dexteritate plurimum freti: Ad visitandum igitur Ecclesias et Capellas omnes et singulas Decanatuum de Southmallinge, Pagham et Terringe ecclesię Cathedralis et Metropoliticę Christi Cantuarien Jurisdictionis immediatę, Clerumque et populum eorundem omnibus et singulis temporibus quibus Visitationes dictorum Decanatuum seu eorum alicuius authoritate ordinaria exerceri contigerint, vel eorum aliquem contigerit, Ac procurationes debitas et consuetas in Visitationibus ordinarijs recipiend. Necnon ad inquirend. seu inquiri faciend. de et super quorumcunque Subditorum Decanatuum predictorum criminibus, excessubus, et delictis quibuscunque hactenus commissis seu imposterum committendis, quorum cognitio, correctio et punitio ad nos et forum ecclesiasticum de Jure vel Consuetudine aut huius regni Angliæ poterint pertinere, Ipsosque et ea debite corrigend. puniend. et reformand., ac etiam ad cognoscend. procedend., statuend. et diffiniend. in omnibus causis et negotijs ecclesiasticis quibuscunque in dictorum Decanatuum seu eorum alicuius Jurisdictione tam ex Officio mero mixto vel promoto, quam ad quarumcunque partium

instantias siue promotiones hactenus motis inchoatis et intentatis, aut imposterum movend
et intentandis, causqz et ea cum suis incidentibus, emergentibus, dependentibus, annexis et
connexis quibuscumqz audiend discutiend et fine debito terminand (quatenus Jura et
statuta huius Regni Anglię permittunt et non aliter neqz alio modo) Ac in omnibus
casubus a Jure permissis et approbatis bona quorumcumqz in dictis Decanatibus, aut
eorum aliquo deceden sequestrand, seu sequestrari faciend: Testamenta etiam et ultimas
voluntates quorumcumqz infra dict Decanat aut eorum aliquem ab hac luce (Domino
iubente) migrantium siue decedentium insinuand et approband, Administrationesqz
bonorum quorumcumqz testantium hmoi siue ab intestat vel per viam intestat deceden
executoribus in huiusmodi Testamentis nominatis, aut illi vel illis cui seu quibus de
Jure vel Consuetudine committi debeant committend, Ac computum, calculum siue
ratiocinium executorum sequestratorum et administratorum hmoi recipiend, audiend
examinand et admittend: Ac computantes hmoi ab omni ulteriori computo siue ratio-
cinio in hac parte reddendi, prout Juris fuerit et equitatis absoluend et finaliter
dimittend Alium insuper siue alios in premissis et eorum quolibet loco tuo substituend
cumqz et eos quoties et quando tibi videbitur expediens revocand, necnon omnia et
singula ad Officium Decani siue Commissarij Decanatuum predictorum et exercitium
eiusdem Jurisdictionis ecclesiastice eorundem Decanatuum spectan et pertinen, que in
premissis et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna faciend exercend
et expediend: Tibi vires nostras committimus cum cuiuslibet coertionis Canonice ex-
equend, que in hac parte decreueris potestate: Teqz Decanum siue Commissarium
Decanatuum predictorum durante vita naturali mei prefati Edwardi Stanhoppe
vnacum omnibus et singulis feodis, vadijs, proficuis, commoditatibus et emolumentis eidem
Officio ab antiquo spectantibus ac spectare et pertinere debentibus irreuocabiliter
(exceptis inferius exceptis) prefecimus constituimus et deputamus per presentes: Et quo-
niam nostrum est pro Officij nostri debito vigilanter prospicere, vt boni fideles, digni
et idonei operarij in vineam Domini mittantur, Collationes quorumcumqz beneficiorum
dictorum Decanatuum seu eorum alicuius vacantium seu vacaturorum, necnon personalem
approbationem, admissionem, institutionem et inductionem quorumcumqz Clericorum ad quecumqz
Beneficia ecclesiastica dictorum Decanatuum seu eorum alicuius presentandorum nobis
specialiter reseruamus, presentibus Literis nostris Commissionalibus aut aliquo in
eisdem content in contrarium facien non obstan: Assumptis tibi et substitutis tuis
huiusmodi dilectis nobis in xpo Thoma Redman et Johanne Coston Notarijs pub-
licis Officium Registrariatus principalis Sedis Archiepiscopalis Cantuarien
exercentium, seu eorum aut eorum alterius Deputatorum vel deputandorum in Re-
gistrarios et actorum vestrorum in ea parte Scribas durante hac nostra Com-
missione: In cuius rei Testimonium Sigillum quo in hac parte vtimur presentibus
apponi fecimus: Dat London decimo quinto die mensis Decembris Anno Domini
Millesimo Quingentesimo Nonagesimo septimo.

Sequestracio fructuum ecclię parochis de Beggbroke pro primitijs Dnę nostrę Reginę

Johannes divina providentia Cantuar
Archiepiscopus totius Anglię Primas et Metropolitanus, ad quem omnis et omnimoda
Jurisdictio spiritualis et ecclesiastica quę ad Episcopum Oxon Sede plena pertinuit,
ipsa Sede iam vacante notorie dignoscitur pertinere: Dilectis nobis in xpo
Gardianis ecclesię parochialis de Beggbroke in
Comitat et Dioces Oxon nostrę Cantuar Prouincię Salutem et gratiam: Cum
Laurentius Woodhall Clericus artium magr Rector ecclesię parochialis de Begg-
broke predict in eandem Rectoriam nuper ingressus fuerit, fructusqz decimas et
emolumenta ecclesiastica eiusdem Rectorię perceperit nulla pro Primitijs inde (vt Sta-
tuta huius Regni Anglię exigunt) Compositione cum Serenissima in xpo Principe
et Domina nostra Domina Elizabetha Dei gratia Anglię Francię et Hibernię Re-
gina fidei Defensor &c habita prout ex tenore Breuis regij dictę Dnę nostrę Reginę
nobis in hac parte directi plenius liquet et apparet: Nos igitur auctoritate Breuis
Regij predicti ac iuxta mandatum dictę Dnę nostrę Reginę nobis factum omnia et singula
redditus reventiones, exitus proficua, fructus, Commoditates, decimas, oblationes,
pentiones portiones et alia proficua et emolumenta quecumqz ad dictum Laurentium
Woodhall Jure et nomine dictę ecclesię parochialis de Beggbroke predict spectan

et pertinen in quorumcunque manibus possessione sive occupatione illa vel eorum aliqua modo existant, aut imposterum existent (ex causa predict) duximus sequestrand prout etiam harum serie sic sequestramus, ac huiusmodi Sequestri Custodiam vobis coniunctim et divisim committimus per presentes. Ad publicandum igitur et intimandum huiusmodi sequestrationem sic (ut premittitur) regia auctoritate interpositam talibus temporibus locis et personis quibus vobis maxime videbitur expedire. Ac insuper ad petendum, exigendum levandum, colligendum, et recipiendum ad usum et commoditatem dicte Domine nostre Regine ab Incumben, tenen, firmar et occupatore dicte ecclesie parochialis de Beggebroke predict, omnia redditus, reventiones, exitus, proficua, et alia quecunque commoda et emolumenta ecclesiastica ad eandem ecclesiam spectantia. Illaque cuncta et singula et quamlibet inde parcellam insimul aut separatim in usus eiusdem Domine nostre Regine reponend et servand. Bona vero et Cattalla (si que forte fuerint peritura) maiori commodo dicte Domine nostre Regine vendend, Ceteraque que de iure exigere poteritis peragend, donec et quousque aliud inde a nobis habueritis in mandatis, Vobis coniunctim et divisim vices nostras tenore presentium committimus. Mandantes quod coram nobis aut Vicario nostro in Spiritualibus generali aut alio Judice in hac parte competente quocunque in ecclesia Cathedrali Sancti Pauli London loco Cons ibidem prox futur post datum presentium hora Causarum ad Jura reddend ibidem consuet, fidele ratiocinium receptorum vestrorum inde ad usum dicte Domine nostre Regine iuste reddatis: Et si dictus Laurentius Woodhall ecclesie parochiali de Beggebroke predict renunciaverit aut cesserit, aut alicui alij promotioni spirituali remotus fuerit tunc diligenter inquiratis quo terrarum orbe ipse modo moram trahit, et qua de causa idem sic cesserit aut renunciaverit: Atque nos seu vicarium nostrum in Spiritualibus generalem aliumve Judicem antedictum ad diem hor et locum predict, quid in premissis feceritis debite certificetis, et hoc nullatenus omittatis sub pena Incumben. Denique vobis harum serie significamus quod Illustrissima Domina nostra Regina predicta in Brevi suo regio predict in mandatis dederit omnibus et singulis Justiciarijs Maioribus, vicecomitibus, Ballivis Constabularijs, et alijs Officiarijs et ministris dicte Domine nostre Regine quibuscunque tam infra libertatem quam extra quod nobis et vobis circa executionem presentis sequestri, obedientes, assistentes, auxiliantes sint et intendentes prout decet. **Dat** sub Sigillo quo in hac parte utimur Decimo sexto die mensis Decembris Anno Domini Millesimo quingentesimo Nonagesimo septimo Et nostre Translationis Anno Decimo quinto /. E

Eisdem die et Anno Emanavit Similis Sequestratio fructuum vicarie ecclesie parochialis de Eltham Dioces Cantuarien /. E

Eltham Sequestr

Eisdem die et Anno emanavit Similis sequestratio fructuum eccle parochia de Chekerell Dioces Bristolien

Chekerell Sequestr

Ultimo die mensis Decembris Anno Domini Millesimo quingentesimo Nonagesimo septimo per venerabilem virum Edwardum Stanhopp Legum doctorem vicarium in Spiritualibus generalem etc Reverendissimi in Christo patris Domini Archiepiscopi Cantuarien etc, Concessa fuit Licentia Christophero Wilkenson Presbitero in artibus Bacchalaureo erudiend pueros in literis Grammaticalibus alijsque documentis licitis et honestis etc in quocunque loco publico vel privato etc in et per Dioces Menevien, Landaven, Herefordien et Bangorn ubilibet constitut etc prestito primitus per eum Juramento supremitatis ~~regie~~ Maiestatis etc subscriptisque per eum Articulis Convocationum consensum religionis concernentibus etc ad beneplacitum Reverendissimi tantummodo duratur etc /. E

Lra instruend pueros concess Christofero Wilkenson

Johannes divina providentia Cantuarien Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus: Dilectis nobis in Christo Johanni Palmer sacre Theologie Bacchalaureo Rectori ecclesie parochialis de South Somercotes Lincoln

Lra ad communicand concess Johanni Palm et Oxford Hall

Lincoln Dioces nostreque Cantuarien Provincie, et Prospero Hall Clerico Rectori ecclesie parochialis de Estrigge Provincie et Diocesis Eboracen salutem et gratiam. Porrecte nobis nuper ex partibus vestris petitiones continebant, Quod vos ex certis iustis rationabilibus et honestis causis animos vestros moventibus quasdam resignationes et finales dimissiones et cessiones per modum et ex causa permutationis dictarum ecclesiarum fiendi in animo habetis et magnopere desideratis, modo Licentiam sufficientem in hac parte assequi poteritis. Nos huiusmodi vestris petitionibus pro parte nostra favorabiliter inclinati Ad tractandum et communicandum de et super permutatione dictarum ecclesiarum, et ad resignandum easdem per modum et ex causa permutationis in manus nostras aut loci Ordinarij, sive alterius cuiuscunque easdem resignationes admittendi potestatem habenti vel habituro (dummodo inter vos Symoniaca pravitas non intervenerit) Licentiam et ffacultatem vobis quantum in nobis est et Iura regni patiuntur et non aliter neque alio modo harum serie concedimus et elargimur. In cuius rei Testimonium Sigillum quo in hac parte utimur presentibus apponi fecimus. Dat Secundo die mensis Januarij Anno Domini iuxta Computationem ecclesie Anglicane Millesimo quingentesimo nonagesimo septimo. Et nostre Translationis Anno Decimo quinto

Nominacio Rmi ad loca Bursariorum et Decanorum in Collegio omnium Animarum fidelium def in Oxonia

Johannes divina Providentia Cantuar Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus Collegij omnium Animarum fidelium defunctorum in Universitate Oxon visitator patronus et Ordinarius: Dilectis nobis in Christo magistro Roberto Hovenden sacre Theologie professori dicti Collegij Custodi, omnibusque et singulis eiusdem Collegij socijs et scholaribus salutem et gratiam. Cum nobis per literas tui antedicti Roberti Hovenden Custodis memorati Collegij, gerentes dat Sexto die presentis mensis Januarij Anno regni Serenissime Domine nostre Domine Elizabethe Dei gratia Anglie ffrancie et Hibernie Regine fidei Defensor etc. Quadragesimo significatum sit: Quod cum Statutis dicti Collegij provisum sit, sub hec qui sequitur verborum tenore: Et si prefatorum Vicecustodis Bursariorum et Decanorum vel eorum alicuius electionem infra tres dies post tempus in dictis Statutis limitatum seu dictorum trium dierum spatium celebrari non contigerit, quod tunc ad nos et successores nostros Cantuarien Archiepos sede plena, ipsa vero sede vacante, ad priorem ecclesie nostre Cantuar, vel in ipsius absentia ad Officialem Curie nostre Cantuarien ipsorum electio pertinere debet: Mandantes quatenus vos et Successores vestri huic nostre Ordinationi pareatis et pareant cum effectu: Quodque vos iuxta Statuti formam eiusdem Collegij per tres dies in unum ad Bursarios Decanosque designandos convenientis, quibus diebus quia variantibus sententijs concordare non potuistis nihil plane actum fuerit, atque ea de causa potestas nominandi et designandi Bursarios et Decanos dicti Collegij ad nos tanquam patronum visitatorem et ordinarium sit rite devoluta: Vobis igitur et singulis vestrum significamus nos cum cause cognitione et matura deliberatione Jacobum Bayley in Legibus Baccalaureum in Bursarium Juristam Johannem Rowlieff in Artibus magistrum in Bursarium Artistam, Willm Osborne in artibus magistrum in Decanum Artistam, et Nicholaum Wood in Legibus Baccalaureum in Decanum Juristam nominasse et designasse, ac presentium tenore nominare et designare. Vobis et vestrum singulis mandantes, ut a tempore publicationis presentium eosdem ad Officia suprascripta recipiatis et admittatis, et pro dictis Officiarijs vestris quoad omnes effectus accipiatis: In quorum omnium et singulorum premissorum fidem et Testimonium presentes literas nostras Sigilli nostri Archiepiscopalis appositione communiri mandavimus. Dat in Manerio nostro de Lambehith Decimo die mensis Januarij Anno Domini iuxta Computationem ecclesie Anglicane Millesimo quingentesimo nonagesimo septimo, Et nostre Translationis Anno Decimo quinto

Lre regium pro relax sequestr de Estrick

Elizabetha dei gratia Anglie ffrancie et Hibernie Regina fidei Defensor etc. Reverendissimo in Christo patri Domino Johanni miseratione divina Cantuarien Archiepiscopo totius Anglie Primati et Metropolitano salutem. Cum nuper per Breve nostrum assignaverimus vos ad sequestrand et in manus nostras seisend inter alia omnia et singula redditus, revenciones exitus, proficua fructus, commoditates, decimas, oblationes, pentiones, et alia emolumenta et proficua quecunque spectan et pertinen Rectorie ecclesie parochialis de Chekerell in Comitatu Dorset Thoma Genge Rectore ibidem in quorumcunque manibus et possessione illa vel eorum aliqua existerent; Nobis ex certis causis et Considerationibus percepimus quod executioni Brevis nostri predicti tantummodo quoad Rectoriam ecclesie parochialis de Chekerell predict, et Thomam Genge Rectorem ibidem et eius firmarium, occupatorem et proficuorum receptorem predict Rectorie supersedeatis omnino Commodaque fructus decimas, oblationes, et proficua si que inde ea occasione et non alia recepistis Incumben predict sine dilatione liberetis seu liberari faciatis immediate Volumus enim vos in Compoto vestro ad Scaccarium nostrum reddend inde penitus exonerari ut est iustum Teste Willimo Periam Milite apud Westm vicesimo quinto die Januarij Anno Regni nostri Quadragesimo. Jo Tayler Deputat Edw Stafford Mil

Vigore huius Brevis emanavit Relaxatio Sequestrationis fructuum ecclesie parochialis de Chekerell predict decimo die mensis ffebruarij Anno Domini iuxta Computationem ecclesie Anglicane Millesimo quingentesimo Nonagesimo septimo

Relaxacio sequestr de Chekerell Brist Dioc

Undecimo die mensis ffebruarij Anno Domini iuxta Computationem ecclesie Anglicane Millesimo quingentesimo nonagesimo septimo, vigore Brevis regij emanavit relaxatio sequestrationis fructuum ecclesie parochialis de Beggebrooke Oxon Dioces &c

Relaxacio sequestracionis fructuum ecclesie parochialis de Beggebroke

Johannes divina providentia Cantuarien Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus; Dilecto nobis in Christo ffrancisco Bradley de Langham Norwicen Dioces, nostreque Cantuarien Provincie Diacono salutem et gratiam. Ad peragendum Officium Curati parochialis tam in ecclesia parochiali de Langham predict, quam in quacunque alia ecclesia parochiali in et per Dioces Norwicen ubilibet constitut in precibus communibus, alijsque ministerijs ecclesiasticis que ad Officium Diaconi pertinent, donec ad ordines presbiteratus promotus fueris, et postquam Ordines presbiteratus adeptus fueris, ad peragendum Officium presbyteri tam in dicta ecclesia parochiali de Langham quam alia quacunque ecclesia parochiali in et per Dioces Norwicen predict ubilibet constitut in precibus Communibus alijsque documentis licitis et honestis ex iuxta formam descript in libro publicarum precum authoritate Parliamenti huius regni Anglie edit et stabilit, ac regias iniunctiones in ea parte publicatas et non aliter neque alio modo: Tibi de cuius fidelitate, morum integritate, et sane conscientie puritate plurimum confidimus prestito primitus per te Iuramento supremitatis regie Maiestatis, subscriptisque etiam per te Articulis Convocationum consensum Religionum concernen liberam tenore presentium Licentiam, facultatem, potestatem, et authoritatem concedimus et impertimur per presentes Ac te ad infrascripta preficimus et deputamus per presentes eo duntaxat duratur donec et quousque aliter nobis visum fuerit, et donec et quousque Catechismos in se complecten vera Christiane Religionis rudimenta et Institutiones authoritate ecclesie Anglicane nunc approbatas ubicunque Animarum Curam in te susceperis peragendum omnibus et singulis diebus Dominicis et ffestivis publice parochianis ibidem instituas, et pro viribus tuis doceas eosque inde examines: In cuius rei Testimonium Sigillum quo in hac parte utimur presentibus apponi fecimus. Dat decimo quinto die mensis ffebruarij Anno Domini iuxta Computationem ecclesie Anglicane Millesimo quingentesimo Nonagesimo septimo: Et nostre Translationis Anno decimo quinto

Lra in formam Curat concess ffrancisco Bradley Diacono

Vicesimo tertio die mensis ffebruarij Anno Domini iuxta computationem ecclesie Anglicane Millesimo quingentesimo nonagesimo septimo, emanavit Exemplificatio sub Sigillo vicarij generalis Reverendissimi in Christo patris Domini Johannis Archiepiscopi Cantuarien &c Testamenti Thome Baker dum vixit parochie Sancti Dunstani Civitatis London defuncti, quod quidem Testamentum probatum fuit coram magistro Doctore Yale quodam vicario generali dicti Reverendissimi patris

Exemplificacio testamenti Tho Baker

Johannes divina providentia Cantuar Archiepiscopus totius Anglie Primas

Lre dimissorie Johis Raynard

Primas et Metropolitanus Dilecto nobis in Xpo Johanni Raynarde de in Comitatu Kancie nostreque Cantuarien Dioces Diacono in Artibus magistro Salutem et gratiam. Vt a Reverendo in Xpo patre Domino Thoma Winton Episcopo in quacunque ecclesia parochiali per Provinciam nostram Cantuarien vbilibet constituta ad omnes sacros ordines quos nondum es assequutus iuxta morem et ritum ecclesie Anglicane in ea parte pie et salubriter edit et ordinat licite valeas promoveri Dummodo moribus, etate et literatura idoneus repertus fueris, Super quibus Ordinantis Conscientiam districte oneramus, aliudque Canonicum tibi in ea parte non obsistat impedimentum, Licentiam et facultatem nostras tam dicto Reverendo patri Domino Thome Winton Episcopo antedicto hmoi Ordines conferendi, quam tibi eosdem recipiendi benigne concedimus et impertimur per presentes. In cuius rei Testimonium Sigillum quo in hac parte vtimur presentibus apponi fecimus. Dat Secundo die mensis Marcij Anno Domini iuxta Computationem ecclesie Anglicane Millesimo quingentesimo nonagesimo septimo Et nostre Translationis Anno decimo quinto

Lic vescendi carnibus Due Knightlie

Johannes divina providentia Cantuarien Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus: Honorande femine Elizabethe Knightlie vxori Domini Richardi Knightlie Militis nunc infra Civitatem et Suburbia Civitatis London nostreque Cantuarien Provincie Salutem et gratiam. Cum Leges ad omnium vtilitatem condite ad salutem singulorum de rigore suo aliquid remittere etiam ipse cupiant, Nos partim ex relatione tua, partim magistri Doctoris Barnsdall Medici Testimonio intelligentes te nonnullis et diutius corporis tui infirmitatibus ita affectam fuisse et esse, quod piscium esus sanitati corporis tui contrarius et admodum nocivus existat, Ac propterea sanitatem tuam ex animo exoptantes, permittimus et indulgemus tibi vt vna cum duobus alijs tuo arbitrio eligendis, carnibus cum debita gratiarum actione quibuscunque diebus et tempore publice vetitis integra Conscientia pro hoc Quadragesimali tempore tantum vesci possis. Proviso tamen quod sobrie id et frugaliter, caute item, et ad vitandum publicum scandalum quoad eius fieri possit, secrete non palam facias, nec ad dictam valitudinis causa tibi permissam alios convivas aliter quam superius est expressum admittas, Canonis Constitutionibus in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque. In cuius rei Testimonium Sigillum quo in hac parte vtimur presentibus apponi fecimus. Dat Secundo die mensis Marcij Anno Domini iuxta Computationem ecclesie Anglicane Millesimo quingentesimo nonagesimo septimo Et nostre Translationis Anno decimo quinto

Thome Pedman et Anne eius vx

Eisdem die et Anno emanavit Similis Licentia vescendi carnibus Thome Pedman generoso, et Anne eius vxori Civitatis London etc cum duobus vel tribus alijs eorum arbitrio eligendis etc.

Domine Townsend

Tertio die eiusdem mensis Marcij Anno Domini iuxta Computationem ecclesie Anglicane Millesimo quingentesimo nonagesimo septimo, Emanavit similis Licentia vescendi carnibus egregie femine Domine Jane Townsend parochie Sancti Egidij extra Creplegate London etc cum duobus alijs suo arbitrio eligendis durante hoc Quadragesimali tempore tantum cum hac provisione quod soluat sex solidos, et octo denarios Ciste pauperum parochie sancti Egidij iuxta Statutum in ea parte nuper editum etc.

Dci Dunn

Sexto die mensis Marcij Anno Domini iuxta Computationem ecclesie Anglicane Millesimo quingentesimo nonagesimo septimo, Testimonio magistri ~~Doctoris~~ Foster Medici, Emanavit similis Licentia vescendi carnibus venerabili viro Danieli Dun Legum Doctori etc et eius vxori vnacum duobus alijs suo arbitrio eligendis durante hoc Quadragesimali tempore cum hac provisione quod soluat sex solidos et octo denarios Ciste pauperum parochie vbi habitat. iuxta Statutum in ea parte nuper editum

viro Francisco Clerk et eius vx

Tertio die mensis, Marcij Anno Domini iuxta etc Millesimo quingentesimo nonagesimo septimo, Emanavit Licentia magistro Francisco Clerke – etc – Civitatis London generoso, et Francisce Clerke eius vxori vescendi carnibus hoc quadragesimali tempore etc cum duobus alijs eorum arbitrio eligendis etc cum provisione quod soluat sex solidos et octo denar Ciste pauperum parochie vbi habitat iuxta formam

Statuti in ea parte nuper editi /

Sexto die mensis Martij predict' Emanauit Licentia mro Richardo Stanley Armigero et Anne uxori dicti Richardi vescendi carnibus hoc Quadragesimali tempore tantum et cum prouisione quod soluant sex solidos et octo denarios Cistę pauperum parochię ubi habitant iuxta formam Statuti in ea parte nuper editi &c

Stanley lic

Johannes divina providentia Cantuar Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus Dilecto nobis in xpo Richardo Reynoldes in Academia Oxonie Studenti Salutem et gratiam: Ut a Reverendo in xpo patre et venerabili confratre nostro domino Geruasio eadem providentia Wigorn Episcopo in quacunque ecclesia ubi moram traxerit per Provinciam nostram Cantuarien ubilibet constitut', ad omnes sacros ordines quos nondum es assecutus iuxta morem et ritum ecclesię Anglicanę in ea parte pie et salubriter edit' valeas promoveri: Dummodo moribus, etate, et literatura idoneus repertus fueris, observatis in omnibus quę per Constitutiones ecclesiasticas nuper editas et regia authoritate promulgatas in ea parte requiruntur; Super quibus Ordinantis conscientiam districte oneramus, ac modo aliud Canonicum tibi in ea parte non obsistat impedimentum Licentiam et facultatem nostras tam dicto Reverendo patri confratri nostro hmoi Ordines conferendi quam tibi eosdem recipiendi benigne concedimus et impertimur per presentes. In cuius rei testimonium Sigillum quo in hac utimur presentibus apponi fecimus. Dat' Vicesimo die mensis Martij Anno Domini iuxta Computationem ecclesię Anglicanę Millesimo quingentesimo nonagesimo septimo. Et nostre Translationis Anno decimo quinto /

Lre dimissorie fact Richo Reynoldes

Vicesimo quarto die mensis Martij Anno Domini &c iuxta Computacoem ecclie Anglicanę Millesimo quingentesimo nonagesimo septimo, Emanarunt Similes litere Dimissorię pro Roberto Smythe de Academia Oxoniensi in Artibus magistro directę Episcopo Wigorn ad conferendum eidem Roberto Smythe Ordines sacros in quacunque ecclesia parochiali ubi moram traxerit per Provinciam Cantuarien

Lre di' fact Robto Smythe

Johannes divina providentia Cantuarien Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus **Dilecto** nobis in xpo Alexandro Reade in Artibus magro Sancte Catherine prope turrim London Salutem et gratiam. Cum ex fide digna relatione acceperimus te in arte Chirurgię per non modicum tempus versatum fuisse multisque de salute et sanitate corporis vere desperatis (Deo Omnipotente iuvante) subvenisse, eosque et sanasse: Necnon in arte Chirurgica predict' multorum peritorum laudabili testimonio, pro experientia, fidelitate, diligentia, et industria tuis circa curas quas susceperis peragendas in hmoi Arte Chirurgię merito commendatum esse: Ad practicandum igitur et exercendum dictam Artem Chirurgicam in et per Dioces' Cantuarien London Norwicen et Elien ex causis predictis et alijs nos in hac parte iuste moventibus, quantum nobis per Statuta huius regni Anglię liceat, et non aliter neque alio modo te admittimus et approbamus: Tibique prestito primitus per te Iuramento tam de agnoscendo regiam supremam potestatem in causis ecclesiasticis et temporalibus quam de renunciando, recusando et refutando, omni et omnimode Iurisdictioni, potestati, autoritati et superioritati forancis, iuxta vim formam et effectum Statuti Parliamenti huius inclyti Regni Anglię in ea parte editi et provisi Licentiam et facultatem in hac parte tenore presentium quamdiu te bene et laudabiliter gesseris concedimus et elargimur: In cuius rei Testimonium Sigillum quo in hac parte utimur presentibus apponi fecimus: Dat' vicesimo secundo die mensis Martij Anno Domini iuxta Computationem ecclesię Anglicanę Millesimo quingentesimo Nonagesimo septimo Et nostre Translacois Anno decimo quinto. /

Lia ad practicand arte Chirurgię concess Alexandro Reade

Eisdem die mense et Anno Emanauit Similis Licentia Pancratio Lane Sancte Catherine prope Turrim London in et per Dioceses London, Winton, Sarum, Bristollien et Exon.

Similis Lia Pancratio Lane

Johannes divina providentia Cantuariensis Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus **Dilecto** nobis in xpo Willmo Anselme presbitero Vicario de Mitcham in Com' Surr' Winton dioces' nostreque Cantuar' Provincie Salutem et gratiam. Ad instruend', erudiend', et informand' quoscunque pueros in Literis

Lia erudiend pueros concess Willmo Anselme presbitero

Gramaticalib'

Grammaticalibus, aliisque documentis licitis et honestis, ac de Iure, legibus ac huius regni Anglie Ordinationibus, Statutis, ac regiis iniunctionibus in ea parte permissis et approbatis tam infra parochiam de Mitcham predict, quam diu fueris vicarius ibidem quam postea in quocunque loco publico tuo arbitrio eligend in et per totam Provinciam nostram Cantuarien ubilibet constitut. Tibi de cuius fidelitate, literarum scientia, morum probitate, sana doctrina et diligentia plurimum confidimus, primitus Iuramentum de agnoscendo Regiam supremam potestatem &c prestanti, necnon Articulis &c subscribenti plenam in Domino tenore presentium concedimus potestatem pariter et facultatem: Inhibemus preterea tam Dionisio ffrere literato in specie, quam omnibus et singulis aliis quibuscunque in genere, ne ipsi Ludimagistri officium infra dictam parochiam de Mitcham in tui prefati Willmi Anselme preiudicium authoritate nostra, vel quacunque alia authoritate nobis inferiori publice exerceant, vel aliquos pueros in Literis Grammaticalibus, publice edoceant sub pena contemptus: In cuius rei Testimonium Sigillum quo in hac parte utimur presentibus apponi fecimus. Dat Tricesimo die mensis Martij Anno Domini Millesimo quingentesimo nonagesimo octavo. Et nostre Translationis Anno decimo quinto / E /

Lre dimissor Johanni Steere

Septimo die mensis Aprilis Anno Domini Millesimo quingentesimo Nonagesimo octavo, Emanarunt Litere Dimissorie pro Johanne Steere de Academia Cantabrigiensi in artibus Baccalaureo directe Episcopo Roffen ad conferendum eidem Johanni Steere sacros ordines in quacunque ecclesia ubi moram traxerit per Provinciam Cantuarien / E /

Lra erudiend pueros concess Henrico Marsdon

Vicesimo Nono die mensis Aprilis Anno Domini Millesimo quingentesimo nonagesimo octavo per venerabilem virum Edwardum Stanhope Legum Doctorem vicarium in Spiritualibus generalem Reverendissimi patris Domini Archiepi Cantuar &c, Concessa fuit Licentia Henrico Marsden de Buckenham nova Norwicen Dioc Cantuariensisque Provincie Clerico in Artibus Baccalaureo ad instruendum quoscunque pueros in Literis Grammaticalibus, aliisque documentis licitis et honestis &c in quocunque loco publico vel privato, in et per Dioces Elien et Norwicen ubilibet constitutas &c, prestito primitus per eum Iuramento supremitatis regie Maiestatis &c, subscriptisque per eum Articulis Convocationum consensum religionum concernen &c Ad beneplacitum duratur &c / E /

Bre certific tangen admiss Willi Tilner ad ecclam de Burstow

Elizabetha Dei gratia Anglie ffrancie et Hibernie Regina fidei Defensor &c, Reverendissimo in Christo patri Domino Johanni providentia divina Cant Archiepo totius Anglie Primati et Metropolitano, Salutem. Volentes certis de causis quod Barones de Scaccario nostro per vos certiorentur, utrum quidam Willmus Tilner Clericus aliqualiter admissus sive institutus fuit ad Rectoriam de Burstowe in Comitat Surrie, et si admissus fuerit, utrum eidem aliquando cessit, aut eandem in manus alicuius ordinarij cuiuscunque resignaverit, aut vacuam dimiserit, aut ab eadem aliqua causa amotus vel deprivatus fuerit, quos fructus et que emolumenta inde recepit, percepit, aut habuit, et inde qua de causa eadem frui et gaudere nequivit, Vobis precipimus quod diligenti indagine scrutatis Registris et aliis Archivis vestris, ac aliis viis mediis et modis quibus melius sciveritis aut poteritis, quicquid pro certitudine premissorum inveneritis prefatos Barones nostros apud Westmonaster in Quindena Pasche prox futur sub Sigillo vestro autentico et manus proprie subscriptione distincte, luculenter et aperte in pergamento fideliter script certiores reddatis una cum hoc Brevi nostro Teste Willmo Periam Milite apud Westmonaster decimo tertio die ffebruarij Anno Regni nostri Quadragesimo

Cert tangen adm Willi Tilner ad ecclam Rcor de Burstowe

Honorabilibus et egregiis viris Dominis Baronibus Curie Scaccarij Illustrissime in Christo principis et Domine nostre Domine Elizabethe Dei gratia Anglie ffrancie et Hibernie Regine fidei Defensor &c et eiusdem Curie Thesaurario, ceterisque in eadem a Consilijs, Johannes divina providentia Cantuar Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus Salutem in Domino, Breve supradicte Domine nostre Regine presentibus annexum cum ea qua decuit reverentia et subiectione humiliter recepimus exequend. Cuius vigore pariter et auctoritate scrutatis diligenter de mandato nostro Registris et alijs Archivis nostris et Officij Registrariat' nostri principalis fideliter custoditis comperimus: Quod Decimo quinto die mensis Novembris Anno Domini Millesimo quingentesimo Nonagesimo sexto, Willmus Tickner Clericus in Brevi regio presentibus annexo nominatus ad ecclesiam parochialem de Burstowe Decanatus de Croydon in Comitat' Surr' in brevi regio etiam presentibus annex' nominat' admissus fuit, ad presentationem Domini Thome Sherlie senioris Militis pretendentis se esse Patronum eiusdem ecclesie per mortem naturalem Caroli Mawdesly ultimi Incumbentis ibidem vacantem et quod in eadem inductus fuit Decimo sexto die dicti mensis Novembris Anno Domini Millesimo quingentesimo nonagesimo sexto predict': Quodque tamen dictus Willmus Tickner nullos eiusdem ecclesie fructus vigore institutionis et inductionis sue predict' recepit aut habuit prout ex fide digno Testimonio Gardianorum et Edituum dicte parochie nobis relatum est: Quodque vicesimo quinto die mensis Novembris Anno Domini Millesimo quingentesimo nonagesimo sexto predict' in Edibus Advocatorum alme Curie Cantuarien' de Arcubus London, Coram magistro Richardo Cosin legum Doctore tunc Vicario nostro in Spiritualibus generali, et Officiali principali Judicialiter et pro Tribunali sedente Comparuerunt personaliter dicti Dominus Thomas Sherlie senior Miles, et Willmus Tickner Clericus nuper (ut prefertur) presentatus ad dictam ecclesiam parochialem de Burstowe, et allegarunt et fassi sunt respective quod dictus Dominus Sherlie errore ductus, et sine aliquo iusto titulo presentavit dict' Tickner ad dictam ecclesiam, et quod dictus Tickner ad dictam ecclesiam suggesta falsitate vigore et colore presentationis predict' admissus institutus et inductus fuit ad et in eandem: Et tunc et ibidem dictus Dominus Sherlie ex causis (ut asseruit) predictis, et presertim ex eo quod ut asseruit, Jus patronatus eiusdem ad dictam Illustrissimam Dominam nostram Reginam, et non ad eum spectat cancellavit dictas literas presentationis sic (ut prefertur) per eum factas et dictus Tickner tunc et ibidem cancellavit literas Institutionis et Inductionis predict', et cetera Instrumenta dictam ecclesiam tangentia sibi facta, easdemque exhibuit et penes Registrum cancellatas reliquit, et dictus vicarius noster in Spiritualibus generalis pronunciavit decrevit et declaravit admissionem institutionem et inductionem dicti Tyckner predict' fuisse et esse vacuam, et de Jure nullas ipsis Domino Sherlie et Tyckner acquiescentibus omnibus et singulis premissis sic (ut prefertur) gestis, eademque approbantibus, et renunciantibus omni appellationi et Juris remedio eis quovismodo competen' sive competitur in hac parte: Quodque postea vizt tertio die mensis Junij Anno Domini Millesimo quingentesimo nonagesimo septimo, Thomas Maister Clericus sacre Theologie Bacchalaureus admissus fuit ad dictam ecclesiam parochialem de Burstowe per mortem naturalem dicti Caroli Mawdeslie clerici ultimi Rectoris et Incumbentis ibidem vacan' ad quam per dictam Serenissimam Dominam nostram Reginam ipsius ecclesie parochialis veram et indubitatam patronam presentatus extitit, Atque vicesimo septimo die mensis Junij predict' in realem actualem et corporalem possessionem dicte ecclesie parochialis de Burstowe inductus fuit, omnesque et singulos fructus et proventus dicte ecclesie parochialis collectos continuo citra mortem dicti Caroli Mawdeslie nuper Incumbentis ibidem percepit et habuit: Quodque premissorum pretextu dictus Willmus Tyckner eadem ecclesia parochiali de Burstowe frui et gaudere nequivit: Que omnia et singula ita se habere et vera esse vestris reverentijs significamus per presentes: In cuius rei Testimonium Sigillum quo in hac parte utimur presentibus apponi fecimus: Dat' Quarto die mensis Maij Anno Domini Millesimo quingentesimo Nonagesimo octavo: Et nostre Translationis Anno decimo quinto.

Bre regine de suffedendo de Maningforde Abbatis

Elizabeth Dei gratia Anglie ffrancie et Hibernie Regina fidei Defensor &c, Reverendissimo in Christo patri Domino Johanni providentia divina Archiepiscopo Cantuar' totius Anglie Primati et Metropolitano, salutem. Cum per Breve nostrum clauso sigillo Curie Scaccarij nostri sigillat' nuper assignaverimus vos ad sequestrand' et in manus nostras seisiend' inter alia omnia et singula redditus revenues, exitus, proficua, fructus, commoditates, glebas, decimas, oblationes, pentiones, portiones et alia emolumenta et proficua quecumque ad Rectoriam de Maningforde Abbatis in Comitat' Wiltes Thoma Bromley Clerico Incumbent' ibidem spectan et pertinen in quorumcunque manibus possessione sive occupatione illa vel eorum aliqua existerent, et ad alia exequend prout in Brevi predict plenius liquet et apparet Vobis precipimus quod executioni Brevis predict tantummodo quoad Rectoriam de Maningford Abbatis in Comitat predict et eundem Thomam Bromley Clericum Incumbentem ibidem, et eius firmar tenen et occupator supersedeatis omnino, Commodaque fructus et emolumenta eiusdem Rectorie si que inde ea occasione et non alia ceperitis incumben predict liberetis seu liberari faciatis indilate volumus enim vos in Compoto vestro ad Scaccarium nostrum reddend penitus inde exonerari vt est iustum. Teste Willmo Periam apud Westmonaster Quarto die Maij Anno Regni nostri Quadragesimo

Relaxatio Sequestrat fructuum eccli Rectorie de Manyngford Abbate Sarum Dioc

Iohannes divina providen Cantuarien Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus. Dilectis nobis in Xpo Edwardo Coke Armigero Serenissime in Xpo Principis et dne nre dne Elizabethe dei gra Anglie Francie et hibernie Regine fidei defensor etc Attornato generali honorande femine Elizabethe Hatton als Coke relicte Willmi hatton militis, filie prenobilis viri dni Thome Baronis Burghley, necnon henrico Boswell presbro Rectori de Okover in Com Darbie, ac etiam prefato venli viro Thome domino Burghley, et dne Dorothee Burghley eius uxori, Willmo Cicill Armigero, et dne Elizabeth eius uxori et Anthonio Ashley militi Gratiam et benedictionem in auctore salutis. Ex parte vra et uniuscuiusque vrum nobis humiliter est supplicatum et ostensum. Quod cum vos Edwardus Coke Armiger et domina Elizabetha Coke als hatton matrimonium ad invicem contraxeritis, illudque in privatis edibus infra parochiam Sci Andree in holborne in suburbijs Civit London, London diot, nrequ Cantuarien provincie, sexto die instantis mensis Novembris solemnizaveritis seu solemnizari procuraveritis per magrum henricum Boswell Rectorem de Okover predict, iuxta tamen formam libri publicarum precum auctate Parliamenti, anno primo Illustrissime dne nre Regine Elizabethe editi et promulgati, nulla primo bannorum publicatione, saltem in ecclia aliqua precedente, et absque aliqua licentia dispensatione in ea parte primo habita et obtenta, cuius unionis solemnizationi clandestine, vos dnus Thomas Baro de Burghley et dna Dorothea Burghleigh, Willmus Cicill Armiger et domina Elizabetha Cicill ac Anthonius Ashley miles interfuistis, clavem et auctatem Ecclesie in ea parte negligendo, eoque intuitu in maioris excommunicationis sententiam, penasque de iure ecclesiastico ob dictum crimen debit, incideritis, ac singuli vrum inciderit. Vos tamen ac unusquisque vrum legum ecclesiasticarum offensionem, in ea parte iam sentientes per magrum Barker in legibus baccum, Alme Curie Cant procuratorum generalium unum, vrum in hac parte procuratorem legitime constitutum, a nobis humiliter petijstis, ac quilibet vrum petijt, ut vobis et vrum cuilibet de aliquo remedio oportuno gratiose in hac parte providere velimus. Nos igitur considerantes quod errore tantum, ac iuris in ea parte ignorantia animo minime obdurato, nec contemptui dedito, in dictas penas incidistis, quodque in vere vre resipiscentie testimonium nobis in hac parte vos submisistis, ac unusquisque vrum per procuratorem suum suprascriptum se submisit. Cum ecclia Xpi nulli ad se redeunti gremium claudat, Nos vti dignum vris humilibus in ea parte supplicationibus inclinantes et annuentes, facta primo fide per prefatum magrum Edwardum Barker vrum in hac parte procuratorem predictum in animam et noie singulorum et uniuscuiusque vrum de parendo iuri et stando mandatis ecclie tam vos prefatos Edwardum Coke, ac dnam Elizabetham hatton als Coke quam te prenominatum henricum Boswell presbrum, ac dnum Thomam Burleigh Baronem Burley ac dnam Dorotheam Burghleigh Willmum Cicill Armigerum et Elizabetham uxorem suam ac dnum Anthonium Ashley militem, a quibuscumque excommunicationis maioris seu minoris suspensionis, ac interdicti sententijs et alijs censuris et penis ecclesiasticis quibuscumque in quibus de iure facto aut Canone innodati et irretiti ratione premissorum fuistis, quantum in nobis est et quantum de iure, legibus statutis constitutionibus et Canonibus ecclie Anglicane possumus auctate nra Metropolitica absolvimus, et pro absolutis ad omnem iuris effectum per presentes haberi volumus, pristinoque vestro statui quantum in nobis est auctate predicta vos et quemlibet vrum restituimus, ac pro sic restitutis pronunciamus decernimus et declaramus per presentes. Ac in omnium et singulorum sic per nos ut prefertur gestorum fidem et testimonium has nras tras testimoniales fieri fecimus. Dat sub sigillo nro quo in hac parte utimur septimo Novembris Anno dni 1598. Et nre Transl Anno decimo sexto.

Dispensatio pro unione solemnizata inter Edwardum Coke et dnam Elizabetham hatton als Coke eius uxorem.

Certm Scaccario sup Institucionibus

Honorabilibus et egregijs viris Dominis Baronibus Curie Scac-
carij Illustrissime in Christo principis et Domine nostre Dne Elizabeth Dei gratia Anglie
Francie et Hibernie Regine fidei Defensor etc, et eiusdem Curie Thesaurario
Ceterisque in eadem a Consilijs: Johannes diuina prouidentia Cantuar Archiepus
totius Anglie Primas et Metropolitanus salutem in Dno sempiternam ac fidem
indubiam presentibus adhiberi: Breue dicte Illustrissime Domine nostre Regine
(presentibus annex) nuper cum ea qua decuit reuerentia obedientia et subiectione humi-
liter recepimus exequend, Cuius vigore pariter et auctoritate scrutatis diligenter de mandato
nostro Registris et Archiuis nostris sub Custodia Thome Redman et Johannis
Creston notariorum publicorum officium Registrariatus nostri principalis exercentium
existen et fideliter Custoditis, Nomina et cognomina omnium et singulorum Clericorum
ad quecunque beneficia, officia, dignitates, prebendas, vel promotiones spuales tam
infra Dioces et Jurisdictionem nram quam Prouinciam nram Cantuar a ffesto
sancti Michaelis Archangeli Anno Dni 1598 vsque ad festum sancti Michaelis
Archangeli vlt preterit Anno Dni 1599 iam curren, per nos et auctoritate nra
admissorum vnacum annotatione et descriptione dierum mensium et annorum ad-
missionum et institutionum eorundem Clericorum in huiusmodi Registris nostris mentio-
nat in schedula presentibus annex) describi fecimus et mandauimus: Que omnia et
singula ita se habere et vera esse vobis harum serie iuxta tenorem Breuis
Regij predict, quatenus ex Registris et Archiuis nris pred constare possit duximus
significand per presentes: In cuius rei Testimonium Sigillum quo in hac parte vtimur
presentibus apponi fecimus. Dat primo die mensis Octobris Anno Dni Millesimo quin-
gentesimo nonagesimo nono; Et nostre Trans Anno decimo septimo

Institucoes que in hoc Certio continentur sentur super pchiati

Lia permutand Platt et Sheppard

Johannes diuina prouidentia Cantuar Archiepus totius Anglie Primas
et Metropolitanus: Dilectis nobis in Christo Dauidi Platt presbro in artibus magro
Rectori ecclie parochialis de Gadneston als Gunston iuxta ffeuersham nostre Cantuar
Dioces, et Johanni Sheppard presbro Rectori ecclie parochialis sancti Alphegi in Ciui-
tate Cant etiam nostre Cant Dioces salutem et gratiam: Porrecta nobis nuper ex
partibus vestris petitio continebant, quod vos ex certis iustis rationabilibus et honestis
causis animos vros mouentibus, quasdam resignationes et finales dimissiones et Cessiones per
modum et ex causa permutationis dictarum ecclesiarum faciend in animo habetis et magno-
pere desideratis, modo Licentiam nostram in hac parte assequi poteritis. Nos huiusmodi vris
petitionibus pro parte nostra fauorabiliter inclinati: Ad tractand et Communicand de
et super permutatione dictarum ecclesiarum, et ad resignand easdem per modum et ex
causa permutationis in manus nras aut vicarij nostri in Spualibus generalis, aut
alterius cuiuscunque easdem resignationes admittendi potestatem habentis vel habituri,
Dummodo inter vos (Simoniaca prauitas non interuenerit) Licentiam et ffacultatem
nostras ordinarias quantum in nobis est et Jura Regni patiuntur et non aliter neque alio modo
harum serie concedimus et elargimur. In cuius rei Testimonium Sigillum quo in hac
parte vtimur presentibus apponi fecimus. Dat decimo septimo die mensis Octobris Anno
Dni millesimo quingentesimo nonagesimo nono, Et nostre Translationis Anno decimo
septimo.

Lia permutand Platt et Cole

Eisdem die mense et anno, Concessa fuit similis Licentia communicandi
Dauidi Platt presbro in artibus magro, vicario vicarie perpetue ecclesie parochialis
sancti Dunstani prope muros Ciuitatis Cantuar, Cantque Dioces, et Johanni
Cole presbro vicario vicarie perpetue ecclie parochialis de Graueny in Com Kanc
dicteque Cantuar Dioces

Lia inservien Cure concessa Johi Hugges

Vicesimo quarto die mensis Octobris Anno Dni Millesimo quingentesimo
nonagesimo nono per venerabilem virum Edwardum Stanhope Legum Doctorem vica-
rium in Spualibus generalem Reuerendissimi patris Dni Johannis Archiepi Cantuar
etc concessa fuit Licentia Johanni Hughes in artibus Bachalaureo inseruiend cuicunque

Curae

pueros in Literis Grammaticalibus &c in quorumque loco publico in et per totas Dioces Glocestren, Herforden, Exon, Landaven, et Menevien Cantuarie Provincie ubilibet constitut, prestito primitus per eum Juramento agnitionis supremitatis regie Maiestatis subscriptisque articulis Religionis &c, de quibus consensum est &c, Anno Dni 1562, Ad tollend opinionum varietatem &c ad beneplacitum Reverendissimi duratur &c.

Johannes divina providentia Cantuar Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus; Custodi et Scholaribus domus Scholarium de Merton in Oxonia Salutem in Domino sempiternam. Cum nuper in domo de Merton predict de electione officiariorum eiusdem domus orta fuerit discordia, Illudque negotium ad Audientiam nostram, tam quoad electionis materiam, quam quoad Correctionem et punitionem transgredientium regulam dicte domus, nobis discutiendum et determinandum detuleritis, ac nos pro Commisso et credito nobis per fundatorem vestrum bone memorie Walterum de Merton, Episcopum quondam Roffensem dicte domus patronum, electionis negotium discusserimus, idemque (prout nobis visum fuit magis utilitati et Commodo dicte domus convenire) prioribus Literis nostris e manerio nostro de fforde ad vos datis definiverimus, correctionem autem contra dicte domus regulam delinquentium hactenus distulerimus: Nunc igitur totius rei serie per nos diligentius examinata, planeque perspecta, sic in eadem procedendum ac finaliter determinandum existimavimus. Cum itaque tam ex disertis verbis regule dicte domus sub Capitulo tricesimo cautum existat, ut senior seu vicecustos et Capellanum, necnon et illi tres qui ad exitus et proventus terrarum et possessionum dicte domus excipiendos et reservandos assignandi fuerint per ipsum Custodem et quinque senioribus aliis dicte domus ad hoc specialiter deputandis, vice omnium provideantur, quam etiam de interpretatione dicti Capituli de officiariorum electione et ex decreto idem perpetuo valituro per Willmum bone memorie quondam Archiepum Cantuar predecessorem nostrum in manerio de Croydon octavo die mensis Octobris Anno Dni millesimo tricentesimo nonagesimo et sue translationis nono dat declaratum et definitum sit, electiones officiariorum sine consensu Capitis superioris contemptum conspirationes et conventicula, que domus predict scholares a studii profectu abducerent, operari: Cumque etiam in Capitulo decimo sexto Regule dicte domus expresse statutum sit, ut nulli in sustentatione, aut bonis eiusdem domus ius habere, aut aliquid sibi vendicare possint, nisi dum adeo humiles, obedientes ac tolerabiles fuerint et modesti, ut Custos et socii dicte domus conversationem eorum, ac in suis rudimentis diligentiam approbaverint et eorum societate absque contentione et murmure, seu scandalo fuerint contenti: Jamque nos causa cognita, magros Gasperum Colman, Richardum ffisher, Robertum Brisenden et Beniaminum Bentham hac in parte culpabiles comperimus, eorum singulos pro cuiusque ipsorum delicti qualitate, iuxta sequentem formulam puniendos esse censuimus, et pro nostra in ea parte authoritate punimus. Primum igitur predictum Gasperum Colman omni societatis Jure quod in dicta domo de Merton quoquo modo obtinet penitus privamus et privatum esse pronunciamus, Richardum vero ffisher ab omni emolumento et commodo e predicta domo percipiendo, et a suffragandi insuper potestate, per integrum annum, et deinceps etiam usque eo donec nobis aliter visum fuerit, Beniaminum autem Bentham per tres menses et Robertum Brisenden per duos menses, ac illorum etiam utrumque ulterius donec nobis aliter videbitur, excludendos et suspendendos etiam decernimus, prout nos etiam tenore presentium illos excludimus et suspendimus. Dat apud manerium nostrum de Lambeth vicesimo primo die mensis Octobris Anno Dni millesimo quingentesimo nonagesimo octavo, Et translationis nostre Anno decimo sexto. Jo: Cantuar.

Suspensio Richardi ffisher pro uno anno

Salutem &c. fforasmuch as this bearer Mr Richard ffisher beinge heretofore suspended by me from the proffitts of his fellowshipp in that Colledge, hath nowe fully accomplished the tyme of his suspension, and made his humble submission unto me accordingly; These are aswell to signifie to you, that I have restored him and by theise presents doe restore him into his place agayne, as also to require you that you suffer him to enioy the proffitts and emoluments of his saide ffellowshipp in like sorte as other the fellowes of your Colledge doe, Onely his

Restitutio Dni Richi ffisher

degre

were excepted at your next election of officers there, which I do as yet reserve still to my selfe. And so &c. Dat xxvij° Octobris 1599

L're dimissorie Willmi Clerke

Johannes divina providentia Cantuar' Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus. Dilecto nobis in xpo Willmo Clerke de Adesham in Comitat Kancie nostre Cant' dioces' in artibus magro Salutem et gratiam. Ut a quocunque Episcopo catholico officij sui executionem obtinen' et exercen' in Eclesia ubi Episcopus hmoi moram traxerit per Provinciam nostram Cantuar' ubilet constitut' ad omnes sacros ordines (quos nondum es assequutus) iuxta morem et ritum ecclesie Anglicane in ea parte pie et salubriter edit' et ordinat' licite valeas promoveri: Dummodo etate moribus et literatura idoneus repertus fueris, observatis in omnibus que per Constitutiones ecclesiasticas nuper editas et regia auctate promulgatas in ea parte requiruntur: Super quibus Ordinantis conscientiam districte oneramus; Ac modo aliud Canonicum tibi in ea parte non obsistat impedimentum, Licentiam et facultatem nras tam cuicunque Catholico Episcopo hmoi ordines conferendi quam tibi eosdem recipiendi benigne concedimus et impertimur per pntes: In cuius rei Testimonium Sigillum quo in hac parte utimur pntibus apponi fecimus. Dat vicesimo sexto die mensis Octobris Anno Dni Millesimo quingentesimo nonagesimo nono, Et nostr' Translacois Anno decimo sexto .

A lett' of his Grace touching the admission of Proctors to Dr Stanhope

Salutem in xpo. Whereas earnest suite hath beene made unto mee in the behalfe of those parties whose names are here under written, That they might bee admitted Proctors in my Courte of the Arches: And for that I am likewise enformed that the most of them have been of longe tyme trayned up under the Exercentes of that Courte, whereby they are growen to such knowledge and experience as they are thought to bee verie fitt to bee Proctors presently: I have thought good for their better encouragement in their well doinge, to admitt them at this tyme Proctors there. But forasmuch as I have taken order heretofore uppon good Consideracon that the number of Proctors shall not bee above Twentie, which number is nowe full. My meaninge is not, that the parties undernamed shall bee otherwise admitted then in manner and forme followinge vizt. That they and everie of them do stande (non-exercentes) in my Court, untill such tyme as some of those places shall happen to fall voyde either by death or otherwise. And then that party be placed first in the same vacant which is first named and so successively one after an other in order as they are hereunder by name sett downe: I have signified soe much to the Deane of the Arches and therefore doe require to make out their Commissions for the same accordingly. Vale in xpo. ffrom Lambehith the second of November 1599. Yor assured lovinge freind Jo: Cantuar. Richard Chawner 1, John Price 2, ffrancis Wallis 3, Humfry Briggs 4, Peter Tetherington 5, John Leave 6, Robert Rawlins 7, John Lambe 8, John Bedell 9, Simon Thelwall 10, John Fuatt 11, John Lane 12, Thomas Hemminge 13, John Goughe 14, John Walsall 15, Roger Cole. Jo: Cantuar.

Commissio pro proctoribus admittendis

Johannes divina providentia Cantuar' Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus. Dilecto nobis in xpo ac venerabili viro Thome Bynge Legum Doctori alme Curie nostre Cantuar' de Arcubus London officiali aut alij dicte Curie Presidenti cuicunque Salutem et gratiam. Literarum scientia praxis in rebus gerendis aliaque virtutum et probitatis dona quibus dilectus nobis in xpo Richardus Chawner Notarius publicus

insignitur

insigniter nos merito inducunt ut personam illius favore benivolo prosequamur, Ad dispensandum igitur cum eodem Richardo Sharner et in numerum procuratorum generalium dictae Curiae recipi et admitti, (atque eadem procuratoris officium sub limitatione subscripta et non aliter) publice exercere valeat, ipsumque procuratorem dictae Curiae sub hac tamen lege et conditione quod stet non exercens in Curijs nostris donec numerus procuratorum exercentium infra numerum vicenarium decreverit, Et quod tunc dictus Richardus Sharner admittatur exercens in locum demortui vel cedentis, iuxta ordinem et senioritatem ei designatam sub manus nostrae signatura in literis nostris missiuis vobis in hac parte directis, sub dat secundi diei huius presentis mensis Novembris admittendum atque in numerum procuratorum generalium in eadem Curia, (sub modo forma ~~et~~ conditione et limitatione praedictis et non aliter neque alio modo) aggregandum Tibi vices nostras committimus ac plenam in Domino tenore presentium concedimus facultatem, Statutis et ordinationibus dictae Curiae in contrarium factis non obstantibus. In cuius rei Testimonium Sigillum quo in hac parte utimur presentibus apponi fecimus, Dat dicto secundo die mensis Novembris Anno Domini millesimo quingentesimo nonagesimo nono, Et nostrae Translationis Anno decimo septimo &

xxd pro [illegible] et al / [illegible] in [illegible] sub [illegible] [illegible]

Emanauit similis sub dat predict pro admissione Johannis Price notarij publici in procuratorem de Arcubus London &c

Emanauit similis sub dat predict pro admissione Ffrancisci Wailes notarij publici in procuratorem &c

Emanauit similis sub dat predict pro admissione Humfridi Biggs notarij publici in procuratorem &c

Emanauit similis sub dat predict pro admissione Petri Tetherington notarij publici in procuratorem &c

Emanauit similis sub dat predict pro admissione Johannis Leete notarij publici in procuratorem &c

Emanauit similis sub dat predict pro admissione Roberti Raulyns notarij publici in procuratorem &c

Emanauit similis sub dat predict pro admissione Johannis Lambe notarij publici et in artibus magistri in procuratorem &c

Emanauit similis sub dat predict pro admissione Johannis Bedill notarij publici in procuratorem &c

Emanauit similis sub dat predict pro admissione Simonis Theloall notarij publici in procuratorem &c

Emanauit similis sub dat predict pro admissione Johannis Suatt notarij publici in procuratorem &c

Emanauit similis sub dat predict pro admissione Johannis Lane notarij publici in procuratorem &c

Emanauit similis sub dat predict pro admissione Thome Hemminge notarij publici in procuratorem &c

Emanauit similis sub dat predict pro admissione Johannis Gough notarij publici in procuratorem &c

Emanauit similis sub dat predict pro admissione Johannis Walsall notarij publici in procuratorem &c

Emanauit similis sub dat predict pro admissione Rogeri Cole notarij publici in procuratorem &c

Lra Roberti Gilbert ad curand the gowte Crampe and sore Eyes

Johannes divina providentia Cantuar' Archiepiscopus totius Angliae Primas et Metropolitanus. Dilecto nobis in Christo Roberto Gilbert Civitatis London generoso salutem et gratiam. Quum ex fidedignorum testimonio acceperimus te nonnullos morbos articulares Spasm, et eorum Anglice vocat the gowte; Crampe and sore Eyes grauatos Deo omnipotente iuvante curasse et sanasse, et pro experientia fidelitate diligentia et industria tua circa Curas huiusmodi quas susceperis merito tam per nobiles quam per alios egregie perspicuas commendatum esse. Ad practicand igitur et exercend artem et scientiam tuam in dictis morbis curand et sanand in et per totam Provinciam nostram Cantuar ex causis predictis et alijs nos in hac parte iuste moventibus, quantum nobis per Statuta huius Regni —

Regni Angliae liceat et non aliter neque alio modo) te admittimus et approbamus Tibique prestito primitus per te Juramento tam de agnoscendo regiam supremam potestatem in causis ecclesiasticis et temporalibus quam de renunciando refutando et recusando omni et omnimoda Jurisdictioni auctoritati et superioritati forinsecis iuxta vim formam et effectum Statuti Parliamenti huius inclyti Regni Angliae in ea parte editi et provisi Licentiam et ffacultatem in hac parte tenore presentium, quamdiu te bene et laudabiliter gesseris benigne concedimus et elargimur. In cuius rei Testimonium sigillum quo in hac parte utimur presentibus apponi fecimus. Dat' vndecimo die mensis Decembris Anno domini millesimo quingentesimo nonagesimo nono, Et nostrae Translationis Anno decimo septimo

Lra tractand' concess' Thome Colfe et Laurentio Barker

Johannes divina providentia Cant' Archiepiscopus totius Angliae Primas et Metropolitanus Dilectis nobis in Christo Thome Colfe presbitero in Artibus magistro Rectori ecclesiae parochialis sanctae Mariae Bothawe Civitatis London decanatus de Arcubus London nostri et alias nostrae Cathedralis et Metropoliticae Christi Cantuar' Jurisdictionis immediatae et Laurentio Barker presbitero sacrae Theologiae Bacchalaureo vicario vicariae perpetuae ecclesiae parochialis de Burford in Comitatu et diocesi Oxon nostraeque Cant' Provinciae salutem et gratiam. Porrecta nobis nuper ex partibus vestris petitio continebat, Quod vos ex certis iustis rationabilibus et honestis causis animos vestros moventibus quasdam resignationes et finales dimissiones et Cessiones per modum et ex causa permutationis dictarum ecclesiarum faciend' in animo habetis et magnopere desideratis, modo Licentiam nostram in hac parte assequi poteritis. Nos huiusmodi vestris petitionibus pro parte nostra favorabiliter inclinati, Ad tractand' et communicand' de et super permutatione dictarum ecclesiarum et ad resignand' easdem per modum et ex causa permutationis in manus nostras aut Vicarij nostri in spiritualibus generalis aut alterius cuiuscumque easdem resignationes admittendi potestatem habentis vel habituri, (Dummodo inter vos symoniaca pravitas non intervenerit) Licentiam et facultatem nostras ordinarias quantum in nobis est et iura Regni patiuntur et non aliter neque alio modo harum serie concedimus et elargimur. In cuius rei Testimonium Sigillum quo in hac parte utimur presentibus apponi fecimus. Dat' vicesimo sexto die mensis Decembris, Anno domini millesimo quingentesimo nonagesimo nono, Et nostrae Translationis Anno decimo septimo

Citatio contra Willelmum Grenewith Archinum Salop' ut relaxet interdictum suum quod supposuit in ecclesiam Wenlock magna Archinat' pred', ad promot' gardianorum dicte pe, alioquin ad compar' [illegible] Westm' [illegible] intimand' &c.

Johannes divina providentia Cantuar' Archiepiscopus totius Angliae Primas et Metropolitanus Vniversis et singulis Clericis et literatis per Provinciam nostram Cantuarien' vbilibet constitutis Salutem. Nobis ex gravi querela dilectorum nobis in Christo parochianorum parochiae de Wenlock magna Archinatus Salopiae diocesis Hereforden', nostraeque Provinciae Cantuar' exhibit' monstratum, Quod venerabilis vir Willelmus Grenewith artium magister Archinus Archinatus Salopiae, propter non solutionem procurationum ei vt pretendit in ea parte debitarum ecclesiam parochialem de Wenlock magna predict', interdicto publice de facto supposuit, et de facto inhibuit ne quis Christi fidelium in eadem ecclesia divina ministraret vel peragerit, et dictum suum interdictum pretensum a die decimo octavo mensis Aprilis vltime elapsi aut circiter, in grave preiudicium parochianorum dictae parochiae, et periculum animarum inhabitantium in eadem parochia de facto continuavit et continuat in presenti, Cumque vti ex fidedigna relatione informamur, sepius supplicatum fuerit ex parte parochianorum dictae parochiae predict' Archinae, vt dictum interdictum suum relaxaret, et vt divinis et publicis precibus predictam ecclesiam interdictam patere permitteret; Idem tamen Archidiaconus huiusmodi supplicationibus piis et honestis in ea parte satisfacere renuit et recusavit, seu minus iuste distulit et differt: Vnde ex parte parochianorum et inhabitantium dictae parochiae nobis et Vicario nostro in spiritualibus generali fuit multoties supplicatum pro remedio in hac parte opportuno auctoritate nostra adhibendo Nos vero considerantes, numerosum esse Christi fidelium intra paroch' predict' inhabitantium ac grande preiudicium indies fieri in periculum animarum parochianorum dictae parochiae ratione interdictionis dictae ecclesiae et non Celebrationis divinorum in eadem, Nolentes dictis parochianis in suis supplicationibus predictis quatenus iuris fuerit et equitatis in tam pia causa aliqualiter deesse; Vobis coniunctim et divisim Committimus et mandamus quatenus auctoritate nra moneatis et citetis peremptorie prenominatum Willimum Trentworth Archinum Archinatus Salop' predict', quem nos etiam tenore presentium sic monemus et citamus, quatenus ipse citra et ante ffestum Sti Thome Apostoli iam proxime futurum interdictum suum pred' in dictam ecclesiam de Wenlocke magna predict' de facto interpositum ad omnem iuris effectum subducat et relaxet, dictamque ecclesiam precibus communibus et divinorum celebrationi publice patere faciat et permittat, ita ut divina in eadem publice et libere celebrari possit, et ita ut inhabitantes dict' parochie de Wenlocke magna eandem ecclesiam libere frequentare, et divinis precibus in eadem libere interesse possint, Alioquin quod compareat coram nobis aut vicario nro in spiritualibus generali, aut alio iudice in hac parte competen' in ecclia Cathedrali Divi Pauli London loco Consistorij ibidem tertio die iuridico post diem Wolstani Episcopi prox' futur' inter hor' nonam et undecimam ante meridiem eiusdem diei, causam rationabilem et licitam si quam pro se habeat aut dicere sciat) quare dicta ecclia de Wenlocke magna ab interdicto predict' per nos aut vicarium nrm in spiritualibus generalem seu alium quemcumque iudicem in hac parte competent' liberari non debeat, in debita iuris forma dictur' et allegatur', ulteriusque factur' et receptur' quod iustum fuerit in hac parte, ad promotionem Richardi Adams et Carter gardianorum ecclie de Wenlock magna predict' ac parochianorum dicte parochie de Wenlock magna predict' interesse in hac parte habentes. Intimetis preterea seu intimari faciatis peremptorie dco Willmo Trentenr Archino Archinatus Salop' predict' cui nos etiam tenore presentium sic intimamus, quod si ipse die hora et loco predict' non comparuerit sed contumaciter aut alias absfuerit, Nos aut Vicarius noster in spiritualibus generalis, vel alius iudex in hac parte competens ad relaxationem ecclie pred' ab interdicto predicto et ad iustitiam in hac parte ministrand' procedere intendimus et procedemus, ipsius contumacia vel absentia in aliquo non obstan'. Dat' sub sigillo quo in hac parte utimur vicesimo sexto die mensis Decembris Anno dni millesimo quingentesimo nonagesimo nono, Et nre Trans' Anno decimo septimo

Johannes divina providentia Cantuar' Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus, Dilecto nobis in Xpo ac venerabili viro Thome Bynge Legum Doctori Alme Curie nre Cantuar' de Arcubus London Officiali, vel alij dicte Curie Presiden' cuicumque Salutem et gratiam. Rarum scientia, vite probitas, morum honestas, multaque alia virtutum dona quibus Altissimus dilectum nrum magistrum Robertum Newtone Legum Doctorem haud vulgariter insignivit Nos merito inducunt ut personam illius singulari studio et favore benevolo prosequamur. Hinc est quod nos eundem magistrum Robertum Newtone, intuitu meritorum suorum huiusmodi in numerum et Collegium Advocatorum Alme Curie nre Cantuar' predict' admittendum et aggregandum non gravamur, iuxta seniorietatem ei in mandato nro tibi directo designatam. Ad dispensand' igitur cum eodem magistro Roberto Newtone in forma Curie nre predicte solita et consueta, ut in numerum et Collegium Advocatorum Curie nre Cantuar' pred' (sub hac tamen lege et Conditione) quod stet non exercens in eadem Curia durante beneplacito nro, admitti et in eadem patrocinari valeat: Ipsumque in Advocatum Curie pred' admittend' ac in numerum Advocatorum Curie predicte sub modo forma et Conditione predictis et non aliter neque alio modo aggregandum, Tibi vices nras tenore presentium committimus ac specialem elargimur facultatem, statutis et ordinationibus eiusdem Curie nre in contrarium edit' non obstantibus quibuscumque. In cuius rei Testimonium sigillum quo in hac parte utimur presentibus apponi fecimus. Dat' vicesimo septimo die mensis Novembris Anno dni millesimo quingentesimo nonagesimo nono, Et nre Trans' Anno decimo septimo

Commissio ad admittend' mrm Robertum Newtone legum doctorem in Advocat' Cur' de Arcubus

Emanavit similis Commissio pro magistro Johanne Weston Legum Doctore die et anno predictis.

Emanavit similis Commissio pro mro Evano Morris Legum Doctore

Emanavit similis Commissio pro magistro Carolo Delasses Legum Doctore die et anno predictis.

Emanavit similis Commissio pro mro Petro Wythipoll legum doctore die et anno predictis

Emat similis Commissio pro mro Othowello Hill Legum doctore die et anno predictis

Emat similis Commissio pro mro Willmo [illegible] legum doctore die et anno pred'

Emat similis Commissio pro mro Willmo Awbrey legum doctore die et anno pred'

Emat similis Commissio pro mro ffrancisco Gouert legum doctore die et anno pred'

Emanavit similis Commissio pro mro Johanne Butts legum doctore die et anno pred'

Emanavit similis Commissio pro mro Bartholomeo Jhesope Legum doctore die et anno predictis

Emanavit similis Commissio pro mro Edmundo Pope Legum doctore die et anno predictis

Emanavit similis Commissio pro mro Jacobo Bayly Legum doctore die et anno predictis

Sexto die mensis Februarij Anno Domini iuxta Computacionem ecclesie Anglicane millesimo quingentesimo nonagesimo nono Emanavit similis Commissio directa venerabili viro Danieli Dun Legum doctori alme Curie Cant de Arcubus London predicte officiali ad admittendum mrum Johannem Burnam Legum doctorem in Advocatum eiusdem Curie &c

Dispensacio Edwardi Milner et Gracie Serle als Milner cum [illegible] pro matrimonio solemnizato &c

Johannes divina providentia Cantuar' Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus, Dilectis nobis in Christo Edwardo Milner generoso, et Gracie Serle als Milner uxori tue, Johanni Dagger, Josepho Dagger, et Katherine Trever puelle Salutem et gratiam. Porrecta nobis nuper pro partibus vestris petitio continebat, Quod vos Edwardus Milner et Gratia Serle matrimonium quoddam clandestinum extra ecclesiam vestram parochialem ac sine aliqua bannorum matrimonialium editione aut publicatione prius in ea parte habita et facta, ac sine aliqua Licentia sive dispensatione in ea parte prius petita et obtenta inter vos solemnizari de facto licet minus iuste id factum fuerit temere et inconsulte procurastis et obtinuistis. Ac vos Johannes Dagger Josephus Dagger, et Katherina Trever tempore solemnizationis dicti matrimonij clandestini interfuistis contra formam Canonum et constitutionum ecclesiasticarum in ea parte editarum Censuras et penas in eisdem Canonibus et Constitutionibus contra tales latas ea occasione manifeste et voluntarie incurrendo et incurristis. Unde nobis humiliter supplicari fecistis, quatenus vobis de aliquo remedio opportuno in hac parte providere de benignitate ecclesie dignaremur. Nos vero supplicationibus vestris in hac parte favorabiliter annuentes, intelligentesque quod de premissis per vos perpetratis et commissis plurimum vos doluerit et doleat in presenti, et considerantes quod nemini ad se redeunti gremium claudit ecclesia, vos et quemlibet vestrum a quibuscunque excommunicationis censuris et penis ecclesiasticis quas occasione premissorum incurristis et in quibus innodati fuistis et estis, quantum in nobis est et de iure legibus, Canonibus et constitutionibus ecclesiasticis, et statutis huius inclyti Regni Anglie possumus et non aliter neque alio modo harum serie absolvimus et liberamus, ac sic absolutos et liberatos fuisse et esse, ac haberi et censeri volumus, Canonibus constitutionibus in contrarium factis non obstantibus quibuscunque. In cuius rei Testimonium sigillum quo in hac parte utimur presentibus apponi fecimus. Dat' Septimo die mensis Decembris Anno Domini millesimo quingentesimo nonagesimo nono, Et nostre Transl Anno decimo septimo.

Inhibicio contra Thomam Potter [illegible] Dei &c

Johannes divina providentia Cantuar' Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus, Universis et singulis Clericis et Laicis quibuscunque per Provinciam nostram Cantuar' ubilibet constitutis salutem. Cum nos nuper quendam Thomam Potter ville sive oppidi de Buckingham in artibus magistro Licentiam et facultatem tam publice predicandi verbum Dei quam erudiendi quoscunque pueros in Literis Grammaticalibus, aliisque documentis licitis et honestis infra villam sive oppidum de Buckingham predict', aliisque locis ex falsa quadam suggestione nobis facta concesserimus. Vobis igitur coniunctim et divisim committimus ac firmiter iniungendo mandamus quatenus prenominato Thome Potter auctoritate nostra inhibeatis, ut nos etiam tenore presentium sic inhibemus, ne ipse auctoritate dictarum licentiarum nostrarum predicarum verbum Dei predicet, aut exponat, neque pueros aliquos in literis Grammaticalibus, aliisve documentis edoceat, aut ludimagistri officium in villa sive oppido de Buckingham predict' exerceat sub pena contemptus. Citetis insuper seu citari faciatis peremptorie prefatum Thomam Potter, Quod compareat coram nobis infra Manerium nostrum de Lambehith in Comitatu Surrie die Jovis vicesimo quarto viz' die mensis January (iam prox) futur' post dat' presentium inter horas primam et tertiam post meridiem eiusdem diei, Licentias predictas tam predicandi verbum Dei, quam erudiendi pueros, ab eo sibi tanta veritate et expressa falsitate de facto per nos concessas, ac per eum surreptive et dolo malo obtentas realiter introducturus et exhibiturus, Causamque rationabilem et legitimam si quam pro se habeat aut dicere sciat, quare Licentie predict' revocari, proque nullis et invalidis ad omnem iuris effectum pronunciari et declarari non debeant dicturus et allegaturus, necnon certis articulis, Capitulis, sive interrogatoriis anime sue salutem, morumque suorum reformacionem quead

surrepticientm

surreptionem literarum predictarum et earundem revocationem concernen sibi tum venerit ex officio nostro ad promotionem Roberti Johnson ville sive oppidi de Buckingham predict Armigeri objiciend et ministrand personaliter comparit, ulteriusque facturi et recepturi quod iustum fuerit in hac parte. Intimantes preterea seu intimari faciatis peremptorie prenominato Thome Potter cui nos etiam tenore presentium sic intimamus, quod si ipse dictis die hora et loco personaliter non comparuerit, nos literas predict eidem Thome Potter per nos prius concessas, ob eiusdem Thome Potter manifestam contumaciam omnino prout extunc, et extunc prout ex nunc revocavimus et annihilamus, et pro revocatis vacuis et nullis haberi a tempore dat presentium volumus pronunciamus decernimus et declaramus per presentes Et quid in premissis feceritis, nos dictis die hora et loco vel citra debite certificetis una cum presentibus Dat vicesimo die mensis decembris Anno Domini Millesimo quingentesimo nonagesimo nono, Et nostre translationis Anno decimo septimo

Relaxacio Inhibitionis pro Archno Elien

Quarto die mensis Januarij Anno Domini iuxta Computationem ecclesie Anglicane millesimo quingentesimo nonagesimo nono, Emanavit Relaxatio Inhibitionis Domini Archiepiscopi Elien &c salva et reservata Reverendissimo patri et Commissarijs ac ministris suis quibuscumque potestate et auctoritate examinand corrigend et reformand crimina excessus et delicta quecumque subditorum predict Iurisdictionis in visitatione &c tempore et detect, ac causas quascumque inchoatas coram Reverendissimo patre predict aut Commissarijs suis vel eorum aliquo examinand et fine debito terminand, necnon colligend levand et recipiend procurationes et prestationes quascumque ratione visitationis predict debit et solui consuet &c

Lre testim tangen non ad-missionem David Humfrey ad ecclesiam de Whitfeild & Guston

Universis et singulis Christi fidelibus presentes literas nostras Testimoniales visuris lecturis vel audituris, aut quos infrascripta tangunt seu tangere poterunt quomodolibet in futurum: Johannes divina providentia Cantuar Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus Salutem in Domino sempiternam ac fidem indubiam presentibus adhibere: Ad universitatis vestre notitiam deducimus et deduci volumus per presentes, quod scrutat diligenter de mandato nostro Registris et Archiuis nostris sub custodia Thome Redman et Johannis Coston notariorum publicorum officium Registrariatus nostri principalis exercen existen et fideliter custoditis, comperimus et luculenter invenimus inter alia in eisdem in libro sive Registro nuper Reverendissimi patris Domini Edmundi Grindall predecessoris nostri defuncti, quod decimo tertio die mensis Augusti Anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimo septimo, quidam Anthonius Mawnde Clericus ad Rectoriam sive ecclesiam parochialem de Whitfeild Guston Dioces nostreque Cantuar Provincie per mortem naturalem cuiusdam Johannis Pollard ultimi Rectoris et incumbentis in eadem vacan: Ad quam per Thomam Cyppinge generosum ipsius ecclesie parochialis verum et indubitatum (ut dicitur) patronum presentatus extitit admissus et in eadem institutus fuit, ac vigore eiusdem eandem ecclesiam parochialem continue citra possedit et habuit, et sic possidet et habet in presenti, Quodque serenissima in Christo princeps et Domina nostra Domina Elizabetha Dei gratia Anglie ffrancie et Hibernie Regina fidei defensor &c, ad dictam Rectoriam sive ecclesiam parochialem de Whitfeild (tunc ut dicebatur vacan, et ad Regiam suam Maiestatem per lapsum temporis hac vice (ut etiam dicebatur) spectan, Quendam Davidem Humfrey Clericum artium magistrum per literas suas patentes magno sigillo Anglie sigillat gerentes dat decimo sexto die mensis Octobris Anno Regni sui felicissimi Quadragesimo primo presentavit, Idemque dictus David Humfrey prout ex Registro nostro apparet, easdem literas presentationis regias de persona sua factas nobis exhibuit, ac humiliter petijt se ad eandem Rectoriam de Whitfeild virtute presentationis regie predict institui et induci. Allegando prefatum Anthonium Mawnde post et citra institutionem suam ad Rectoriam de Whitfeild predict, aliam ecclesiam nempe ecclesiam parochialem de Tackley adeptum fuisse et esse, et in eadem institutum et inductum fuisse absque aliqua legitima dispensatione in ea parte obtenta uti dictus Humfrey in ea parte allegavit et asseruit, quodque ratione litispendentie super admissione dicti Davidis Humfrey ad dictam Rectoriam de Whitfeilde, nec dictus David Humfrey est adhuc ad eandem Rectoriam de Whitfeild institutus, nec (quantum nobis constare potest in Registro nostro) aliquis alius fuit ad dictam Rectoriam de Whitfeild institutus aut admissus a tempore institutionis dicti Anthonij Mawnde ad eandem Rectoriam de Whitfeild. In quorum omnium et singulorum premissorum fidem et testimonium has presentes literas nostras testimoniales ad petitionem dicti Anthonij Mawnde fieri, ac sigilli quo in similibus utimur appensione communiri mandavimus et fecimus Dat decimo octavo die mensis Januarij Anno Domini iuxta Computationem ecclesie Anglicane millesimo quingentesimo, nonagesimo nono, Et nre Transl Anno decimo septimo

Commissio [illegible] ad confirmand et consecrand Epum Insule de Man Ebor provinc infra provinciam Cant

Johannes divina providentia Cantuar Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus Reverendissimo in xpo patri et venerabili confratri nro Domino Matheo eadem providentia Eboracen Archiepo Anglie Primati et Metropolitano, salutem et fraternam in Domino charitatem. Cum vacante nuper sede Episcopali in Insula de Man vre Eboracen Provincie per mortem naturalem Johannis Merick nuper eiusdem dignitatis Presulis, Illustrissima in xpo princeps et domina nra dna Elizabetha dei gratia Anglie ffrancie et hibernie Regina fidei defensor &c, vos per lras suas patentes sigillo suo magno Anglie sigillatas vobis in hac parte directas et inscriptas inter alia rogaverit, et eidem Reverendissime paternitati vre firmiter precipiendo mandaverit, quatenus venerabilem virum Georgium Lloyd sacre Theologie professorem in Epum et Pastorem Insule de Man predict confirmare, et eundem Episcopum et Pastorem Insule predict consecrare authorizare et investire, Ceteraque omnia et singula peragere que vestro in ea parte incumbunt officio pastorali, iuxta formam legum et statutorum in ea parte edit et provis velitis cum effectu, Cumque (uti informamur) eadem Reverendissima paternitas vra pro maturiori et celeriori expeditione dicte Confirmationis et consecrationis negotij, eundem magistrum Georgium Lloyd in Episcopum Insule predict confirmare et consecrare in aliquo loco convenien infra Provinciam nram Cant intendit, ac licentiam nram in ea parte fieri desiderat, Nos igitur petitioni vestre in hac parte favorabiliter inclinati ac grato concurren assensu, in Iuris subsidium ac sub mutue vicissitudinis obtentu Licentiam nram specialem ad cognoscend et procedend in dict Confirmationis et Consecrationis negotijs cum suis incident, dependen, emergen et connexis quibuscunque, et eundem magistrum Georgium Lloyd Epum et Pastorem Insule predict confirmand et consecrand (adhibitis quibuscunque Episcopis etiam nre Provincie (si opus fuerit) ac alijs de more et ritu ecclie Anglicane in hac parte adhibendis), in quacunque ecclesia Capella sive Oratorio congrue et convenienti ad vestrum arbitrium eligend, infra Provinciam nram Cantuar ubilibet constitut, ac quibuscunque diebus congruis et convenien arbitrio vestro seu Commissariorum vrorum in hac parte limitandis et assignandis vestre Reverendissime paternitati, ac Commissarijs vris pro hac parte quibuscunque, pro hac vice quantum in nobis est et iura regni patiuntur concedimus et elargimur per psentes, Iuribus nris Archiepalibus Cantuar et ecclie nre Cathedralis et Metropolitice xpi Cantuar dignitatibus et honoribus in omnibus semper salvis. In cuius rei Testimonium sigillum quo in hac parte utimur psentibus apponi fecimus. Dat vicesimo sexto die mensis January Anno dni iuxta Computationem ecclie Anglicane millesimo quingentesimo nonagesimo nono, Et nre Translationis Anno decimo septimo

Litere dimissorie concesse Georgio Rogers

Johannes divina providentia Cantuar Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus Dilecto nobis in xpo Georgio Rogers Petriburgen Dioces nreque Cantuar Provincie Clerico salutem et gram. Ut a Reverendo in xpo patre Domino Richardo eadem providentia divina London Episcopo, vel a Reverendo in xpo patre Domino Johanne eadem etiam providentia Episcopo Suffraganeo Colcestrie, in quacunque ecclesia parochiali ubi moram traxerit per Provinciam nram Cantuarien ubilibet constitut, (ad omnes sacros ordines quos nondum es assecutus) iuxta morem et ritum ecclie Anglicane in ea parte pie et salubriter edit et ordinat licite valeas promoveri. Dummodo etate moribus et literatura idoneus repertus fueris, observatis in omnibus que per Constitutiones ecclesiasticas nuper editas et regia auctoritate promulgatas in ea parte requiruntur. Super quibus Ordinantis conscientiam districte oneramus, ac modo aliud Canonicum tibi in ea parte non obsistat impedimentum, Licentiam et ffacultatem nras tam prenominato Reverendo patri Dno Richardo London Episcopo, vel Domino Johanni Epo Suffraganeo Colcestrie huiusmodi ordines conferendi quam tibi eosdem recipiendi benigne concedimus et impertimur per psentes. In cuius rei Testimonium sigillum quo in hac parte utimur psentibus apponi fecimus. Dat ultimo die mensis January Anno dni iuxta Computationem ecclesie Anglicane millesimo quingentesimo nonagesimo nono, Et nre Translationis Anno decimo septimo

Lic reconciliandi [illegible] concess Dno Epo Cicestr

Johannes divina providentia Cantuarien Archiepus totius Anglie Primas

et Metropolitanus, Honorandæ feminæ Mariæ Sheele parochiæ Sancti Martini in Campis in
Comitat Middlesex London diocesis nostræque Cantuar Provinciæ viduæ salutem et gratiam
Cum leges ad omnium utilitatem condite ad salutem singulorum de rigore suo aliquid remittere
etiam ipse cupiant Nos partim ex relatione tua partim non dubiis fidedignis medicorum
regiæ Maiestatis intelligentes te sexaginta annorum etatem et ultra compleuisse, et nonnullis et
diutinis corporis tui infirmitatibus ita affectam fuisse et esse, quod piscium esus sanitati corporis
tui contrarius et admodum nocivus existat. Ac propterea sanitatem tuam ex animo exoptantes per
mittimus et indulgemus tibi et unacum duobus vel tribus aliis tuo arbitrio eligendis commensali
bus cum debita gratiarum actione quibuscumque die et tempore publice vetitis, integra conscientia
pro hoc Quadragesimali tempore tantum vesci possis: Proviso tamen quod sobrie id et frugaliter,
caute item et ad vitandum publicum scandalum quoad eius fieri possit, secrete non pa
lam facias, nec ad dictam valetudinis causa tibi permissam alios convivas quam superius
est expressum admittas; Proviso etiam quod iuxta statutum nuper in ea parte editum summam
sex solidorum et octo denariorum legalis monete Angliæ ad cistam pauperum in parochia
infra quam habitas conferas et numerabis, Caeteraque omnia et singula alia perimplebis quæ in
predicto statuto actus Parliamenti nuper anno quinto serenissime Dominæ nostræ Dominæ Elizabethæ
edit et provisis continentur, Legibus aliis ac constitutionibus Canonicis in Contrarium faci
en non obstantibus quibuscumque. In cuius rei Testimonium sigillum quo in hac parte utimur
presentibus apponi fecimus. Dat secundo die mensis February Anno Domini iuxta Computationem
ecclesiæ Anglicanæ millesimo quingentesimo nonagesimo nono, Et nostræ Translationis Anno decimo septimo

Quarto die mensis et anni predict Emanavit similis Licentia Egregio viro
Domino Johanni Stanhope militi Camerario Dominæ nostræ Elizabethæ Reginæ et Thesaurario
vescendi carnibus unacum uxore sua et tribus aliis etc

Similis Dno Jo Stanhope et aliis

Eisdem die mense et anno, Emanavit similis Licentia vescendi Carnibus Thome Hanburie
Armigero, Et Blanchie eius uxori

Similis Thome Hanbury et uxori

Eisdem die mense et anno, Emanavit similis Thome Redman Civitatis London genero et
Anne eius uxori, vescendi carnibus cum tribus aliis etc

Similis Tho Red-
man et eius ux

Octavo die mensis et anni predict Emanavit similis Licentia Percivalle Harte et Jane
Harte eius uxori tantum nunc infra Civitatem London commoran etc

Similis Percivalle Harte
et eius ux

Eisdem die mense et anno, Emanavit similis Licentia vescendi Carnibus Domino Michaeli
Molyns militi, et Dominæ   eius uxori nunc infra Civitatem London comoran etc

Similis Dno Michaeli Molyns
et eius ux

Nono die mensis et anni predict Emanavit similis Licentia vescendi Carnibus Willmo
Reade parochiæ Sanctæ Helenæ Ar, et eius uxori

Similis Willo Reade
et eius ux

Undecimo die mensis et anni predict, Emanavit similis Licentia vescendi Carnibus Kathe
rinæ de Rettenden in Comitat Essex generosæ

Similis Kath Cannen

Decimo tertio die mensis et anni predict, Emanavit similis Licentia Willmo Babb Civi
tatis London genero, et Annæ eius uxori

Similis Willo Babb et
eius ux

Johannes divina providentia Cantuar Archiepiscopus totius Angliæ Primas et
Metropolitanus Dilectis nobis in Christo Thome Conyngsby Armigero uni Clericorum de le
Petie bagge infra precinctum Capellæ de le Rolles, et Francisco Haughton als
Conyngsby eius modo uxori, ac Nathanieli Harrys presbitero, necnon magistro Capellano do
mestico Honorandi viri Domini Thome Egerton militis Domini Custodis magni sigilli Angliæ,
necnon Johanni Egerton Armigero, Francisco Leighe Ar, et Mariæ eius uxori, Willmo
Ravenscrofte Ar, Willmo Hawley genero, Valentino Carden Armig et Mariæ eius
ux, Johanni Littleton Armigero, et Henrico Jones Armig et Elizabethæ eius uxori et
Thome Gwylliam generoso nostræ Cantuar Provinciæ salutem et gratiam: Porrecta nobis nu
per pro partibus vestris petitio continebat, Quod vos prefati Thomas Conyngsby et Fran
cisca Haughton als Conyngsby matrimonium quoddam Clandestinum extra Ecclesiam
vestram parochialem in privatis edibus dicti Henrici Jones infra parochiam Sancti Martini
in Campis in Comitat Middlesex sine aliqua bannorum matrimonialium editione aut publi
catione prius in ea parte habita et facta ac sine aliqua Licentia sive dispensatione in ea par
te prius petita et obtenta inter vos solemnizari de facto procurastis et obtinuistis, Quodque tu
prefatus Nathaniel Harrys huiusmodi pretensum matrimonium Clandestinum inter eosdem Thomam

dispensatio Thome Co
nyngsby Ar et Francisca
Haughton als Conyngsby
ux Ca matrimonio clandestino
solemnizato etc

Conyngsby et ffranciscam Haughton als Conyngsby sic de facto sine aliqua Licentia sive
dispensacione in ea parte petita et obtenta temere et inconsulte solemnizasti clauet et auctori-
tatem ecclie in ea parte negligendo, et qd vos prenominati Johes Egerton, ffranciscus Leighe
et Maria Leigh, Willmus Rauensrofte Willmus Harley, Valentinus Saunders et Maria
Saunders, Johannes Littleton, Henricus Jones et Elizabetha Jones, et Thomas Gwilliam
tempore solemnizacois dicti matrimony clandestini interfuistis contra formam Canonum et —
Constitucionum ecclesiasticarum in ea parte editarum, eoque intuitu in maioris excommunicacois sententiam
ac penas et Censuras de Jure ecclesiastico ob dictum crimen debitas incidistis, et unusquisque vestrum
incidit; Vos tamen legum ecclesiasticarum offensionem in ea parte iam sentientes per procura=
torem vestrum in ea parte legitime constitutum a nobis petistis ut vobis et vestrum cuilibet
de aliquo remedio opportuno in hac parte graciose providere de benignitate nostra dignaremur.
Nos itaque considerantes qd errore tantum ac Juris in ea parte ignorantia in dictas penas
incidistis, de premissis per vos perpetratis et commissis plurimum vos doluerit, et doleat
in presenti, Atque in vere vestre resipiscentie Testimonium nobis in hac parte vos submisistis
et quilibet vestrum se submisit (Cum ecclesia nulli ad se redeunti gremium claudat) Nos
(ut diximus) vestris peticionibus inclinantes et annuentes, facta prius fide per prefatum
procuratorem vestrum nomine singulorum vestrorum de parendo iuri et stando mandatis
Ecclesie, tam vos prefatos Thomam Conyngsby et ffranciscam Haughton als Conyng-
sby, quam te prenominatum Nathanielem Harrys, ac Johannem Egerton, ffranciscum
Leigh et Mariam Leigh, Willimum Rauensrofte, Willmum Harley, Valentinum
Saunders et Mariam Saunders, Johannem Littleton, Henricum Jones et Eliza-
betham Jones et Thomam Gwylliam, ac etiam omnes et singulos famulos vestros,
ac alios quoscunque quocunque nomine censeantur qui dicti matrimonij vestri solemnizacioni
interfuerint, a quibuscunque excommunicacionis, suspensionis sive interdicti sententijs, et alijs
Censuris et penis ecclesiasticis in quibus de Jure facto aut Canone incidati et irretiti-
racione premissorum fuistis et estis, quantum in nobis est, et quantum de iure, legibus
Canonibus et Constitucionibus ecclesiasticis, ac Statutis huius inclyti Regni Anglie —
possumus, et non aliter neque alio modo harum serie liberamus et absoluimus, ac sic
liberatos et absolutos fuisse et esse ac haberi et censeri volumus (modo premisso) vosque
et quemlibet vestrum pristino vestro statui quantum in nobis est restituimus per presentes,
Necnon vobiscum prefatis Thoma Conyngsby et ffrancisca Haughton als Conyngsby
ac Nathaniele Harrys presbro antedicto sub modo sequente tenore presentium dispensamus
vizt, quod tu prefatus Nathaniel Harrys, presbr (premissis non obstantibus) in
Ordinibus per te susceptis ministrare, et vos antefati Thomas Conyngsby et ffran-
cisca Haughton als Conyngsby in matrimonio sic (ut prefertur) inter vos solemnizat
(Dummodo in Domino) libere et licite permanere possitis et valeatis, et quilibet vestrum
sic possit et valeat, (Canonicis Constitucionibus in contrarium facien non obstantibus —
quibuscunque. In cuius rei Testimonium Sigillumque quo in hac parte utimur presentibus
apponi fecimus Dat Octavo die mensis ffebruarij Anno Dni iuxta Computacionem
ecclesie Anglicane millesimo quingentesimo nonagesimo nono, Et nostre Translacionis
Anno decimo septimo

Commissio pro scrutinio
tangen ecclesiam de
Wycham in Bondet
Dioc' Oxon.

Johannes diuina prouidentia Cantuar' Archiepus totius Anglie Primas
et Metropolitanus, ad quem omnis et omnimoda Jurisdictio spualis et ecclica que ad Epis
copum Oxon sede plena pertinuit ipsa sede iam vacante notorie dignoscitur pertinere: —
Dilectis nobis in Xpo Nicholao Bond et Thome Holland sacre Theologie professoribus
Henrico Martyn Willmo Byrde Thome Edwardes, Roberto Masters et Georgio Dale
et Bartholomeo Jhessop Legum Doctoribus, Richardo Bowton, Anthonio Monbread
et Leathe sacre Theologie Bacchalaureis salutem et gram. Cum nos nuper
Breue Illustrissime in Xpo principis et Domine nre Dne Elizabeth Dei gratia Anglie
ffrancie et Hibernie Regine fidei defensor &c debita cum reuerentia recepimus tenoris
subsequentis, vizt. Elizabetha Dei gra Anglie ffrancie et Hibernie Regina fidei
defensor &c Reuerendissimo in Xpo patri Dno Johanni miseracione diuina Cantuarien
Archiepo totius Anglie Primati et Metropolitano salutem. Volentes certis de causis

qd

Et Baronibus de Scaccario nostro per vos certificentur de nomine et cognomine moderni Incumben'
Rectorie de Cuxham in Comitat' Oxon vestre Provincie et Jurisdictionis, ac quibus die et anno
quidam Robertus Wirrall Clericus per vos et auctoritate vestra seu alia auctoritate quacumque legitime admis-
sus et institutus fuit ad Rectoriam predict', ac quos fructus decimas et proficua eiusdem percepit
et habuit, et quamdiu ill' fruebatur, quave de causa eadem frui et gaudere nequivit, Ac utrum
post admissionem suam ad eandem obtent' eandem Rectoriam resignavit, cessit, aut ab eadem
aliqua de causa deprivatus fuit, necnon utrum eandem pro non legendo articulos secundum
tenorem cuiusdam actus Parliamenti anno regni nostri tertiodecimo edit' amisit, vobis mandamus
quod diligenter scrutatis Registris et aliis Archivis vestris, necnon omnibus aliis medijs et modis
quibus melius sciveritis aut poteritis premissa tangen' quibuscumque quicquid inde inveneritis —
prefatos Barones nostros apud Westm' in quindena Pasche prox' futur' sub sigillo vestro autentico
distincte luculenter et aperte in pergameno fideliter script' certiores reddatis remittend' unacum
Certificatorio vestro hoc Breve nostrum, Teste Willelmo Peryam milite apud Westm' quarto die
Februarij Anno Regni nostri Quadragesimo secundo, per Barones J. Tailor deputat' Edwardi
Stafford milit'. Volentes igitur eidem Brevi regio in omnibus et per omnia sicuti (pro officij
nostri debito) tenemur satisfacere scrutinium fieri in Registris et Archivis sedis Episcopalis Oxon
pro actis munimentis et instrumentis conducentibus ad satisfactionem contentorum in dicto —
Brevi regio nobis (ut prefertur) inscript' et direct', inibi (ut creditur) remanen', decrevimus
ac vices et auctoritatem nostras ad effectum infrascript', vobis sub modo et forma infrascript'
committend' fore ad huiusmodi scrutinium faciend', necnon testes quoscumque (si ita vobis opportunum
videbitur) examinand' commiserimus. Ad curand' igitur coram vobis omnibus decem, novem,
octo, septem, sex, quinque, quatuor, trib' aut duobus vestrum quorum vos prefatos Nicholaum —
Bonde, Thomam Holland, Henricum Martyn, Willelmum Byrd, Thomam Edwards et Ro-
bertum Masters unum semper esse volumus, Custodem sive Commissarium Spiritualitatis
sedis Episcopalis Oxon pred', sede Episcopali ibidem vacante, necnon Archidiaconum Oxon
eiusve officialem sive Commissarium, eorumque respective actorum scribam et scribas, ac om-
nes alios penes quos aliqua munimenta et instrumenta concernen' dictam ecclesiam parochialem
de Cuxham, et presertim continen' nomen et cognomen moderni incumben' Rectorie de Cux-
ham predict', ac quo tempore dictus modernus Incumbens institutus et inductus fuerit ad
et in eandem, eosdemque omnes et eorum aliquem ad producend' exhibend' et proferend' coram
vobis seu vestrum uno sive altero Archivos et Registra respective predict' ad effectum huiusmodi
scrutinij fiend' ex parte Dne nre Regine mandand'. Atque in dictis Registris et Archivis
respective predict' sic exhibitis scrutinium diligens et exactum in eisdem pro premissis in dicto
Brevi regio contentis et specificatis quibuscumque diebus et loco vestro arbitrio eligend' et
statuend', cum continuatione et prorogatione dierum et loci, sicut vobis opportunum videbitur
faciend' et fieri curand', Compertaque et inventa in huiusmodi scrutinio que ad satisfactionem —
Brevis Regij predict' quovismodo faciunt et conducunt, fideliter exemplificari et trans-
mitti, Copiasque sic transumptas cum originalibus in Registris et Archivis respective pred'
remanen' fideliter conferri, ac deinde per notarium publicum in publicam et autenticam
formam redigi faciend', necnon testes quoscumque qui de nomine et cognomine moderni incum-
bentis de Cuxham predict', ac quibus die et anno Robertus Wirrall Clericus, quaque auctoritate
admissus institutus et inductus fuit ad eandem Rectoriam de Cuxham predict', ac an
aliquos fructus, et quos fructus, decimas, et proficua eiusdem percepit et habuit, quam-
diu illa fruebatur ecclesia, quave de causa eadem frui et gaudere nequivit, ac utrum
post admissionem suam ad eandem obtent' eandem Rectoriam de Cuxham pred' resig-
navit, cessit, aut ab eadem aliqua de causa deprivatus fuit, necnon utrum eandem pro —
non legendo articulos secundum tenorem cuiusdam actus Parliamenti Anno Regni dicte sere-
nissime Dne nre Regine tertio decimo edit' amisit, testificari possint examinand', eorumque
dicta nobis transmittend', necnon omnibus aliis vijs medijs et modis quibus melius sciveritis
aut poteritis ad veritatem in hac parte indagandam procedend'. Assumpto vobis ad pre-
missorum executionem quocumque notario publico vestro arbitrio eligend' in actorum vestrorum in
hac parte scribam Vobis omnibus decem novem, octo, septem, sex, quinque, quatuor, tribus aut
duobus vestrum, quorum vos prefatos nostros Doctorem Bonde, Holland, Martyn, Byrde
Edwards vel Masters unum semper esse volumus, de quorum fidelitate et circumspectionis
industria plurimum in Domino confidimus, potestatem, vices, et auctoritatem nostras ad —

premiſſa exequend tenore pntium concedimus et elargimur. Mandantes quatenus omnia com-
perta et inventa in ſcrutinio, dictaq et depoſitiones teſtium per vos et auctoritatem vram
examinat penes notarium publicum predict exemplificat exſcript et collat nobis aut vicario nro
in ſpualibus generali et officiali principali ad locum Conſ eccleſie Cathis ſancti
Pauli London, Nono die menſis Aprilis inter hor nonam et undecimam ante meridiem
eiuſdem diei plene, plane et fideliter atq ſub debita et autentica forma unacum pntibus
tranſmittatis cum effectu. In cuius rei Teſtimonium ſigillum quo in hac parte utimur
pntibus apponi fecimus Dat decimo tertio die menſis ffebruarij Anno Dni iuxta Com-
putacoem ecclie Anglicane milleſimo quingenteſimo nonageſimo nono, Et nre Tranſlacois
Anno decimo ſeptimo.

Lra docendi artem
ſcribend conceſſ Ed-
mundo Kitchyn [illegible]

Decimo ſeptimo die menſis ffebruarij Anno Dni iuxta Computa-
coem eccleſie Anglicane milleſimo quingenteſimo nonageſimo nono Emanavit Licentia Edmun-
do Kitchin de Stiſted in Comitat Eſſex Decanat de Bockinge eccleſie xpi Cant Iuriſ-
dictionis immediate ad inſtruend erudiend et informand quoſcunq pueros in arte ſive facultate
ſcribendi in quocunq loco ex infra Provinciam Cant ubilet conſtitut, primitus articulis religionis
de quibus in Synodo London conſenſum eſt ex ſubſcribenti, et Iuramentum ſupremitatis regie
Maieſtatis ac de renunciando quacunque forance Iuriſdictioni et poteſtati preſtanti, ad bene-
placitum Reverendiſſimi duratur &c

Diſpenſatio ſive Lra
frequentandi eccliam de
ffriern Barnett conceſſ
Nicho Kempe Ar

Johannes divina providentia Cant Archiepus totius Anglie Primas et Me-
tropolitanus Dilecto nobis in xpo Nicholao Kempe de Whetſtone infra parochiam de ffinch-
ley in Comitat Middleſex London dioceſ noſtreq Cantuar Provincie Armigero ſalutem
et gratiam. Porrecta nobis pro parte tua petitio continebat, Qd eccleſia parochialis de ffynch-
ley predict a domo ſive manſione habitacois tue infra villam ſive hameletam de Whetſtone
predict tam longe diſtat, vizt, per duarum milliar paſſus et ultra, ut tu et uxor tua cum
famulis tuis, propter loci predict diſtantiam, viarum atq itinerum (odio preſertim et hiema-
libus temporibus) difficultates corporumq vero cum ſeu aliquorum vrorum imbecillitatem dictam
eccliam parochiam de ffinchley predict; prout alis de iure aſtrictus et paratus es (ut aſſeris)
adire, et eandem ad divina audiend et ſacramenta participand ita ſepius frequentare commo-
de non poſſis neq valeas. Cumq preterea (ut eadem petio continebat) eccliā parochis de
ffriern als ffriern Barnett in Comitat predict, ac venerabilium virorum Decani et Capituli
eccleſie Cathedralis ſci Pauli London peculiaris Iuriſdictionis domui et manſioni hab-
itationis tue infra villam ſive hameletam de Whetſtone predict multo magis vicina ex-
iſtit et commoda, vizt, non maiori quam dimidio unius milliar intervallo diſtet, ut
eam multo facilius et cum minori labore corporiſq tui ac uxoris tue et famulorum
tuorum diſcrimine quam dictam eccliam parochiam de ffynchley predict ad divina audi-
end diebus Dominicis et feſtivis adire et frequentare poſſis. Ideo nobis humiliter
ſupplicari feciſti, quatenus premiſſorum intuitu Licentiam et facultatem ſub modo
et forma inferius deſcript, tibi uxori tue et famulis tuis impoſterum concedere digna-
remur: Nos igitur precibus et ſupplicacoibus tuis utpote iuſtis et rationabilibus in
hac parte premiſſorum intuitu favorabiliter inclinati, ut tu cum uxore tua, omnibuſq
alijs domeſticis et famulis tuis de tempore in tempus eccliam parochiam de ffrierne als
ffrierne Barnett adire, et eandem ad divina audiend et ſacramenta participand fre-
quentare libere licite et impune poſſes et valeas, poſſitq et valeat eorum quilibet dum-
modo eccleſie veſtre parochiali de ffynchley predict vel miniſtro eiuſdem vel dicte
eccleſie parochianiſve de ffriern predict, nullum exinde preiudicium, dampnum,
vel gravamen aliter inde generetur, Licentiam et ffacultatem noſtras ex cauſis
predictis et alijs nos in hac parte iuſte moventibus, quantum in nobis eſt, et de iure
Legibus et ſtatutis huius regni Anglie in hac parte poſſumus, et non aliter tibi et
uxori tue cum famulis tuis concedimus et impertimur per pntes, Ita ut ex cauſis
ſupradictis quatenus (ſemper inoffenſis legibus ſtatutis et conſuetudinibus huius
regni Anglie) nobis in hac parte licebit, nec miniſter de ffynchley vel ffriern
Barnett predict, nec etiam ullus inferior Ordinarius pro tempore exiſten te
uxorem tuam famuloſve tuos vel eorum aliquem premiſſorum occaſione moleſ-
tar

tiat vel inquietare quovismodo valeat vel presumat. Proviso tamen semper qd iuxta provisionem statutorum in ea parte editorum, tu vxor tua, aliiqz domestici tui ibidem pro tempore existen, semel ad minimum publico et estivo aliquo tempore quot annis ijsqz temporibus maxime ad id opportunis ad audiend divinas preces, ac conciones ad ecclesiam parochiam vestram de ffinchley predict accedere teneamini ac teneantur, premissis vel eorum aliquo non obstantibus. In cuius rei Testimonium sigillum quo in hac parte vtimur pntibus appon fecimus Dat decimo nono die mensis Marcij Anno Dni iuxta computacionem ecclesie Anglicane millesimo quingentesimo nonagesimo nono, Et nre Translacois Anno decimo septimo

Elizabeth Dei gratia Anglie ffrancie et Hibernie Regina fidei defensor &c, Reverendissimo in Xpo patri Dno Johanni miseracone divina Cantuar Archiepo totius Anglie Primati et Metropolitano salutem Volentes certis de causis qd Barones de Scaccario nro per vos certiorentur de nominibus et cognominibus quorumcunqz Clericorum admissorum collatorum sive institutorum ad aliquod beneficium officium dignitatem prebend, Rectoriam, vicariam vel promocoem spualem cuiuscunqz nominis nature seu qualitatis existent infra Dioces vestram tam in locis exemptis quam non exemptis a festo sancti Michaelis Archangeli Anno Regni nri Quadragesimo primo vsqz primum diem Aprilis iam prox sequen vnacum die et anno admissionis, Collacionis seu institucois eorum cuiuslibet, ac in quo Comitat et Decanat sub Dioces et Jurisdiccoe vra hmoi beneficia officia, dignitates, prebend, rectorie vicarie sive promocoes spuales situantur, Vobis precipimus qd scrutatis registris et alijs Archivis vris premissa tangen quibuscunqz, quicquid inde inveneritis prefatos Barones nostros apud Westm in Quindena Pasche prox futur sub sigillo vestro autentico et manu propria subscript distincte luculenter et aperte in pergameno fideliter script certiores reddatis vnacum hoc Brevi, Teste Willimo Periam milite apud Westm duodecimo die ffebruarij Anno Regni nri Quadragesimo secundo. Jo: Tayler deputat Edwardi Stafford militis /

Bre Reg ad certificand super institucionibus a festo Michaelis Archangeli 1599 vsqz ad primum diem Aprilis 1600 /

Honorabilibus et egregijs viris Dnis Baronibus Curie Scaccarij Illustrissime in Xpo principis et Domine nre Dne Elizabethe Dei gratia Anglie ffrancie et Hibernie Regine fidei defensor &c et eiusdem Curie Thesaurario, Ceterisqz in eadem a Consilijs. Johannes divina providentia Cantuarien Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus salutem in Dno sempiternam ac fidem indubiam pntibus adhiberi. Breve dicte serenissime Dne nre Regine pntibus annex nuper cum ea qua decuit reverentia obedientia et subieccione recepimus exequend, cuius vigore scrutatis diligenter de mandato nro Registris et Archivis nris sub custodia Thome Redman et Johannis Cosson notariorum publicorum officium registrariatus nri principalis exercen existentibus et fideliter custoditis nomina et cognomina omnium et singulorum Clericorum ad promociones et beneficia ecclia quecunqz tam infra Dioces et peculiares Jurisdictiones nras et immediatas ecclie nre Cathis et Metropolitice Xpi Cantuar, quam Provinciam nram Cantuar a festo Sci Michaelis Archangeli Anno Dni millesimo quingentesimo nonagesimo nono, Regniqz felicissimi dicte serenissime Dne nre Regine Quadragesimo primo, vlt preterit inclusive vsqz ad et in primum diem mensis Aprilis Anno Dni millesimo sexcentesimo, Regniqz dicte Domine nre Regine Quadragesimo secundo iam curren exclusive admissorum, vnacum annotacione et descripcione dierum mensium et annorum hmoi in Registris nris predict mentionat in schedula pntibus annex describi fecimus et mandavimus. Que omnia et singula ita se habere et vera esse nobis harum serie iuxta tenorem brevis regij pntibus annex (quatenus ex Registris et Archivis nris hmoi nobis constare possit) duximus significand. In cuius rei Testimonium sigillum quo in hac parte vtimur pntibus appon fecimus Dat secundo die mensis Aprilis Anno Dni millimo sexcenmo, Regniqz regie Maiestat predict Quadragmo secundo Et nre Trans Anno decimo septimo

Certificatorium super institucionibus predict

Institutiones tamen hoc Certificatorio [illegible]

Lre dimiss' Thome Banke

Johannes divina providentia Cantuar' Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus, Dilecto nobis in Xpo Thome Banke Archidiaconatus Berks Sarum Dioces' necnon Cantuar' Provincie literato salutem et gratiam. Ut a quocunque Episcopo Catholico nre Cantuar' Provincie officij sui executionem obtinen' in quacunque ecclia parochiali per Provinciam Cantuar' predict' constitut', ad omnes sacros ordines (quos nondum es assequutus) iuxta morem et ritum ecclie Anglicane in ea parte pie et salubriter ordinat' licite valeas promoveri, Dummodo etate moribus et literatura et in omnibus alijs que per Constitutiones ecclias nuper editas et regia authoritate promulgatas in ea parte requiruntur idoneus repertus fueris, Super quibus Ordinantis conscientiam districte oneramus, Ac modo aliud Canonicum tibi in ea parte non obsistat impedimentum, Licentiam et ffacultatem tam cuicunque Episcopo nostre Provincie Cantuar' pred' hmoi ordines conferendi, quam tibi eosdem recipiendi benigne concedimus et impertimur per presentes. In cuius rei Testimonium sigillum quo in hac parte utimur presentibus apponi fecimus. Dat' Decimo nono die mensis Aprilis Anno Dni Millesimo sexcentesimo, et nre Translacionis Anno Decimo septimo

Lra erudiend' pueros in lris Gramat' concess' fferdinando Melvyn

Octavo die mensis Maij Anno Dni millesimo sexcentesimo per venerabilem virum Edwardum Stanhope Legum doctorem vicarium in spiritualibus generalem &c Reverendissimi patris Domini Johannis Archiepi Cantuar' &c concessa fuit Licentia fferdinando Melvyn in artibus magro ad instruend' pueros in literis Grammaticalibus &c in quocunque Loco publico &c, in et per totas Dioces' Norwicen et Elien &c subscript' primitus per eum articulis religionis &c prestitoque Iuramento supremitatis regie maiestatis &c, ad beneplacitum Reverendissimi duratur' &c

Lre dimiss' Mauricij Thompson

Decimo tertio die mensis Maij Anno Dni millesimo sexcentesimo Emanarunt Litere dimissorie Mauricio Thompson parochie sancti Johannis Baptiste in Insula Thanette in Comitat' Kancie Cantuar' Dioces' in Artibus Baccalaureo ad recipiend' omnes sacros ordines (quos nondum est assequutus) a Reverendo in Xpo patre et Domino Johanne Roffen Episcopo &c, subscriptis primitus per eundem Thompson articulis de quibus in Synodo London &c consensum est, Anno Dni iuxta &c, millesimo quingentesimo sexagesimo secundo, &c, prestitoque Iuramento tam de agnoscendo regiam supremam potestatem in causis ecclesiasticis et temporalibus ac de renunciando omnimodam forinsec' Iurisdictionem &c, quam de Canonica obedientia Reverendissimo in Xpo patri Dno Johanni Cant' Archiepo &c et successoribus suis &c

Commissio ad admittend' mrm Prethergh in Advocat' Curie de Arcubus

Johannes divina providentia Cantuar' Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus, Dilecto nobis in Xpo ac venerabili viro Danieli Dun legum doctori almi curie nre Cantuar' de Arcubus London officiali, aut alij dce Curie presidenti cuicunque salutem et gratiam. Literarum scientia, vite probitas, morum honestas multaque alia virtutum dona quibus Altissimus dilectum nobis magistrum Willimum Prethergh Legum doctorem haud vulgariter insignivit, nos merito inducunt ut personam illius singulari studio et favore benevolo prosequamur. Hinc est quod nos eundem Willimum Prethergh intuitu meritorum suorum hmoi in numerum et Collegium Advocatorum almi Curie nostre Cantuar' predict' admittendum et aggregandum non gravemur. Ad dispensand' igitur cum eodem magro Willimo Prethergh in forma Curie nostre predict' solita et consueta, ut in numerum et collegium Advocatorum Curie nre Cantuar' predict', sub hac tamen lege et Conditione quod licet non exercens in eadem Curia durante beneplacito nro, admitti et in eadem patrocinari valeat, ipsumque in Advocatum Curie predict' admittend', ac in numerum Advocatorum Curie predict' sub modo forma et Conditione predictis et non aliter neque alio modo aggregand' Tibi vel vestrum cuilibet tenore presentium committimus ac specialem elargimur facultatem, statutis et Ordinationibus eiusdem Curie nre in Contrarium editis non obstan' quibuscunque. In cuius rei Testim' sigillum quo in hac parte utimur presentibus apponi fecimus. Dat' Decimo nono die mensis Aprilis Anno Dni millimo sexcentesimo, Et nre Translacionis

Anno decimo septimo

Secundo die mensis Junij Anno Domini Millesimo sexcentesimo, Emanavit Licentia Henrico Chateris de Soham in Decanatu de ffordham Norwicen Dioces Cantuarien Provincie literato, ad instruend pueros in Literis Grammaticalibus aliisque documentis licitis et honestis in quocunque loco publico in et per Dioces Norwicen Lincoln et Elien etc, subscriptis primitus per eum articulis de quibus in Synodo London etc consensum est Anno Domini iuxta etc millesimo quingentesimo sexagesimo secundo etc, prestitoque Juramento supremitat regie Maiestat etc, ad beneplacitum Reverendissimi tantummodo duratur etc

Lra ad instruend pueros concess Henrico Chateris

Quarto die mensis Junij Anno Domini Millesimo sexcentesimo, Emanarunt Lre dimissorie Thome Turner de Collegio Corporis Christi in universitate Cantabrigien ad recipiend sacros ordines a quocunque Episcopo Catholico Cantuar Provincie etc, observatis in omnibus que per Constitutiones nuper editas etc requiruntur, subscriptis primitus per eum articulis de quibus in Synodo London etc consensum est Anno Domini iuxta etc millesimo quingentesimo sexagesimo secundo etc; prestitoque per eum Juramento supremitatis regie Maiestatis etc

Lre dimissor concess Thome Turner

Johannes divina providentia Cantuar Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus. Dilecto nobis in Xpo Henrico Chateris de Soham in Decanatu de ffordham Norwicen Dioces nostreque Cantuar Provincie Lrato salutem et gratiam: Cum nos alias tibi Licentiam et facultatem concesserimus ad erudiend et informand quoscunque pueros in Literis Grammaticalibus aliisque documentis licitis et honestis, ac de Jure legibus et statutis huius inclite Regni Anglie in ea parte permissis et approbatis in quocunque loco publico tuo arbitrio eligend in et per Dioces Norwicen Lincoln et Elien ubilibet constitut, prout per scriptum nostrum inde tibi fact geren dat secundo die mensis instantis Junij Anno Domini millesimo sexcentesimo iam currente plenius liquet. Nos vero iam ex certis causis veris iustis rationabilibus et legitimis nos in hac parte specialiter moventibus tibi tenore presentium inhibemus, teque inhibitum esse volumus quatenus a die receptionis presentium aut intimationis earundem tibi faciend, ne auctoritate dicte Licentie nostre aliquos pueros erudire, neque Ludimagistri officium ullatenus infra parochiam de Soham Norwicen Dioces predict exercere presumas sub pena contemptus. In cuius rei Testimonium sigillum quo in hac parte utimur presentibus apponi fecimus. Dat decimo quarto die mensis Junij Anno Domini Millesimo sexcentesimo, Et nostre Translationis Anno decimo septimo

Inhibicio ad Hen Chateris

Universis et singulis Xpi fidelibus tam presentibus quam futuris ad quos presentes Litere Testimoniales indentate pervenerint aut quos infrascripta tangunt seu tangere poterunt in futur: Johannes divina providentia Cantuarien Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus Salutem in Domino sempiternam: Cum dudum inter venerabiles viros Henricum Hickman Legum Doctorem Reverendi in Xpo patris Domini Richardi permissione divina Petriburgensis Episcopi vicarium in Spiritualibus generalem, officiarium principalem et Commissarium generalem ex una, et Willimum Prithergh Legum etiam Doctorem et officialem venerabilis viri Willimi Bayle sacre Theologie Bacchalaurei ac Archidiaconi Northampton in Ecclesia Cathedrali Petriburgensi ex parte altera, de et super exercitio iurisdictionis spiritualis et ecclesiastice infra Archidiaconatum Northampton orta fuisset non modica questionis materia, quam partes predicte (spiritu unitatis et concordie ducte) placare et sedare volentes, ac odiosos anfractus litium ingentium impensarum effusiones, ac laborum inutilium onerosa tedia effugere cupientes, seque causasque suas arbitrio ordinationi Judicio et decreto nostro in

Laudum sive arbitrium fact per Dnum inter vicar genel Dni Epi Petriburgen et offic Archini Northampt hac parte sponte ultro et deliberate respective submiserunt, solemniter promittentes se se ratum et firmum durante incumbentia utriusque partium in dictis officiis habituros totum et quicquid per nos ordinatum et decretum vel laudatum fuerit in premissis seu eorum aliquo. Unde nos pro officii nostri debito omnium quietem et tranquillitatem fovere et augmentare cupientes, ac litium anfractus quoad fieri poterit amputare volentes, de et cum expresso consensu assensu et voluntate partium predictarum ac in vim submissionis huiusmodi taliter facte, ordinamus decernimus et laudamus inter partes predict in hunc qui sequitur modum

Imprimis laudamus ordinamus et decernimus, Quod vicarius in spiritualibus generalis officialis principalis et Commissarius generalis predict dicti Episcopi Petriburgen et officialis memorati Archidiaconi Northampton pro tempore existen de tempore in tempus durante toto termino quo dicte partes predictis officiis suis gaudebunt in aliquo loco seu locis convenientibus infra Diocesim Petriburgen predict Jurisdictionem ecclesiasticam exercebunt, ac Curias suas tenebunt, ac iura dicent in hunc qui sequitur modum vizt. Henricus Hickman legum Doctor vicarius in spiritualibus generalis officialis principalis et Commissarius generalis Dni Richardi Petriburgen Episcopi Causas instantie et ex officio ad se et Curiam suam dictas et promotas audiet et tractabit, et terminabit, Testamentorum etiam quorumcunque infra dictum Archidiaconatum Northampton decedentium approbationes et insinuationes recipiet et admittet, necnon administrationes bonorum quorumcunque infra dictum Archidiaconatum Northampton ab intestato vel per viam intestati morientium iuxta iuris et statutorum huius regni Anglie exigentiam committet, omnemque et omnimodam Jurisdictionem spiritualem et ecclesiasticam in Causis omnibus coram eo deductis exercebit infra dictum Archidiaconatum Northampton

Item volumus et ordinamus quod dictus Henricus Hickman nomine ac vice suis et in locum Commissariatus sui generalis substituet et irrevocabiliter surrogabit dictum Willielmum Pritherghe Legum Doctorem officialem Archidiaconi Northampton ad audiendum tractandum et finaliter decidendum quascunque causas vel instantie vel officii, Ceteraque omnia tanquam Deputatum Commissarii et officialem Archidiaconi infra Archidiaconatum Northampton facienda et expedienda, exceptis causis deprivationum, Simonie, usure et Heretice pravitatis

Item volumus et ordinamus Quod dictus Willielmus Pritherghe tanquam Deputatus seu surrogatus Commissarii generalis, et ut officialis Archidiaconi Northampton loco et tempore congruis, vizt proxima die sequente diem in quo Curia dicti vicarii generalis fuerat tent et celebrat modo non fuerit feriata, et in eadem ecclesia in qua dicta Curia vicarii generalis fuerit tent et celebrat, infra dictum Archidiaconatum Northampton causas instantie et officii (exceptis preexceptis) audiet, easdemque fine debito terminabit, Testamenta insuper quecunque per Commissarium vel Archidiaconum Northampton probanda probabit et insinuabit

Item volumus et ordinamus Quod de omnibus feodis proficuis et emolumentis causarum Correctionum criminum (exceptis deprivationum et reliquis preexceptis) et de feodis probationis et insinuationis Testamentorum coram vicario generali predicto expediendorum, ac eidem vicario ratione exercitii Jurisdictionis debitorum una integra medietas per vicarium generalem predictum prefato Deputato et officiali Archidiaconi plene allocabitur

Item volumus ac ordinamus, Quod de omnibus etiam feodis, proficuis et emolumentis Causarum Correctionum Criminum, et de feodis probationis et insinuationis Testamentorum coram Deputato predict ac officiali Archidiaconi expediend ac eidem Deputato Commissarii et ac officiali Archidiaconi ratione exercitii Jurisdictionis debit una similiter integra medietas per Deputatum et officialem predictum prefato vicario generali plene allocabitur

Item volumus Quod solus vicarius generalis administrationes bonorum ab intestato infra totam Diocesim Petriburgensem decedentium ac iure ordinario committendarum concedet, absque allocatione aliquorum feodorum officiali predict, Ac volumus etiam quod nec Deputatus Commissarii vel officialis Licentias aliquas solemnizandi matrimonium infra

infra Archidiaconatum Northampton ullatenus concedat

Item volumus ordinamus et decernimus quod quoties in futurum contingat dictum Episcopum Petriburgensem vel vicarium eius in spiritualibus generalem ecclesiam Cathedralem ac Civitatem et Dioces Petriburgen de triennio in triennium auctoritate sua ordinaria visitare, quod tunc vicarius generalis predict, omnia et singula feoda proficua et emolumenta, ratione probationis, approbationis et insinuationis quecumque Testamentorum, vel Commissionum administrationum bonorum quorumcumque, infra dictum Archidiaconatum Northampton ab intestato vel per viam intestati morientium et decedentium, ac etiam omnium causarum tam instantie quam officii per tres menses continuos vizt, per unum mensem ante inceptam huiusmodi triennalem visitacionem, ac per duos menses immediate sequentes post inceptionem et inchoationem eiusdem tantum et non ultra insinuand committend et ac audiend, debita provenientia et contingentia totaliter et integraliter habebit et percipiet in suos proprios usus, sine aliqua contradictione reclamatione et molestatione officialis Archidiaconi Northampton vel Officiariorum seu ministrorum suorum quorumcumque

Item volumus laudamus et ordinamus per presentes, quod magr Nicholaus Browne et magr Willimus Smyth Sequestratores Commissarii Episcopi et officialis Archini predict Northampton ex assensu partium predictarum designati, citra primum diem mensis May proxime futur bene et fideliter soluent et satisfacient, seu sic solui et satisfieri uterque eorum faciet omnia et singula arreragia quorumcumque feodorum commoditatum et emolumentorum eisdem Commissario generali ac officiali dni Archini vel eorum assignatis per equales partes inter eos dividenda

Proviso semper quod hec Compositio inter vicarium generalem, officialem principalem ac Commissarium generalem dicti Reverendi patris Episcopi Petriburgensis et officialem dicti Archidiaconi Northampton nullo modo preiudicet nobis aut successoribus nris in Juribus aut privilegiis ad Archiepatum Cantuar de iure aut consuetudine spectantibus, Juri aut interesse dicti Reverendi patris, vel in prestacionibus dicto Reverendo patri pro exercitio Jurisdictionis ecclesiastice ab Archidiacono Northampton vel eius officiali infra Archidiaconatum predict solui usitatis vel aliter debitis, Nec etiam Juri vicarii generalis dicti Episcopi in appellationibus, (si quas forte per partes ab ipso Deputato vel officiali Archidiaconi ad eum fient) recipiendis et terminandis

Item decernimus et ordinamus quod si contingat aliquod dubium vel ambiguitatem in et circa interpretationem ac verum intellectum presentis nre Ordinationis aut alicuius partis eiusdem imposterum oriri, quod tunc et in eo casu licebit et fas erit nobis prefato Archiepo Cantuarien eadem dubia et ambiguitates interpretari exponere et declarare, ac partes predictas et earum utraque interpretationi et declarationi nris in et circa premissa stabunt et eisdem obedient sine aliqua contradictione vel reclamatione Reservando nobis potestatem et auctoritatem huic presenti Ordinationi nre addendi, atque ab eadem subtrahendi, ac etiam eandem in toto vel in parte mutandi pro loco et tempore congruis prout opus fuerit, ac nobis visum fuerit expedire In quorum omnium et singulorum premissorum fidem et Testimonium Nos Johannes Archiepus Cantuar antedictus hiis presentibus Lris Testimonialibus indentatis sigillum nostrum apponi mandavimus et fecimus. Dat Nono die mensis Aprilis Anno Dni millesimo sexcentesimo, Et nre Translationis Anno decimo septimo

This wee take directly to agree with the agreement made by Doctor Hickman and Doctor Prytherch at Lambeth the seventh Aprill one thousand six hundreth in our presence, Jo: Cantuar, Daniel Dun, Ed: Stanhope

I Henrie Hickman do submitt my selfe and consente to the arbitrament within written Henr: Hickman

I William Prytherch doe submitt my selfe, and consent to the arbitrament within written, W: Prytherch

Lre dimiss Tho Tayler

Johannes divina providentia Cantuar Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus Dilecto nobis in Xpo Thome Tayler de ffeversham in Comitat Cancii nostre Cantuar Dioces salutem et gratiam: Ut a Reverendo in Xpo patre, ac venerabili Confratri nostro Dno Johanni eadem providentia divina Roffen Episcopo in quacunque ecclesia ubi moram traxerit per Provinciam nostram Cantuar' ubilibet constitut' ad sacrum Diaconatus ordinem iuxta morem et ritum ecclesiæ Anglicanæ in ea parte pie et salubriter valeas promovere. Dummodo moribus etate et literatura idoneus repertus fuerit observatis in omnibus quæ de iure ecclesiastico Angliæ, et per Constitutiones ecclesiasticas nuper editas et regia auctoritate promulgatas in ea parte requiruntur, super quibus Ordinantis Conscientiam districte oneramus, ac modo aliud Canonicum in ea parte tibi non obsistat impedimentum, Licentiam et ffacultatem nostras tam dicto Reverendo patri Confratri nostro huiusmodi ordinem conferendi, quam tibi eundem recipiendi benigne concedimus et impertimur per presentes. In cuius rei Testimonium sigillum quo in hac parte utimur presentibus apponi fecimus. Dat vicesimo nono die mensis Septembris Anno Dni millesimo sexcentesimo. Et nostræ Translationis Anno decimo octavo

Bre Regis ad Cert' pro institutionibus a primo die Aprilis Ao Dni 1600 usq ad festum Michis Archi [illegible]

Elizabeth Dei gratia Angliæ ffranciæ et Hiberniæ Regina fidei defensor etc. Reverendissimo in Christo patri Domino Johanni miseratione divina Cantuar' Archiepo totius Angliæ Primati et Metropolitano salutem, Volentes certis de causis certiorari Barones de Scaccario nostro per vos certioretur de nominibus et cognominibus quorumcunque Clericorum admissorum, Collatorum sive institutorum ad aliquod beneficium officium dignitatem prebendam vel promotiones spirituales cuiuscunque generis naturæ sive qualitatis existunt, infra Dioces et Jurisdictionem vestram tam in locis exemptis quam non exemptis, a Primo die Aprilis Anno Regni nostri Quadragesimo secundo usque festum sancti Michaelis Archangeli iam proxime futur' unacum die et anno admissionis institutionis seu Collationis cuiuslibet eorum ac in quo Comitat seu quibus Comitat ac decanat sub Dioces et Jurisdictione vestra, huiusmodi beneficia, officia, dignitat, prebend vel promotiones spirituales situantur. Vobis precipimus quod diligenti indagine scrutatis Registris et aliis Archivis vestris premissa tangen, quicquid inde inveneritis prefatos Barones nostros apud Westmon' in Quindena sancti Michaelis Archangeli proxime futur' sub sigillo vestro autentico et manus vestræ propriæ subscriptione distincte luculenter et aperte, in pergameno fideliter script certiores reddatis unacum hoc Bre. Teste Willmo Peryam milite apud Westmon' undecimo die Junij Anno Regni nostri Quadragesimo secundo. Johes Tayler deputat Edw. Stafford militis

Cert' in Scaccario super institutionibus pred.

Honorabilibus et Egregiis viris Dnis Baronibus Curiæ Scaccarij Illustrissimæ in Christo principis et Dominæ nostræ Dnæ Elizabethæ Dei gratia Angliæ ffranciæ et Hiberniæ Reginæ fidei defensor' etc. et eiusdem Curiæ Thesaurario, Ceterisque in eadem a Consiliis. Johannes divina providentia Cantuar' Archiepus totius Angliæ Primas et Metropolitanus salutem in Dno sempiternam, ac fidem indubiam presentibus adhiberi. Breve dictæ Illustrissimæ Dominæ nostræ Reginæ (presentibus annexum) nuper cum ea qua decuit reverentia, obedientia et subiectione humiliter recepimus exequend, Cuius vigore pariter et auctoritate scrutatis diligenter de mandato nostro Registris et Archivis nostris sub Custodia Thomæ Redman et Johannis Cosyn notariorum publicorum officium registrariatus nostri principalis exercen existen et fideliter custoditis, nomina et cognomina omnium et singulorum Clericorum ad promotiones et beneficia ecclesiastica quecunque tam infra Dioces et et peculiares Jurisdictiones nostras et immediate ecclesiæ nostræ Cathedralis et Metropoliticæ Christi Cant; quam provinciam nostram Cant, a Primo die mensis Aprilis ult preterit Anno Dni millesimo sexcentesimo currente inclusive, usque ad et in festum sive diem sancti Michaelis Archangeli extunc prox sequen exclusive Regnique felicissimi dicte serenissimæ Dnæ nostræ Reginæ Quadragesimo secundo iam currente admissorum unacum annotatione et descriptione dierum mensium et annorum huiusmodi in Registris nostris predictis mentionat in schedul presentibus annexa describi fecimus et mandavimus. Quæ omnia et singula ita se habere et vera esse vobis harum serie iuxta tenorem brevis regij presentibus annexi, quatenus ex registris et archivis nostris huiusmodi nobis constare possit duximus significand. In cuius rei Testimonium sigillum quo in hac parte utimur presentibus apponi fecimus. Dat Tricesimo die mensis Septembris Anno Dni millesimo sexcentesimo, Et nostræ Translationis Anno decimo octavo

Institutiones tamen [illegible] in schedula super recitato

Die Jovis viz vicesimo die mensis Decembris Anno Domini Millesimo quingentesimo nonagesimo nono, Coram Reverendissimo in Christo patre Domino Johanne divina providentia Cantuarien Archiepiscopo totius Anglie Primate et Metropolitano infra Manerium suum de Lambehith in Com Surr. In presentia mei Thome Redman notarij publici etc Comparuit personaliter venerabilis vir Daniel Dun legum doctor et sursum reddidit in manus dicti Reverendissimi patris literas patentes per eundem Reverendissimum patrem sibi factas Officij Auditoris Curie Audientie dicti Reverendissimi patris, sigillo eiusdem Reverendissimi patris sigillatas et per Decanum et Capitulum ecclesie Cathedralis et Metropolitice Christi Cantuarien confirmatas communique sigillo roboratas, quam quidem sursum redditionem, idem Reverendissimus pater acceptavit et Officium predictum de eius persona vacuum fuisse et esse pronunciavit et declaravit. Quibus sic ut prefertur gestis, prestitoque per eundem venerabilem virum Danielem Dun Juramento tam de agnoscendo regiam supremam potestatem in causis ecclesiasticis et temporalibus, quam de renunciando omnimode forinsece potestati etc iuxta formam Statuti etc Prefatus Reverendissimus pater tradidit et liberavit eidem venerabili viro Danieli Dun literas patentes Officij Officialitatis Alme Curie Cant de Arcubus London etc per eundem Reverendissimum patrem sibi concessas sigillo suo Archiepiscopali Cant sigillatas ac per venerabiles viros Decanum et Capitulum ecclesie Cathedralis et Metropolitice Christi Cantuarien confirmatas communique sigillo eorum roboratas Tenoris subsequentis viz. **Omnibus** Christi fidelibus ad quos hoc presens scriptum pervenerit, **Johannes** providentia divina Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus, Salutem in Domino sempiternam, **Sciatis** nos prefatum Archiepiscopum tam pro bono, fideli et acceptabili servitio nobis et ecclesie nostre Cathedrali et Metropolitice Christi Cant antehac per dilectum nostrum **Danielem Dun** legum doctorem multipliciter impenso, quam pro diversis alijs iustis et rationabilibus causis et considerationibus nos ad id specialiter moventibus dedisse concessisse et confirmasse, adeoque pro nobis et Successoribus nostris per presentes dare concedere et confirmare predicto Danieli Dun legum doctori Officium principalis Officialitatis alme Curie nostre Cantuarien de Arcubus London, cum omnibus et singulis feodis vadijs proficuis, iuribus, commoditatibus emolumentis eidem Officio quovismodo tam de Jure, quam de consuetudine spectan et pertinen vel spectare et pertinere debit vel deben, Ac in tam amplis et consimilibus modo et forma, prout venerabilis vir Thomas Byng legum doctor nunc superstes et nuper venerabilis vir Richardus Cosin legum etiam doctor iam defunctus aut eorum alter seu quivis alius Officialis dicte Curie antehac, dictum Officium obtinuit aut possedit vel possiderit, exercere aut gaudere potuit aut debuit, vel ipsa feoda, proficua, et emolumenta ratione Officij predicti habuit vel recepit vel habuerit seu perceperit et gauderit potuit aut debuit Et ipsum Danielem Dun per presentes constituimus, facimus prefecimus appunctuamus et ordinamus Officialem principalem alme Curie nostre Cantuar de Arcubus London predict. **Habendum** tenendum gaudendum occupandum et exercendum dictum Officium principalis Officialitatis alme Curie nostre Cant de Arcubus London predict cum omnibus et singulis feodis vadijs proficuis commoditatibus iuribus et emolumentis quibuscumque (ut prefertur) ad idem Officium spectantibus et pertinentibus vel spectare et pertinere debentibus prefato Danieli Dun exercendum per se vel per sufficientem Surrogatum sive Deputatum, Surrogatos sive Deputatos suos, per nos et successores nostros approbandos, immediate postquam per mortem predicti Thome Byng, qui nunc ad presens habet et tenet Officium predict pro termino vite sue, sive cessionem, sursum redditionem, forisfacturam sive alia quavis ratione vel quacumque de causa dictum Officium primo vacuum devenire contigerit, ad terminum ac pro et durante termino vite naturalis predicti Danielis Dun absque aliqua reclamatione sive impedimento nostri aut successorum nostrorum quorumcumque. Et ulterius ad intentionem et propositum, quod dictus Daniel Dun melius sciat, qualiter et quomodo faciat et se gerat in exercitio dicti Officij secundum id, quod de Jure et consuetudine sciendum est; Et ut melius demonstratur, quid ad Officij predicti exercitium spectat et pertinet: Nos dictum Officium necnon omnia preconcessa cumque plenum liberumque exercitium ac possessionem eidem Danieli Dun, necnon suo in hac parte Surrogato sive Deputato, Surrogatis sive Deputatis (ut predicitur) pro nobis et Successoribus nostris Archiepiscopis Cantuar damus concedimus mandamus et committimus

Comissio Dn Dun Officialitatis Curie de Arcubus London sub hac verborum qui sequitur tenore viz.t Ad rescribend in forma Juris ad quascunque Appellationes ad Curiam nram Cantuarien interpositas vel interponend, Et ad quascunque querelas eidem de Jure vel consuetudine licite devolut vel imposterum devolvend, Necnon ad requirend et procedend in huiusmodi appellationum et querelarum atque tuitoris appellat negotiis quibuscunque, ac in negotiis omnibus et singulis in ipsa Curia nra qualitercunque modo motis pendentibus introducend vel examinand, Partibus quibuscunque super his et aliis controversiis et contentionibus litibus plenam iustitiam iuxta Juris et Statutorum huius regni Anglie exigentiam faciend exhibend et ministrand, Ac etiam ad rescribend in forma Juris ad quascunque appellationes a Decano nro de Arcubus, aliisque quibuscunque nre et ecclie nre Christi Cant Jurisdictionis immediate ad suam audientiam interpositas et interponend et causas appellationum huiusmodi audiend et fine debito terminand, ac prout de Jure et consuetudine dicte Curie de Arcubus ab antiquo usitatum fuerit faciend; Necnon omnia et singula alia faciend exercend et expediend, que ad huiusmodi Officialitatis Officium de Jure vel consuetudine pertinere dignoscuntur, aut que necessaria vel opportuna fuerint in premissis et circa ea, etiamsi mandatum de sui natura magis exigant speciale, Prefatoque Danieli Dun de cuius fidelitate et circumspectionis industria plurimum in Domino confidimus) vices nras et successorum nrorum Archiepiscoporum Cantuarien damus et committimus cum potestate quascunque censuras ecclesiasticas licite fulminandi Necnon alium sive alios, quoties sibi expedire videbitur, loco suo surrogand deputand et constituend, per nos et successores nros approband ad omnia et singula premissa peragend, prefatumque Danielem Dun (ut prefertur) Officialem principalem alme Curie nre et successorum nrorum Cantuarien de Arcubus London cum omnibus et singulis feodis, vadiis, proficuis, iuribus, commoditatibus et emolumentis eidem Officio ab antiquo spectan et pertinen vel spectare et pertinere debit et deben a tempore proxime quomodocunque vacationis dicti Officii Officialitatis alme Curie Cant de Arcubus London predict durante vita sua naturali, pro nobis et successoribus nris ordinamus deputamus preficimus, appunctuamus et constituimus per presentes; Proviso tamen semper, quod quoties et quandocunque contigerit sedem Archiepalem Cant aliquo modo vacare durante vita predicti Danielis Dun, tunc et toties hec presens nra concessio officii predicti non aliqualiter se extendat ad exercitium officii predicti per predictum Danielem Dun vel Deputatum seu Deputatos suos durante tantummodo huiusmodi vacatione seu vacationibus Sedis Archiepalis predict: sed exercitium officii predicti virtute sive colore presentis huiusmodi concessionis et omnia feoda vadia et Jurisdictiones inde provenien per totum tempus huiusmodi vacationis sive vacationum, et non ultra, predicto tempore vacationis tantum cessabunt, Et quod bene liceat Decano et Capitulo ecclie nre Cathedralis et Metropolitice Christi Cant predict pro tempore existen et successoribus suis dare et concedere Officium predict et exercitium eiusdem una cum vadiis et feodis ratione eiusdem Officii provenien alicui alii persone sive aliquibus aliis personis durante huiusmodi vacatione sive vacationibus sedis Archiepalis predict tantummodo, aliquo in presen scripto prius recitato seu contento non obstante, Et quod quam cito dicta Sedes Archiepiscopalis Cant plena a vacatione devenerit, tunc et immediate hec presens concessio nra in suo pleno robore existat, plenumque et liberum exercitium dicti Officii per presentes concessi dicto Danieli Dun firmum et stabile permaneat. **In quorum** omnium testimonium Sigillum nrum Archiepiscopale presentibus apponi fecimus

Dat in Manerio nro apud Lambeth vicesimo septimo die mensis Maii, Anno Domini Millesimo quingentesimo nonagesimo octavo, Regni vero dne nre Elizabethe dei gratia Anglie Francie et Hibernie Regine fidei Defensor &c Quadragesimo, &c Et nre Translationis Anno Decimo quinto. 1598. Jo: Cantuar.

Et nos Decanus et Capitulum ecclie Cathedralis et Metropolitice Christi Cantuar predictum scriptum presentibus annexum per prefatum Reverendissimum prem Johannem Cantuarien Archiepum predicto Danieli Dun legum doctori (ut prefertur) fact et concessum ac omnia et singula in eodem scripto contenta et specificata prout superius describuntur et recitantur quantum in nobis est authoritate nra ratificamus approbamus et confirmamus per presentes. **In cuius rei** testimonium nos predict' Decanus et Capitulum Sigillum nrum commune presentibus apposuimus. **Dat** in domo nra Capitulari Decimo septimo die mensis July Anno Domini Millimo quingentesimo nonagesimo octavo. Regniq' Serenissime Domine nre Elizabethe Dei gra Anglie ffrancie et Hibernie Regine fidei Defensor' etc Quadragesimo. Exam' p Caro ffotherbye. Presentibus tunc et ibidem venerabilibus viris Edwardo Stanhope legum doctore vicario in spualibus generali dicti Reverendissimi patris, Richardo Swale legum etiam doctore et Abrahamo Hartwell notario pub'co et alijs testibus etc.

Deinde post premissa eisdem die et loco coram memorato Reverendissimo pre Domino Johanne Archiepo Cantuarien etc Comparuit venerabilis vir Richardus Swale legum doctor cui idem Reverendissimus pr (ut asseruit) concessit literas patentes Officij Auditoris causarum et negotiorum Curie sue Audientie Cantuarien etc. tunc et ibidem Juramentum de agnoscendo regiam supremam potestatem in causis ecclesiasticis et temporalibus ac de renunciando omnimode forinsece potestati etc iuxta formam Statuti etc prestitit et subiit, presentibus tunc et ibm supranominatis testibus. Postea memoratus venerabilis vir tradidit mihi prefato Thome Redman dictas literas patentes registrandas. Quarum quidem literarum patentium tenor sequitur et est talis vizt.

Concessio Auditoris curie Audien Cant' fact' mro Richardo Swale ll doctori

Omnibus Christi fidelibus ad quos hoc presens scriptum pervenerit, Johes providentia divina Cantuarien Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus Salutem in Dno sempiternam. Noveritis nos prefatum Archiepum tam pro bono et fideli servitio nobis et Ecclie nre Metropo'ce Xpi Cant' per dilectum nrum Richardum Swale legum doctorem antehac impenso, quam pro diversis alijs iustis et legitimis causis et consideracionibus nos atque animum nrum specialiter moven dedisse concessisse et confirmasse, adeoque pro nobis et successoribus nris per presentes literas dare concedere et confirmare predicto Richardo Swale legum doctori, totum et integrum illud officium Auditoris Causarum et negotiorum nostrorum, sive Curie nre Audien Cantuar ac successorum nostrorum, una cum omnibus et singulis feodis, vadijs, proficuis commoditatibus, fructibus et emolumentis ad idem officium spectantibus et pertinere debentibus, in tam amplis modo et forma prout Daniel Dun legum doctor, aut nuper venerabilis vir Thomas Bynge legum doctor seu quivis alius antehac idem officium una cum omnibus et singulis feodis, vadijs, proficuis, commoditatibus fructibus et emolumentis ratione exercitij dci officij Auditoris Causarum et negotiorum nrorum sive Curie nre Audien habuit possedit, exercuit et gavisus est, vel habere possidere, exercere et gaudere potuit vel debuit. Habendum tenendum gaudendum, occupandum et exercendum dictum Officium Auditoris causarum et negotiorum nostrorum sive Curie nre Audien Cantuar aut successorum nrorum sibi prefato Richardo Swale per se vel deputatum seu deputatos sive Surrogatum aut surrogatos suos per nos et successores nros approbandos, exercend' una cum omnibus et singulis feodis, vadijs, proficuis commoditatibus, fructibus, iuribus et emolumentis ad idem officium (ut prefertur) spectantibus et pertinentibus, vel spectare et pertinere deben immediate postquam per mortem cessionem, sursum redditionem, forisfacturam, sive quavis alia ratione dictum officium primo vacuum devenire contigerit, ad terminum et pro termino vite na'lis predicti Richardi Swale, absque aliqua reclamacione sive impedimento nostro aut successorum nrorum quorumcumque. Ideoque Nos Archiepus antedictus tenore presentium dictum officium Auditoris causarum et negotiorum nrorum sive Curie nre Audien Cant' ipsiusque exercitium, necnon omnia et singula precontenta ipsi Richardo Swale pro nobis et successoribus nris Archiepiscopis Cantuar mandamus et committimus, videlicet, Ad cognoscendum et procedendum in omnibus et singulis causis litibus et negotijs ecclesiasticis in Curia nra Audientia Cantuarien tam ex officio mero mixto vel promoto quam ad quarumcumque partium instantias vel promotiones mot' vel movend, et a nobis aut ad Curiam Audientia nra interpositis seu devolutis, vel devolvend seu interponend ac de iure, more, usu, vel consuetudine in eadem tractand aut ventiland, ipsasque et ipsa discutiend, decidend, et finaliter terminand, necnon ad rescribendum in forma iuris in omnibus et singulis appellacionibus et querelis ad nos aut Curiam nostram Audien Cant' interposit vel interponend huiusmodi appellaciones et querelas audiend decidend ac finaliter terminand Crimina quoque delicta et excessus quorumcumque tam infra Diocesim nostram Cantuar et peculiar Iurisdictiones nostras, quam infra provinciam nostram Cantuar degentium sive commorantium et delinquen, quorum correctio et reformatio ad nos et forum illud ecclesiasticum de consue

tudine, Jure, legibus et statutis huius Regni Anglie dinoscuntur pertinere debite corrigend puniend
et castigand, ac penitentias salutares et condignas eis pro commissis huiusmodi iniungend. Necnon
beneficiatos quoscumque infra provinciam nostram Cant, qui ab officiis vel beneficiis ecclesiasticis
de Jure vel huius Regni Anglie statutis amovendi fuerint, amovend ac eos beneficiis et officiis
suis ecclesiasticis huiusmodi privand et destituend. Atque etiam omnem Jurisdictionem ecclesiasticam
infra provinciam nram Cant per quemcumque Auditorem Curie nre Audientie Cant antehac
quovismodo ratione eiusdem officii exercitatum vel exerceri solitam, etiamsi mandatum de se
magis speciale, quam superius est expressum exigeret. Et generaliter ad omnia alia et singula
in et circa executionem seu exercitium iurisdictionis ecclesiastice cuiuscumque infra provinciam
nram Cant necessaria et requisita, et que ad Auditorem quemcumque causarum et negotiorum
Curie nre Audientie Cantuar nunc vel ab antiquo spectant aut spectabunt, vel quovismodo
spectare debent aut debebunt, adeo integre et plene, ac in tam amplis modo et forma, quam
illius unquam Auditor dce Curie nre Audien Cant exercuit aut exercere de Jure et statutis
huius Regni debuit aut potuit, faciend exequend, et expediend ipsi predco Richardo Swale
de cuius fidelitate, conscientie puritate, circumspectionis industria, ac in rebus gerendis dex-
teritate persuasi sumus, et plurimum in dno confidimus pro nobis et successoribus nris vires
et auctoritatem nras quoad premissa committimus, ac plenam tenore pntium concedimus po-
testatem, Illudque causarum et negotiorum ad nos et successores nostros interpositorum seu
interponend et Curia nre Cantuar Causarum audien Auditorem, ac Commissarium in hac
parte pro nobis et successoribus nris, cum omnibus et singulis feodis, vadiis, proficuis, com-
moditatibus, fructibus, Juribus et emolumentis quibuscumque ad Auditorem predict sive officium
auditorum quovismodo nunc vel ab antiquo spectan vel pertinen, seu spectare et ptinere deben
a tempore proxime quandocumque vacationis dicti officii Auditoris causarum et negotiorum
Curie Audien nostre Cantuar durante vita sua naturali, ordinamus, deputamus, et con-
stituimus per pntes cum potestate quascumque Censuras, ecclesiasticas iuxta Leges, statuta et
ordinaciones in hoc Regno Anglie usitatas et approbatas fulminand et fulminari faciend,
aliumque et alios substituend et surrogand, quando et quoties ipsimet predicto Richardo
Swale commodum videbitur et opportunum. **Proviso** tamen qd quoties et quando contigerit
Sedem Archiepalem Cantuar aliquo modo vacare per mortem nri Johannis Cantuariensis
Archiepi antedicti vel alicuius seu aliquorum successorum nrorum seu aliter durante vita
ipsius dicti Richardi Swale naturali tunc et toties hec presens nra concessio officii predci
non aliqualiter extendatur ad exercitium eiusdem officii per se vel assignat aut deputat dicti
Richardi Swale durante tantummodo huiusmodi vacatione sive vacationibus Sedis Archiepalis
predci, sed qd exercitium officii predci virtute presentis huius Concessionis, et omnia feoda,
vadia et Jurisdictiones inde provenientia per totum tempus huiusmodi vacationis vel vacationum,
et non ultra cessabunt. Et quod bene licebit Decano et Capitulo ecclesie nre Cathedralis et
Metropoliticae Xpi Cantuariensis predict pro tempore existen et successoribus suis dare et
concedere Officium predictum et exercitium eiusdem unacum vadiis et feodis ratione
eiusdem officii provenientibus, sibi aut alicui alii persone exercend et occupand tantum-
modo durante huiusmodi vacationibus Sedis Archiepalis predict, et non ultra; aliquo in pntibus
scripto prerecitato seu contento in aliquo non obstante. **In quorum** omnium testimonium
Sigillum nrum Archiepale pntibus apponi fecimus. **Dat** in Manerio nro apud
Lambeth decimo sexto die mensis Octobris Anno Dni Millesimo quingenmo nonagesimo
octavo. Regni vero dne nre Elizabethe dei gra Anglie ffrancie et hibernie Regine
fidei defensoris &c Quadragesimo. Et nre transl Anno decimo sexto. Jo: Cantuar
Sealed and delivered in presence of us Ri: London, Michael Murgatrod, John Colpin
William Barnes Notar Pub

Et nos Decanus et Capitulum ecclie Cathlis et Metropoliticae Xpi Cant, predictum
scriptum pntibus annex per prefatum dominum Johannem nunc Cantuar Archiepum predco
Richardo Swale lectum dictum, et prefertur fact et concess, ac omnia et singula in eo con-
scripto contenta et specificata prout superius scribuntur et recitantur quantum in nobis est
auctoritate nostra ratificamus approbamus et confirmamus per pntes. In Cuius rei
testimonium nos predci Decanus et Capitulum Sigillum nostrum Commune presentib

appos[ui]mus. Dat' in domo nra Capitulari vicesimo quinto die Novembris Anno dni Millesimo quingentesimo nonagesimo octavo Regniq[ue] Serenissime Dne nostre Elizabethe, Dei gra Anglie ffrancie et Hibernie Regine fidei defensor &c Quadragesimo primo/

My dutie remembred to your Grace my honorable good Lorde &c, I have sent yor grace a Coppie of the Conference, and do trust that our answere touchinge (Mr Butler) will satisfy yor letters to the Headds of Coll: The acte against him was (as I understand) never entered into the records but sett downe in a paper as the then Deputy commaunded him, which paper shall bee delivered upp to my selfe this daie and consequently cancelled. Yor grace had received our answer before this tyme if I had not been sicke; Thus desiringe God to multiplie his favours uppon you I take my leave in most humble manner &c. ffrom Cambr Apri: 11, 1600, Yor Graces most humble Chaplaine, Ro: Soame

A lr written to my Lords grace by Mr Dr Soame touching Mr Butler

Our humble duties remembred Whereas it pleased yor Grace in your late letters sent unto us, in freindlie manner to move and advise us the seconde tyme for the endinge of the matter in question touchinge Mr Butlers suspencon, wee are content (beinge most unwillinge to contende in this or any other thinge with one of our honorable best freinds) to yeilde to your gr: request, and to lett fall the saide Censure ffor although wee are perswaded that wee have good grownd for such like scholasticall suspencons, yet seinge yor grace affirmeth that herein wee shall neither preiudice our selves nor others (as wee also are desirous that nothinge hereby bee doone to the impeachment of our priviledges) wee have thought meete by this Course and yssue to continue your Graces favor towards us, rather then further give occasion of anie offensive opposicon: entreatinge accordinge to the forme of your Graces letters) that by your direction he may come hither, and (yf to yor Grace it seeme so good) desire this favor by worde as he hath partly doon by letter, or at the least thankfully to acknowledge and receive the same: And so wee humbly take our leave: ffrom Cambr: the 10 day of April 1600 Yor Graces most humble to commaunde Ro: Soame procancell, Roger Goade, Edmunde Barwell, Richard Clayton, John Overall, John Duport, James Montagu, Laur: Chaderton

A lr to his G: from Mr Dr Soame and others touching Mr Butler

Johannes divina providentia Cantuar' Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus: Dilectis nobis in Xpo Honorando viro Thome Egerton militi Dno Custodi magni sigilli Anglie, Honoratissime femine Alicie Comitisse Darbie vidue nuper Honoratissimi viri Domini ffernandi Comitis Darbie als Dne Alicie Egerton necnon Nathanieli Harrys presbro Capellano domestico dicti honorandi viri Dni Thome Egerton Custodis magni sigilli Anglie, Thome Leigh militi, Thome Spencer Richardo Spencer, Thome Chamberleyne, et Edwardo Savage Armigeris gratiam et benedictionem in authore salutis. Ex parte vestra et uniuscuiusq[ue] vestrum nobis humilr est supplicatum et ostensum, Qd cum vos memoratus Honorandus vir Thomas Egerton miles Custos magni sigilli Anglie, et dicta Honoranda femina Alicia vidua nuper Comitis Darbie matrimonium adinvicem contraxeritis, illudq[ue] in privatis edibus vulgariter vocat' Russell house infra vel iuxta le Strond in Comitat' Middlesex' London Dioces' nostreq[ue] Cantuar' Provincie solemnizaveritis, seu solemnizari procuraveritis per magistrum Nathanielem Harrys presbiterum (iuxta tamen formam libri publicarum precum auctoritate Parliamenti Anno Primo Illustrissime Dne nre Regine Elizabethe editi et promulgati) nulla prius bannorum publica editione, saltem in ecclesia aliqua precedente, et absq[ue] aliqua legitima dispensacoe in ea parte prius habita et obtenta, Cuius matrimonii solemnizacoi clandestine vos Dns Thomas Leigh miles, Thomas Spencer, Richardus Spencer Thomas Chamberleyne et Edwardus Savadge Armig' cum quibusdam aliis interfuistis, clam et cautelam in ea parte negligendo, eoq[ue] intuitu in maioris excommunicationis sententiam, penasq[ue] de iure ecclesie ob dictum crimen debitis incideritis et singuli vestrum inciderit, Vos tamen ac unusquisq[ue] vestrum Legum ecclesiasticarum offensionem in ea parte iam sentientes per magnum

Dispensatio pro matrimonio solemnizat inter Hon: virum Dnum Tho: Egerton Custod: magni sigilli Anglie, et Dnam Aliciam Comitissam Darbie viduam, Dnam Aliciam Egerton nuncupat

Johannem Price Almę Curię Cant' procuratorum generalium vnum, vestrum in hac parte procuratorem ltime constitutum a nobis humiliter petijstis, ac quilibet vestrum petijt, vt vobis et vestrum cuilibet de aliquo remedio opportuno gratiose in hac parte prouidere vellemus Nos igitur considerantes quod errore tantum et nimia in ea parte ignorantia, animo minime obdurato nec contemptui dedito in dictas penas incidistis, quodque in vere vestre resipiscentie Testimonium nobis in hac parte vos submisistis, ac vnusquisque vestrum per procuratorem suum suprascriptum se submisit. Cum ecclesia Christi nulli ad se redeunti gremium claudat Nos vti dignimus vris in ea parte petitionibus inclinantes et annuentes facta prius fide per prefatum magistrum Johannem Price vestrum in hac parte procuratorem predictum in animam et nomine singulorum et vniuscuiusque vestrum de parendo Juri et stando mandatis ecclesie, tam vos prefatos Dnum Thomam Egerton militem Custodem magni sigilli Anglie Dnam Aliciam tuam modo vxorem, quam te prefatum Nathanielem Harryt presbiterum, ac Dnum Thomam Leigh militem, Thomam Spencer, Richardum Spencer, Thomam Chamberleyne et Edwardum Sauage Armigeros ac etiam omnes et singulos famulos vestros, ac alias quascunque personas cuiuscunque sexus et quocunque nomine censeantur, qui dicti matrimonij vestri solemnizationi interfuerint, ac si sigillatim nominati fuissent, a quibuscunque excommunicationis maioris seu minoris suspentionis seu interdicti sententijs et alijs Censuris et penis ecclesiasticis quibuscunque in quibus de iure facto aut Canone innodati et irretiti ratione premissorum fuistis seu quilibet vestrum fuerit, quantum in nobis est, et quantum de iure legibus statutis Constitutionibus et Canonibus Ecclie Anglicane possimus auctoritate nostra absoluimus et pro absolutis ad omnem iuris effectum per presentes haberi volumus, pristinoque vestro statui quantum in nobis est auctoritate predicta vos et quemlibet vestrum restituimus, ac pro sic restitutis pronunciamus decernimus et declaramus per presentes. Ac in omnium et singulorum sic per nos vt prefertur gestorum fidem et Testimonium has Lras nostras Testimoniales fieri decreuimus: Dat sub sigillo nostro quo in hac parte vtimur vicesimo primo die mensis Octobris Anno Dni millesimo sexcentesimo, Et nostre Translationis Anno decimo octavo

Lre dimissor
Georgij Waylett

Vicesimo nono die mensis Octobris Anno Dni millesimo sexcentesimo, Emanarunt Lre dimissorie Georgio Waylett de Aula beate Marie Magdalene in Vniuersitate Oxon, ad recipiend sacros ordines a quocunque Episcopo Catholico Cantuar Prouincie &c, Obseruatis in omnibus que per Constitutiones nuper editas &c requiruntur, subscriptis primitus per eum articulis de quibus in Synodo London consensum est, Anno Dni iuxta computationem ecclesie Anglicane millesimo quingentesimo sexagesimo secundo, prestitoque primitus per eum Juramento supremitatis regie Maiestatis &c

Lra erudiend

Johannes diuina prouidentia Cantuar Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus: Dilecto nobis in Christo Christophero Smyth in artibus magistro salutem et gratiam: Ad erudiendum instruendum et informandum quoscunque pueros in literis Grammaticalibus alijsque documentis licitis et honestis, ac de iure legibus ac huius regni Anglie ordinationibus, statutis, et regijs iniunctionibus in ea parte permissis et approbatis, tam infra parochiam de Bungey in Comitat Suffolcie Norwicen Diocesis, quam in quacunque alia parochia in et per totam Prouinciam nostram Cantuar tuo arbitrio eligend vbilibet constituto, Tibi de cuius fidelitate Lrarum scientia, morum probitate sana doctrina et diligentia plurimum confidimus, primitus Juramentum de agnoscendo regiam supremam potestatem in causis ecclesiasticis et temporalibus, ac de renunciando refutando et recusando omni et omnimode Jurisdictioni potestati auctoritati et superioritati forancis iuxta vim formam et effectum statuti Parliamenti huius inclyti regni Anglie in ea parte editi et prouisi prestanti, Necnon articulis religionis de quibus in Synodo London, communi assensu Archiepiscoporum, Episcoporum et Cleri vtriusque Prouincie Cantuar et Eboracen consensum est, Anno Dni iuxta Computationem ecclesie Anglicane, millesimo quingentesimo sexagesimo secundo, Ad tollend' opinionum varietatem et confirmand' veram uniformem Xpi religionem regia autoritate et assensu publicatis manu tua propria subscribenti) plenam in Domino tenore pntium concedimus potestatem pariter et facultatem ac Licentiam nostram concedimus et impertimur per pntes ad nostrum beneplacitum tantummodo duratur' In cuius rei Testimonium sigillum quo in hac parte utimur pntibus apponi fecimus. Dat' Quarto die mensis Novembris Anno Dni millesimo quingentesimo, Et nre Trans' Anno Tertio sexto.

Septimo die mensis Novembris Anno Dni millesimo quingentesimo Emanavit similis Licentia Johanni Geare in artibus magistro ad instruend' quoscunque pueros in Literis Grammaticalibus, aliisque documentis licitis et honestis etc, tam in libera schola Grammaticali infra villam sive oppidum de Sherborne in Comitat' Dorset, quam in quacunque alio loco publico per totam Provinciam Cantuar' etc ad beneplacitum duratur' etc.

Lra erudiend' concess' Johanni Geare

Vicesimo primo die mensis Novembris Anno Domini millesimo quingentesimo Emanarunt Litere dimissorie Henrico Pauson de Norton in Comitat' Kanc' Cant' dioces' Diacono in artibus baccalaureo ad recipiend' sacros presbiteratus ordines a quocunque Episcopo Catholico in quacunque ecclesia parochiali ubi moram traxerit per Provinciam Cantuar' ubilet constitut' etc, observatis in omnibus que per Constitutiones nuper editas et regia autoritate promulgat' et stabilit' in ea parte requiruntur etc.

Lre dimissor' Hen: Pauson

Johannes divina providentia Cantuar' Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus Dilectis nobis in Xpo Johanni Sheffeild Armigero filio et heredi honoratissimi viri Edmundi Dni Sheffeild pronobilis ordinis garterij militis, et Grisille Anderson als Sheffeild filie Dni Edmundi Anderson militis Capitalis Justiciarij Dne nostre Regine de Communi Banco, Johanni Spencer presbitero in Theologia Baccalaureo vicario ecclesie parochie Sci Sepulchri extra Newgate London, Edmundo Dno Sheffeild, Dno Edmundo Anderson militi predicto, Dne Magdalene Anderson uxori eius Edwardo Stafford, Roberto Dudley et Thome Mounson militibus, Edwardo Anderson, ffrancisco Anderson, Willmo Anderson Edwardo Crofte et Nicholao Rotheram Armigeris, nostre Cantuar' Provincie salutem et gratiam in auctore salutis. Ex parte vestra et cuiuslibet vestrum nobis humiliter est supplicatum et ostensum, Quod cum vos memorati Johannes Sheffeild et Grisilla Anderson matrimonium adinvicem contraxeritis, Illudque in privatis edibus dicti Dni Edmundi Anderson militis infra le Charterhouse in Comitat' Middlesex London dioces' nostreque Cantuar' Provincie solemnizaveritis seu solemnizari procuraveritis per prefatum Johannem Spencer presbiterum (iuxta tamen formam libri publicarum precum autoritate Parliamenti Anno primo Illustrissime Domine nre Regine edit' et promulgat') nulla prius bannorum publica editione saltem in ecclia aliqua precedente et absque aliqua Licentia dispensacoe in ea parte prius habita et obtenta Cuius matrimonij solemnizacoi Clandestine vos Edmundus Dns Sheffeild pronobilis Ordinis garterij miles, Dns Edmundus Anderson miles Capitalis iusticiarius Dne nre Regine de Communi Banco, et Dna Magdalena Anderson Edwardus Stafford, Robertus Dudley et Thomas Mounson milites, Edwardus Anderson ffranciscus Anderson, Willmus Anderson, Edwardus Crofte et Nicholaus Rotheram Armig' interfuistis et autoritatem ecclie in ea parte negligendo, eoque intuitu in maioris excommunicationis sententiam penasque in de iure ecclesiastico ob dictum Crimen debit' incideritis ac singuli vestrum inciderit, Vos tamen ac unusquisque vestrum legum ecclesiarum offensionem in ea parte iam sentientes per Galfridum Clerke notarium publicum Alme Curie Cantuar' de Arcubus London, procuratorem generalium omnium vestrum in hac parte procuratorem Ltime constitutum, a nobis humiliter petistis, ac quilibet

Dispensacio pro matrimonio solemnizat' int' Johem Sheffeild Ar' et Grisilla Anderson vestrum petijt ut vobis et vestrum cuilibet de aliquo remedio opportuno gratiose in hac parte providere velimus. Nos igitur considerantes quod errore tantum et iurium ecclesiasticorum in ea parte ignorantia animo minime obdurato nec contemptui dedito in dictas penas incidistis, quodque in vere vestre resipiscentie testimonium nobis in hac parte vos submisistis ac uniusquisque vestrum per procuratorem suum suprascriptum se submisit. Cum ecclesia Christi nulli ad se redeunti gremium claudat, vestris (ut dignum) votis in ea parte petentibus inclinantes et annuentes (facta prius fide per prefatum Galfridum Clerk vestrum in hac parte procuratorem in animam et nomine singulorum et uniuscuiusque vestrum de parendo iuri et stando mandatis ecclesie tam vos prefatos Johannem Sheffeild Armigerum et Grisillam Anderson alias Sheffeild uxorem tuam, quam te prenominatum Johannem Spenter presbiterum, ac vos prefatos Edmundum Dominum Sheffeild, Dominum Edmundum Anderson militem, et Dominam Magdalenam Anderson uxorem tuam, Edwardum Stafforde Robertum Dudley et Thomam Mounson milites, Edwardum Anderson, Ffranciscum Anderson et Willimum Anderson, Edwardum Swifte et Nicholaum Rotheram Armigeros ac etiam omnes et singulos famulos vestros, ac alias quascumque personas cuiuscumque status et quorumque nomine censeantur qui dicti matrimonij vestri solemnizationi interfuerint, ac si sigillatim nominati essent a quibuscumque excommunicationis maioris seu minoris suspentionis seu interdicti sententijs, et alijs Censuris et penis ecclesiasticis quibuscumque in quibus de iure facto aut Canone irrodati et irretiti ratione premissorum fuerint, seu quilibet vestrum fuerit, quantum in nobis est, et quantum de iure legibus ~~et~~ statutis Constitutionibus et Canonibus ecclesie Anglicane possumus auctoritate nostra absolvimus et pro absolutis ad omnem iuris effectum haberi volumus per presentes, pristinoque vestro statui quantum in nobis est auctoritate predicta vos et quemlibet vestrum restituimus, ac pro sic restitutis pronunciamus decernimus et declaramus per presentes: Ac in omnium et singulorum sic per nos (ut prefertur) gestorum fidem et Testimonium has Literas Testimoniales fieri fecimus. Dat. undecimo die mensis Decembris Anno Domini millesimo septentesimo Et nostre Translationis Anno decimo octavo.

Licentia erudiendi concessa Edmundo ffrankelyn

Decimo octavo die mensis Decembris Anno Domini millesimo septentesimo Emanavit Licentia Edmundo ffranklyn presbitero in artibus magistro Rectori ecclesie parochialis de Westwinche in Comitatu Norfolcie Norwicensis Diocesis Cantuariensisque Provincie ad instruendum quoscumque pueros in literis Grammaticalibus alijsque documentis licitis et honestis in quocumque loco publico tam infra parochiam de Westwinch predictam quam in quacumque alia parochia in et per Dioceses Norwicensem et Eliensem Et, subscriptis primitus per eum articulis Convocationum consensum religionum concernentibus Et, prestitoque Iuramento supremitatis Regie Maiestatis Et, ad beneplacitum tantummodo duraturum Et.

Licentia ministrandi Curati concessa Edwardo Topsell

Octavo die mensis Januarij Anno Domini iuxta Computationem ecclesie Anglicane millesimo septentesimo, Concessa fuit Licentia Edwardo Topsell presbitero in artibus magistro ad peragendum officium Curati parochialis tam in ecclesia parochiali de Gretsham in Comitatu Northampton Petriburgensis Diocesis quam in et per Dioceses Petriburgensem Lincolniensem et Eliensem ubilibet constitutis Et, subscriptis primitus per eum articulis Convocationum Consensum religionum concernentibus Et, prestitoque Iuramento supremitatis Regie Maiestatis Et, ad beneplacitum duraturum Et.

Litere dimissorie Gregorio Durkett

Decimo sexto die mensis January Anno Domini iuxta computationem ecclesie Anglicane millesimo septentesimo, Emanarunt Litere Dimissorie Gregorio Durkett de Collegio sancte et individue Trinitatis in Academia Cantabrigiensi in artibus magistro ad recipiendum omnes sacros ordines etc a Reverendo patre Domino Anthonio Cicestrensi Episcopo Et, prestitoque primitus per eum Iuramento supremitatis Regie Maiestatis Et, subscriptisque articulis Convocationum consensum religionum concernentibus Et.

his Lres touchinge Recusants

After my harty Commendacons vnto your Lordshipp. Theise are to signify vnto you that uppon my Conference had with the right honorable the Lord keeper touchinge the excessive number of Recusants, which daily growe for that they are not duly proceeded against, it is thought fytt and convenient and so his Lo:p desireth that you make in autentique forme vnder your Episcopall seale one Certificate or significavit directed to hir Maiestie, conteininge all the names, surnames, additions, and places of habitation or Common abode of all such Popish Recusants as have been excommunicated and soe published and denounced in their parish Churches sithence the establishinge of the late ecclesiasticall Constitucons by hir most excellent Maiesty, and that have and doe stande excommunicated above ffortie daies prayinge hir Maiesties writt de excommunicato capiendo as in this behalfe is requisite and in the like is accustomed. And to sende the same vnto mee against the beginninge of the next terme, to bee delivered vnto the Lord Keeper who will give further order for the sendinge out of writts de excommunicatis capiendis against those Recusants for their apprehension without any further Charge to you or anie yo:r officers: And so prayinge yo:r Lo:p to bee carefull and to use speede herein I leave you to the tuition of the Almighty. Lambeth, this nineteenth daie of December one thowsand six hundreth, Yo:r Lovinge brother in Xpste Jo: Cantuar.

Lra practicandi artem medicine quoad melancholicos et phreneticos concess. Johi ffreeman

Johannes divina providentia Cantuar' Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus: Dilecto nobis in Xpo Johanni ffreeman de Milton iuxta Sittingeborne in Comitat' Cantij Salutem et gratiam. Cum ex testimonio professorum in arte medendi quibus fidem sufficientem in ea parte adhibemus te in arte medicine quoad melancholicos et phreneticos per non modicum tempus versatum fuisse, multisque de salute et sanitate corporis vere desperatis (Deo Omnipotente iuvante) subvenisse eosque sanasse, Necnon in arte medicine quoad melancholicos et phreneticos predict' multorum peritorum laudabili testimonio pro experientia fidelitate diligentia et industria tuis circa curas quas susceperis peragend' merito Commendatum esse: Ad practicandum igitur et exercendum dictam artem medicine quoad melancholicos et phreneticos predict' in et per totas Dioces' Cantuar', Exon, Bathon et Wellen et Coven et Lichen nostre Cantuar' Provincie ex causis predictis et alijs nos in hac parte iuste moventibus quantum nobis per statuta huius regni Anglie liceat et non aliter neque alio modo te admittimus et approbamus: Tibique (prestito primitus per te Juramento) tam de agnoscendo regiam supremam potestatem in causis ecclesiasticis et temporalibus, quam de renunciando refutando et recusando omni et omnimode Jurisdictioni potestati, autoritati et superioritati forancis iuxta vim formam et effectum statuti Parliamenti huius inclyti Regni Anglie in ea parte editi et provisi, Licentiam et facultatem nostras in hac parte tenore presentium quamdiu te bene et laudabiliter gesseris benigne concedimus et elargimur. In cuius rei Testimonium sigillum quo in hac parte utimur presentibus apponi fecimus. Dat' decimo die mensis ffebruarij Anno Dni iuxta computacoem ecclie Anglicane millesimo sexcentesimo, Et nre Translacois Anno decimo octavo

Lra dispensacionis cum ... concess. Johi Browne et Wiliforde eius uxori

Johannes divina providentia Cantuar' Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus Dilectis nobis in Xpo Johanni Browne Armigero et Wiliforde Browne eius uxori de East Bertharne in Comitat' Surr' Winton Dioces' nostre Cantuariens' Provincie salutem et gratiam. Cum leges ad omnium utilitatem condite ad salutem singulorum de rigore suo aliquid remittere etiam ipse cupiant: Nos partim ex relatione vestra partim ex aliorum fidedignorum testimonio intelligentes te prefatam Wiliforda Browne grandeve esse etatis, nonnullisque et diutinis corporis tui infirmitatibus ita affectam fuisse et esse, quod piscium esus sanitati corporis tui contrarius et admodum nocivus existat, Ac propterea sanitatem tuam ex animo exoptantes permittimus et indulgemus vobis prefatis Johanni et Wiliforde Browne et unacum Richardo Woodman generoso et Elizabetha eius uxore, et Johanne ffitzwilliams Armigero de —

Cast Bartham prout commensalibus tuis carnibus cum debita gratiarum actione quibuscunque die et tempore publice vetitis integra conscientia pro hoc Quadragesimali tempore tantum vesci possitis. Proviso tamen qd sobrie id et frugaliter caute item et ad vitandum publicum scandalum quoad eius fieri possit secrete non palam faciatis, nec ad dictam valetudinis causa vobis permissam alios commensales aliter quam superius est expressum admittatis. Proviso etiam qd iuxta statutum nuper in ea parte editum summam sex solidorum et octo denariorum legalis monete Anglie ad Cistam pauperum in parochia infra quam habitatis conferatis et numeratis. Ceteraque omnia et singula alia perimplebitis et observabitis que in predicto statuto actus Parliamenti nuper Anno quinto Regni serenissime Dne nre Dne Elizabeth Regine edit et provisis continentur, Legibus aliis ac Constitutionibus Canonicis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque. In cuius rei Testimonium sigillum quo in hac parte utimur presentibus apponi fecimus. Dat vicesimo primo die mensis Februarij Anno Dni iuxta Computationem ecclesie Anglicane millesimo sexcentesimo, Et nre Translacois Anno decimo octavo.

similis Richo Hardinge

Vicesimo octavo die mensis Februarij Anno Dni iuxta Computacoem ecclesie Anglicane millesimo sexcentesimo, Emanavit similis Licentia vescendi Carnibus pro hoc Quadragesimali tempore tantum, Richardo Hardinge de Stratford le Bowe in Comitatu Middlesex London Dioces Cantuar Provincie Armiger etc.

Similis Richo Cannon

Eisdem die et anno Emanavit similis Licentia vescendi Carnibus pro hoc Quadragesimali tempore tantum Richardo Cannon de Rettenden in Comitatu Essex London Dioc Cantuar Provincie generoso etc.

Similis Suzanne Stanhope

Quarto die mensis Martij Anno Domini predict Emanavit similis Licentia vescendi Carnibus pro hoc Quadragesimali tempore Suzanne Stanhope uxori Egregij viri Edwardi Stanhope Armigeri, ac unius Consiliariorum Illustrissime Domine nostre Regine in partibus Borealibus unacum duobus vel tribus aliis Commensalibus etc.

similis Edmond Bowyer

Sexto die mensis Martij predict Emanavit similis Licentia vescendi Carnibus Edmondo Bowyer de Camerwell in Comitat Surrie Armigero et Katherine Bowyer eius uxori unacum Thoma Norton Armigero et Elizabetha eius uxore, ac Johanne Arne generoso et Audria eius uxore Commensalibus dictorum Edmundi et Katherine Bowyer etc.

Lre dimissor Johis Horsfeild

Vicesimo primo die mensis Februarij Anno Dni iuxta Computacoem Ecclesie Anglicane millesimo sexcentesimo, Emanarunt Lre dimissorie Johanni Horsfeild Diacono sacre Theologie Baccalaureo ad recipiendum sacrum presbiteratus ordinem a quocunque Episcopo Catholico Cantuar Provincie etc, Observatis in omnibus que per Constitutiones ecclesiasticas nuper editas et regia autoritate promulgatas in ea parte requiruntur etc.

Lra erudiend concess Willmo Houldsworth

Vicesimo sexto die mensis Februarij Anno Dni iuxta Computacoem ecclesie Anglicane millesimo sexcentesimo, Emanavit Licentia Willmo Houldsworthe in Artibus Baccalaureo ad instruend quoscunque pueros in Lris Grammaticalibus aliisque documentis licitis et honestis tam infra parochiam de Kirby Mallory in Comitat Leicestr Lincoln Dioces Cantuariensis provincie, quam in quacunque alia parochia vel loco publice in et per Dioces Lincoln Petriburgen et Elien etc, subscriptisque primitus per eum articulis Convocacoem consensum religionis concernen, prestitoque Iuramento supremitatis Regie Maiestatis Et ad beneplacitum duratur etc.

Lra Iohanni Gray et Hull

Johannes divina providentia Cantuar Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus Dilectis nobis in Xpo Johanni Gray presbitero sacre Theologie Baccalaureo vicario vicarie perpetue ecclie parochialis de Tenham nostre Cantuar Dioc et Willmo Hull presbitero in artibus magistro Rectori ecclie parochialis de Snave etiam nre Cant Dioc Salutem et gratiam. Porrecta nobis nuper ex partibus vris petitio continebat continebant, Ad vos ex certis iustis rationabilibus et honestis causis animos vros moventibus quasdam resignationes et finales dimissiones et Cessiones per modum et ex causa permutationis dictarum vicariarum et eccliarum faciend' in animo habetis et magnopere desideratis modo Licentiam nostram in hac parte assequi poteritis. Nos huiusmodi vestris petitionibus favorabiliter inclinati, Ad tractand' et communicand' de et super permutatione dictarum vicariarum et ecclesiarum, et ad resignand' easdem per modum et ex Causa permutationis in manus nostras, aut vicarij nri in spualibus generalis aut alterius cuiuscunque easdem resignationes admittendi potestatem habentis vel habitur' (Dummodo inter vos Simoniaca pravitas non intervenerit) Licentiam et facultatem nrã ordinariã harum serie concedimus et elargimur. In cuius rei Testimonium sigillum quo in hac parte utimur pntibus apponi fecimus. Dat' nono die mensis Martij Anno Dni iuxta Computacõem eccliẽ Anglicane millimo sexcentesimo, Et nostre Translacõis Anno decimo octavo.

Eisdem die et anno Emanavit similis Licentia prenominato Johanni Gray vicario de Lenham antedicto et prefato willmo Hull vicario vicarie perpetue ecclesie parochialis de Alkham cum Capell' eidem annex' Cant' Dioc' &c.

Lic' vescend' carnib' concess' dno Michaeli Molyns et uxori

Decimo die mensis Martij Anno Dni iuxta Computacõem ecclesie Anglicane millesimo sexcentesimo per venerabilem virum Edwardum Stanhope Legum Doctorem vicarium in spualibus generalem &c Reverendissimi prĩs Dni Johannis Archiepi Cantuar' &c, vigore Certificator' a magro Drewe Atkins concessa fuit Licentia vescendi Carnibus pro hoc Quadragesimali tempore Dno Michaeli Molyns militi et Dne Molyns eius uxori, observatis in omnibus prout in statuto actus Parliamenti nuper Anno quinto regni serenissime Dne nre Regine in ea parte edito et proviso continetur &c.

Lre dimissor' Petro Wyborne

Vicesimo primo die mensis Martij Anno Dni iuxta Computacõem Ecclesie Anglicane millesimo sexcentesimo, Emanarunt Lre dimissorie Petro Wyborne de Hackington in Comitat' Kancij Cantuar' Dioc' in artibus magro ad recipiend' sacros ordines &c a Reverendo patre Dno Martino Elien' Episcopo in quacunque ecclia ubi moram traxerit per Provinciam Cantuar' &c observatis in omnibus que per Constitutiones ecclesiasticas &c requiruntur &c, prestito primitus per eum Juramento supremitatis regie Maiestatis &c, subscriptisque per eum articulis concordatoum consensum religionum concernen' &c.

Lic' erudiend' concess' Laurentio Fichtenn

Vicesimo quarto die mensis Martij Anno Dni iuxta Computacõem ecclesie Anglicane millesimo sexcentesimo, Emanavit Licentia Laurentio Fichtenn ville sive oppidi de Gravesend in Comitat' Kancij Roffen' Dioc' Cantuarque Provincie in artibus magro ad erudiend' quoscunque pueros in Lris Grammaticalibus aliisque documentis licitis et honestis in quocunque loco publico tam infra villam de Gravesend predict' quam quacunque alia parochia villa sive oppido per Provinciam Cantuar' &c, prestito primitus per eum Juramento supremitatis regis Maiestatis &c, subscriptisque articulis Concordatoum consensum religionum concernen' &c, ad beneplacitum duratur' &c.

Mr Dr Stanhope Lre to ye Bps touching Recusants

It may please yor Lo: to understand, that whereas my Lord Grace of Canterbury did the nineteenth day of December last past write lres to yor Lo: prayinge you to make in autentique forme under your Episcopall seale, one Certificat or significavit directed unto her Maiesty of all Popish recusants wthin yor Dioces, and to sende the same unto his Grace against the beginninge of the last terme, wch yor Lo: hath deferred and not yet doon the same: I doe therfore by theise my Letters (accordinge to his graces Commandement given unto me) pray and require your Lordshipp forthwith to sende the same significavit unto his Grace and also for that my Lord Keeper is desirous to understand the particuler estate of all the Recusants

within your Diocesse, to certify his Grace in particuler of each of them, the generall estimacon of the Countrie of everie of their abilities, or at the least which of them are of the best habilety most dangerous and likest to doe hurte by drawinge the inferiour sorte by their example to the like obstinacy. And thus prayinge yor Lo:p to bee carefull herein I Committ your Lo:p to the Almightie from London this Seconde of Aprill one thowsand six hundreth and one yor Lo:ps lovinge frende to bee commaunded Ed: Stanhope

It may please yor Lo:p to understande, that uppon yor Lo:ps sendinge upp unto my Lo: grace of Canterburie this last terme a generall significavit of all Recusants within yor Lo:ps Diocesse accordinge to his graces letters sent unto you. Nowe for that manie are signified by yor Lo:p and for that my Lord Keeper is desirous to understande the particular estate of all the Recusants within yor Diocesse; I am by his graces direction commaunded to pray and requier your Lo:p to certify his grace in particuler of each of them, the generall estimacon of the Countrey of everie of their habilities, or at the lest which of them are of the best hability most dangerous and likest to do hurt by drawinge the inferiour sorte by their example to the like obstinacie. And to returne the same to his grace before the beginninge of the next terme, for that the proceedinge against anie of them is yet deferred untill this Certificate from yor Lo:p to bee sent in. And thus prayinge yor Lo:p to bee carefull herein I Committ yor Lo:p to the Almighty. ffrom London this seconde of Aprill one thowsand six hundreth and one, yor Lo:ps lovinge frend to bee Commaunded Ed Stanhope

Lre testiales sup purgacoe Walteri Turner de Staplehurst in Com Cantij

Edwardus Stanhope legum Doctor Reverendissimi in Xpo patris et Domini Domini Johannis divina providentia Cantuar Archiepi totius Anglie Primatis et Metropolitani vicarius in spualibus generalis et officialis principalis ltime constitut, Universis et singulis Xpi fidelibus psentes Lras nras Testimoniales visuris lecturis vel audituris aut quos infrascripta tangunt seu tangere poterunt quomodolibet in futur salutem in omnium salvatore et fidem indubiam psentibus adhiberi. Ad universitatis vre notitiam deducimus, et deduci volumus per psentes Qd vicesimo quinto die mensis Aprilis Anno Domini millesimo sexcentesimo primo, in Loco Consistoriali ecclesie Cathedralis sci Pauli London inter horas primam et tertiam post meridiem eiusdem diei Nos Edwardus Stanhope Legum Doctor vicarius in spualibus generalis antedictus dicti Reverendissimi patris pro Tribunali sedentes et in quodam negotio receptionis purgationis Walteri Turner de Staplehurst in Comitat Cantij Clothier nobis per Commissarios regie maiestatis ad causas ecclesiasticas relat iuxta tenorem et effectum cuiusdam Ordinis eorundem Commissariorum regiorum sigillo eorum officij munit et sigillat, rite et ltime proceden. Comparuit personaliter dictus Walterus Turner et exhibuit quoddam Certificatorium super publicacoe Citacois et intimacois in dicto ordine mencionat contra omnes et singulos (si qui sint) qui contra purgaconem suam hmoi opponere voluerint, et allegavit illud subscriptum fuisse et esse manu propria Henrici Bottinge Clerici Curati de Staplehurst predict, et contenta in eodem fuisse et esse vera, ac ita habita et gesta prout in eodem continetur, et super veritate eiusdem Certificatorij fecit fidem. Tunc facta publica preconizacone trina vice Hanslini Bathurst promotoris officij &c ad peticoem dicti Walteri Turner, necnon omnium et singulorum contra purgacoem hmoi obijcere volen, iuxta tenorem ordinis predict et nullo modo comparen pr dictus Turner petijt eos omnes et singulos reputari contumaces et in penam contumaciarum suarum hmoi decerni procedend fore ad receptionem purgaconis eiusdem Walteri Turner ipsorum sic citatorum intimatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstan, et in pntia magri Lovell procuris promotoris officij nihil obijcientis, iuxta tenorem ordinis predict, ac iuris in hac parte exigentiam, Unde Dns ad eius peticoem sic decrevit prout petitur. Deinde dcus Turner in penam contumacie omnium et singulorum citatorum et intimatorum ut supra produxit Edwardum Eedes, Willimum Codingley, Ambrosium Bedwell, Georgium Dadson, et Johannem ffrenche inhabitantes et domicilia tenentes infra dictam parochiam de Staplehurst predict yeomen in Compurgatores suos, quos petijt in Compurgatores suos recipi, ac iuramento a Compurgatoribus deferri solit et usitat onerari iussit &c, et in penam &c, et in pntia mri Lovell

habita tunc prius solemni monicone et examinacoe tam dicto Turner quam dictis Compurgatoribus, suis super eorum iuramento in hac parte prestand, et de et super periculo periury si in eodem inciderint, Dominus prestito postea per dictum Turner iuramento, That he hath not at any tyme heretofore committed adultery or fornicacon with Agnes Barnes als Osborne nowe or late of the parish of Staplehurst aforesayd in the sayd order mencioned, nor had the carnall knowledge of hir body, sed se innocentem fuisse et esse illius criminis ei impositi, et similiter prestito iuramento per eosdem Edwardum Eedes, Willmum Dordmaley, Ambrosium Bedwell, Georgium Dadson, et Johannem ffrench Compurgatores suos predict, That whereas the sayd Turner hath taken the oath aforesayd, they do in their consciences perswade themselves he hath taken a true and iust oath therein, and that they do neither knowe nor suspect him to bee guilty of the sayd Crime. Quibus sic peractis Dns pronunciauit et declarauit dictum Walterum Turner sese sufficienter in hac parte purgasse, et ipsum fame sue pristine restituit et decreuit Literas testimoniales super premissis fieri, and did order and inioyne him never to come in hir the sayd Agnes Company but in open streete and markett, presentibus tunc et ibidem mris Richardo Goodall procuratore Alme Curie Cant de Arcubus London, Simone Theloall notario publico, Georgio ffoxman et Rogero Batt literatis testibus &c. **In quorum** omnium et singulorum premissorum fidem et testimonium has literas nostras Testimoniales fieri, ac sigilli quo in similibus utimur appensione communiri mandauimus et fecimus. Dat vicesimo quinto die mensis Aprilis Anno Dni millesimo sexcentesimo primo.

Primo die mensis Maij Anno Domini millesimo sexcentesimo primo, Emanauit Exemplificacio Ordinationis vicarie eccle de Stone in Oxne Cantuar Dioces prout scribitur in Libro Domini Simonis de Islip olim Cantuar Archiepi fol: 159 &c. ad peticoem Georgij Wallett ville sive oppidi de Hastinge in Comitat Sussex yeoman.

Exemplificacio ordinacōis vicar eccle de Stone in Oxne Cant Dioc

Elizabeth Dei gratia Angl: ffrancie et Hibernie Regina fidei Defensor &c. Reuerendissimo in Xpo patri et Domino Dno Johanni miseracone diuina Cantuarien Archiepo totius Anglie Primati et Metropolitano Salutem. Volentes certis de causis quod Barones de Scaccario nostro per vos certiorentur de nominibus et cognominibus quorumcumque Clericorum admissorum, collatorum sive institutorum ad aliquod beneficium officium dignitatem prebendam vel promotiones spuales quascumque, cuiuscumque nominis nature sive qualitatis existunt infra Dioces et iurisdiccoem vestram tam in locis exemptis quam non exemptis a Decimo nono die Augusti ultimo preterit usque decimum diem mensis Aprilis iam proxime futur unacum die et anno admissionis institucionis sive Collacionis eorum cuiuslibet, ac in quo Comitat sive quibus Comitat et Decanat sub Dioces et iurisdiccoe vra huiusmodi beneficia, officia, dignitates, prebend vel promocoes spuales situantur: Vobis precipimus quod diligenti indagine scrutatis Registris et alijs Archiuis vestris premissa tangen, quicquid inde inueneritis prefatos Barones nostros Westmer in Quindena Pasche proxime futur sub sigillo vro autentico et manus vestre proprie subscriptione distincte luculenter et aperte in pergameno fideliter script certiores reddatis unacum hoc Breui. Teste Willmo Peryam milite apud Westmer Duodecimo die ffebruarij Anno Regni nri Quadragesimo tercio. Jo: Tayler Deputat Edwardi Stafford militis.

Bre reg ad cert pro institucōibus a festo michis Ao Dni 1600 usque presentem ad decimum diem Aprilis 1601

Honorabilibus et egregijs viris Dnis Baronibus Curie Scaccarij Illustrissimi in Xpo principis et Domine nre Dne Elizabeth Dei gratia Anglie ffrancie et Hibernie Regine fidei Defensor &c, et eiusdem Curie Thesaurario, Ceterisque in eadem a Consilijs. Johannes diuina prouidentia Cantuar Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus salutem in Dno sempiternam ac fidem indubiam presentibus adhiberi. Breve dicte Illustrissime Dne nre Regine (presentibus annex) nuper cum ea qua decuit reuerentia obedientia et subiectione humiliter recepimus exequend: Cuius vigore pariter et auctoritate scrutatis diligenter de mandato nro Registris et Archiuis nris sub Custodia Thome Redman et Johannis Coston notariorum publicorum officium Registrariatus nostri principalis

Cert Scaccar super institucōibus &c.

Decem custod' et fideliter custodit' nomina et cognomina omnium et singulorum Clericorum ad promotiones et beneficia ecclesiastica quecumque tam infra Dioces' et peculiares Jurisdiciones nostras et immediate ecclesie nostre Cathedralis et Metropolitice Christi Cantuar' quam provinciam nostram Cantuar' a festo sancti Michaelis Archangeli Anno Domini millesimo sexcentesimo ultimo preterit' et regni felicissimi dicte Serenissime Domine nostre Regine Quadragesimo secundo inclusive usque ad et in decimum diem mensis Aprilis extunc proxime sequen' inclusive, Regnique eiusdem Serenissime Domine nostre Regine Quadragesimo tertio, iam current' admissorum, unacum annotatione et descriptione dierum mensium et annorum huiusmodi in Registris nostris predict' mencionat' in schedula presentibus annex' descript' fecimus et mandavimus. Que omnia et singula ita se habere et vera esse vobis harum serie iuxta tenorem brevis Regij presentibus annex' prout ex Registris et Archivis nostris huiusmodi nobis constare possit duximus significand' **In cuius** rei Testimonium Sigillum quo in hac parte utimur presentibus apponi fecimus Dat' Nono die mensis Aprilis Anno Domini millesimo sexcentesimo primo Et nostre Translationis Anno Decimo octavo.

Institucion' tangen' [illegible] Certificat' [illegible]

L're dimissor' concess' Thome Large Diacono.

Duodecimo die mensis Maij Anno Domini millesimo sexcentesimo primo, Emanarunt L're dimissor' Reverendo patri Domino Anthonio Cicestren' Episcopo conferend' ordines presbiteratus Thome Large Diacono in quacumque ecclesia parochiali per Provinc' Cantuar' ubilibet constitut' &c.

Lia fact' R'do pri Dno Epo Cicestren' ad admittend' dict' Tho: Larg ad vicariam de Hollington dict' Cic' Dioc'.

Duodecimo die mensis Maij Anno Domini millesimo sexcentesimo primo, Concessa fuit Licentia Reverendo patri Domino Anthonio Cicestren' Episcopo infra parochiam de Cheam in Comitat' Surrie Decanat' de Croydon ecclesie Cathedralis et Metropolitice Christi Cant' peculiaris Jurisdiccionis commoranti ad admittend' et instituend' dictum Thomam Large Diaconum ad vicariam perpetuam ecclesie parochialis de Hollington in Comitat' Sussex dict' Cicestren' Dioces' per mortem naturalem Edmundi Greenefeild presbiteri ultimi vicarij et incumben' ibidem ut dicitur vacantem. Ad quam per Dominum Georgium Browne militem ipsius vicarie perpetue verum et indubitatum patronum presentatus extitit &c Juribus Archiepiscopalibus Cantuar' et ecclesie Cathedralis et Metropolitice Christi Cant' dignitate &c salvis.

His G. l're to the Bpps touching their Comissaries and Officialls Courts.

Salutem in Christo, There have divers complaints been made to personages of great place, who have acquainted me therewith that by reason of the often keeping of Courts by Commissaries, and by the Archdeacons officialls, and by the multitude of generall Apparitors swarminge under them, the subiect is almost vexed weekelie with attendance on their severall Courts, to their infinite Charge and dailie vexation; And further that by a disorder not longe since crepte into those Courts without warrante of makinge quarter bills of presentments, whereas their visitations are holden but once, or at the most twice in everie yeere, so as what with Churchwardens continuall attendance uppon those Courts and their dailie vexation by newe processe and excommunications if they misse but one daie of their quarter bills, besides the generall Charge which everie parishe beareth for their Churchwardens attendance on those Courts (which in manie places commeth to more then is by a whole parish for anie one ceasement payed to hir Maiestie) the poore men who are Chosen Churchwardens by their continuall attendance on those Courts, are in their estate as they alleage hindered greatlie in leavinge their daie labor for attendance there, Theise and divers like Complaints are daily brought unto me with a generall exclamation uppon Commissaries and Officialls Courts for such like greivances of the subiecte. I had well hoped that the Constitucons made the last Convocacon and your Lordshipps promise to see them duly executed, (knowinge howe our ecclesiasticall Jurisdiction was then spurned att,) woulde have prevented theise above named, and all other like Complaints, but I feare the greedinesse of meane inferior Registers and Apparitors under your Lordshipps Commissaries and Archdeacons is so rooted in them, as it will breede a greater blemishe then hitherto hath commed uppon our whole Jurisdiction, unlesse yor Lo: do with a more

vigilante

vigilant care prevent that mischeife. Theise are therefore to praie and require your Lordshipp presently uppon receipt of theise letters to call before your selfe your Chancellour, Commissarie and all your Archdeacons or their Officialls where there bee anie under you, and to cause them to bringe unto you their Recordes of their Courts keeping for matters of Office used about the thirde or fourth yeare of her Maiesties Reigne, and that your Lordshipp will out of them take a true extract signed with the iudges and Registers owne hande, certifienge theise three particular pointes; ffirst howe often the Churchwardens of everie parishe did bringe in their bills of presentmente at that tyme, whether quarterlie or not; secondlie howe often either your Commissaries or your officialls did keepe their Courts in everie quarter, and howe longe tyme differente there was betwixt your Commissaries Courts, and the Archdeacons Officials; And lastlie what number of Apparitors everie Commissarie and everie Archdeacon or his Officiall had within your Lordshipp Diocesse at that tyme. This beinge by your Lordshipp trulie founde out, I am further to praie and require you to enforme your selfe under all your forsayde officers, and their severall Registers handes, what bills nowe quarterly or otherwise brought in by the Churchwardens of everie severall parishe within your Diocesse to everie of them, (for that it is enformed that everie parisshe is quarterly charged with as great a charge for certifienge of Recusants, as they are for bills of presentments) and what is payde either to Apparitor or Register for makinge or exhibitinge of theise severall bills; (for I doe not heare that the Judges have anie fee due for theise exhibitts), yor Lordshipp is likewise required to enforme your selfe what difference is at this presente betwixt the multiplicitie of theise Courts within your saide Diocesse and those in former tyme, as also of the number of Apparitors belonginge to all those Offices, over those which were of twentie yeares before the last Parliament; in all or everie of theise if your Lordshipp shall fynde anie alteracon, then for the avoydinge of those greivous complaints daily brought up hither, and so open contempt of the last Cannons: yor Lordshipp is hereby required to do your best endevour to reduce all theise enormities unto the former forme bothe of makinge bills of presentments, of reducinge the number of those inferior Courts to their former liste, and of the restrayninge the great vexation of the subiects by multiplicitie of Apparitors. And for that my selfe desire to bee satisfied in my care and promised helpe in reforminge theise abuses I doe hereby pray and require your Lordshipp, that by the last daie of Julie next ensuinge, you doe transmitt unto mee under your Lordshipps owne hande all the particulers above sett downe togeither with ~~the~~ your Lordshipps order taken for reforminge the premisses, and for bringinge of them to their former Course. And soe I bydd yor Lopp hartily ffarewell, ffrom Lambehith this two and twentith of Maie 1601. Your Lordshipps Lovinge brother in Christ

Jo: Cantuar

Dispensac̄o pro matrimon clandestine fact Comit Hertford et alijs

Johannes divina providentia Cantuarien Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus Dilectis nobis in Xpo Honoratissimo viro Domino Edwardo Comiti Hertfordie, Egregie femine ffrancisce Prannell vidue nuper Relicte Henrici Prannell Armigeri modo Comitisse Hertfordia Domine Marie Rogers vidue sorori Honoratissimi Comitis Hertfordie predict, Domino Thome Howard Baroni de Walden Prenobilis Ordinis Garterij militi, Domino Henrico Seymour fratri Honoratissimi Comitis Hertfordie predict, Michaeli Stanhope Armigero ffrancisco Astley Armigero, Nicholao hilliard generoso, Roberto Smyth presbitero Rectori ecclesie parochialis de Simondesbury in Comitat Dorset, Joanne Russell, Priscille Price Katherine Robinson et Anne Grey generosis Gilberto Pryn, Georgio Marshall, Jacobo Kirton generoso, et Anne Kirton eius uxori, Edwardo Daniell Thome Langford, Thome hammonde et Georgio Boyce famulis dicti Honoratissimi viri Comitis Hertfordie nostre Cantuariensis Provincie Salutem in auctore salutis

Ex parte vestra et vniuscuiusque vestrum nobis humiliter est supplicatum et ostensum Quod cum vos memorati Edwardus Comes Hertfordie, et ffrancisca Prannell modo Comitissa et coniux vestra, matrimonium adinuicem contraxeritis, Illudque in priuatis edibus vestris solemnizaueritis seu solemnizari procuraueritis per Thomam Montford sacre Theologie professorem, (iuxta tamen formam libri publicarum precum auctoritate Parliamenti Anno primo Illustrissime domine nostre Regine edit et promulgati) nulla prius bannorum publica editione saltem in ecclesia aliqua precedente et absque aliqua legitima dispensatione in ea parte prius habita et obtenta; Cuius matrimonij solemnizationi Clandestine vos dna Maria Rogers vidua, Dominus Thomas Howard Baro de Walden prenobilis Ordinis Garterij miles, dns Henricus Seymor frater honoratissimi viri Comitis Hertfordie predict, Michael Stanhope Armiger, ffranciscus Assley Armiger, Nicholaus hilliard generosus, Robertus Smyth presbiter, Joanna Russell, Prisscilla Price Catherina Robinson et Anna Grace generose, Gilbertus Pryn, Georgius Marshall, Jacobus Kirton generosus et Anna eius vxor, Edwardus Daniell, Thomas Langford, Thomas Hammond et Gregorius Boyce famuli dicti honoratissimi viri Comitis Hertfordie interfuistis, Clauem et auctoritatem ecclesie in ea parte negligendo, eoque intuitu in maioris excommunicationis sententiam penasque de iure ecclesiastico ob dictum crimen debitas incideritis, ac singuli vestrum inciderit; vos tamen ac quilibet vestrum legum ecclesiasticarum offensionem in ea parte iam sentientes, per Galfridum Clerke, notarium publicum Alme Curie Cantuarien de Arcubus London procuratorum generalium vnum vestrum in hac parte procuratorem legitime constitutum, a nobis humiliter petijstis ac quilibet vestrum petijt, vt vobis et vestrum cuilibet de aliquo remedio opportuno gratiose in hac parte prouidere velimus. Nos igitur Considerantes, quod errore tantum et iurium ecclesiasticorum in ea parte ignorantia animo minime obdurato nec contemptui dedito in dictas penas incidistis, quodque in vere vestre resipiscentie testimonium nobis in hac parte vos submisistis, ac vnusquisque vestrum per procuratorem suprascriptum se submisit. Cum ecclesia Christi nulli ad se redeunti gremium claudat, Nos (vti dicimus) vestris in ea parte petitionibus inclinantes et annuentes (Cautione prius facta per prefatum Galfridum Clerke vestrum in hac parte procuratorem predict in animas et nomine singulorum et vniuscuiusque vestrum de parendo iuri et stando mandatis ecclesie, tam vos prefatos Edwardum Comitem Hertfordie, et Dominam ffranciscam Comitissam et coniugem vestram, ac vos prefatos Dominam Mariam Rogers, Dnm Thomam Howard Baronem de Walden, Dnm Henricum Seymor, Michaelem Stanhope, ffranciscum Assley Armigeros, Nicholaum hilliard generosum Robertum Smyth presbiterum, Joannam Russell, Prisscillam Price Catherinam Robinson et Annam Gray Gilbertum Pryn, Georgium Marshall Jacobum Kirton et Annam eius vxorem, Edwardum Daniell, Thomam Langford, Thomam Hammond et Gregorium Boyce, ac etiam omnes et singulos famulos vestros, ac alias quascunque personas cuiuscunque sexus vel quocunque nomine Censeantur, qui dicti matrimonij solemnizationi interfuerint ac si sigillatim nominati essent, a quibuscunque excommunicationis maioris seu minoris suspentionis seu interdicti sententijs, ac alijs Censuris et penis ecclesiasticis quibuscunque, in quibus de iure facto aut Canone inmodati et irretiti ratione premissorum fuistis, seu quilibet vestrum fuerit, quantum in nobis est, et quantum de iure legibus, statutis, Constitutionibus et Canonibus Ecclesie Anglicane possumus, auctoritate nostra absoluimus, et pro sic absolutis ad omnem iuris effectum haberi volumus per presentes, pristinoque vestro statui quantum in nobis est auctoritate predicta vos et quemlibet vestrum restituimus, ac pro restitutis pronuntiamus decernimus et declaramus per presentes. Ac in omnium et singulorum premissorum sic per nos (vt prefertur) gestorum fidem et Testimonium, has literas nostras fieri fecimus. Dat vicesimo nono die mensis Maij Anno Dni millesimo sexcentesimo primo, Et nostre Translationis Anno decimo octavo. his grace caused this to bee sealed wth his owne seale.

Absolutio mri Montford

Johannes divina providentia Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus Dilecto nobis in Christo Thome Montford sacre Theologie Doctori salutem in authore salutis. Cum quoddam matrimonium Clandestinum inter Honoratissimum virum Dominum Edwardum Comitem Hertfordie, et ffranciscam Pranell viduam, nuper Relictam Henrici Pranell Armigeri modo Comitissam Hertfordie extra eorum ecclesiam parochialem, ac sine aliqua bannorum matrimonialium editione aut publicatione prius in ea parte habita et facta, ac sine aliqua Licentia sive dispensatione in ea parte prius petita et obtenta, in aedibus privatis eiusdem Honoratissimi Comitis, iuxta tamen formam libri publicarum precum, authoritate Parliamenti Anno primo Illustrissime Domine nostre Regine editarum et promulgatarum per te solemnizatum fuerit, Cuius pretextu tu prefatus Thomas Montford a functione tua ecclesiastica per triennium ipso facto ex Canonibus et Constitutionibus ecclesiasticis in ea parte editis fueris et sis suspensus. Tu vero tam Canonum et Constitutionum ecclesiasticarum offensionem in ea parte sentiens, a nobis humiliter petiisti ut tibi de aliquo remedio opportuno gratiose in hac parte providere vellemus. Nos igitur Considerantes quod errore tantum, et Iurium ecclesiasticorum in ea parte ignorantia, animo minime obdurato, nec Contemptui dedito in dictam poenam incidisti, quodque in vera tue resipiscentie testimonium nobis in hac parte te submisisti, Cum ecclesia Christi nulli ad se redeunti gremium claudat: Nos igitur petitioni tue inclinantes et annuentes (facta prius per te fide de parendo Iuri et stando mandatis ecclesie, a dicta suspensionis Sententia, et alijs Censuris et poenis ecclesiasticis quibuscumque in quibus de Iure facto aut Canone innodatus et irretitus ratione premissorum fuisti et es, quantum in nobis est et quantum de iure Legibus Statutis, Constitutionibus, et Canonibus ecclesie Anglicane possumus, auctoritate nostra te absolvimus, et pro sic absoluto ad omnem iuris effectum haberi volumus per presentes pristinoque tuo statui quantum in nobis est, auctoritate predicta te restituimus, et pro sic restituto pronunciamus decernimus et declaramus per presentes. Ac in omnium et singulorum premissorum fidem et testimonium has Literas testimoniales fieri fecimus. Dat' vicesimo nono die mensis Maij Anno Domini millesimo sexcentesimo primo, Et nostre Translationis Anno decimo octavo. My Lords Grace caused this Dispensation &c to bee sealed with his owne seale / &c.

Lra practizandi artem Chirurgie concessa Galfrido Newe

Johannes divina providentia Cantuarien' Archiepiscopus totius Anglie Primas et metropolitanus Dilecto nobis in Christo Galfrido Newe de Carlton Rode in Comitat' Norffolc' salutem et gratiam. Cum ex fidedigna relatione acceperimus te in Arte Chirurgia per non modicum tempus versatum fuisse, multisque de salute sua desperatis (Deo Omnipotente iuvante) subvenisse, eosque curasse Necnon in arte Chirurgica predicta multorum peritorum Laudabili testimonio pro experientia, fidelitate, diligentia et industria tuis, circa Curas quas suscepisti peragendas in huiusmodi arte Chirurgie merito commendatum esse. Ad practicandum igitur et exercendum dictam artem Chirurgicam in et per totas Dioces' Norwicen', Elien', Lincolnien', et Petriburgen' nostre Cantuarien' Provincie ex causis predict', et alijs nos in hac parte iuste moventibus, quantum nobis per Statuta huius Regni Anglie licet, et non aliter neque alio modo te admittimus et approbamus. Tibique (prestito primitus per te iuramento tam de agnoscendo regiam supremam potestatem in causis ecclesiasticis et temporalibus, quam de renunciando refutando et recusando, omni et omnimode Iurisdictioni, potestati, auctoritati et superioritati forancis iuxta vim formam et effectum Statuti Parliamenti huius inclyti Regni Anglie in ea parte edit' et provis') Licentiam et facultatem in hac parte tenore presentium quamdiu te bene et laudabiliter gesseris benigne concedimus et elargimur. In cuius rei Testimonium sigillum quo in hac parte utimur presentibus apponi fecimus. Dat' decimo nono die mensis Junij Anno Domini millesimo sexcentesimo primo, Et nostre Translationis Anno decimo octavo.

Vicesimo octavo die mensis Maij

Anno Domini millesimo septentesimo primo, In Camera venerabilis viri Edwardi Stanhope Legum doctoris vicarij in spiritualibus generalis Reverendissimi in Christo patris Dni Johannis Archiepi Cantuar &c, infra edes Dnorum Advocatorum de Arcubus London, in presentia Thome Redman notarij publici &c

Negotium absolutionis Thome James nuper de Tedworth in Comitat Oxon generosi et Marie James als ffulke eius uxoris tunc de eadem

Quibus die et loco comparuerunt personaliter dicti Thomas et Maria, et iuxta responsa sua als coram Commissionarijs Regijs in hac parte data fassi sunt et recognoverunt se inter ffestum sancti Michaelis et omnium sanctorum ad annum iam elapsum matrimonio coniunctos fuisse, in ecclesia sive Capella de Tedworth in Comitatu Oxon predict, absque bannorum trina vice publica editione, et absque legitima aliqua Licentia sive dispensatione in ea parte prius obtenta, eoque pretextu in maioris excommunicationis sententiam per Canones et Constitutiones ecclesiasticas ~~in ea parte~~ auctoritate regia sub magno sigillo Anglie in ea parte nuper edit et promulgat ipso facto incidisse, seque sic adhuc innodatos et involutos existere in animarum suarum grave periculum: Quare iuxta monitionem et decretum Commissionariorum regiorum in ea parte interposit humiliter se submiserunt Correctioni Reverendmi Cantuar Archiepi pro crimine predicto, allegantes se non Contemptu legum et Canonum in ea parte editarum in dictam excommunicationis sententiam incidisse sed omnino iuris in ea parte ignorantia, quare humiliter petierunt se ab eadem excommunicationis sententia absolui et pristino statui, ac fidelium communioni restitui, humiliter iuxta cautionem als per eos in ea parte interpositam submittentes se iniungende penitentie pro dicto crimine sibi infligend: unde Dnus ad eorum humilem petitionem (facta prius per eos fide de parendo iuri et stando mandatis ecclie) eos et eorum utrumque absolvit, &c, ac usque et in ffestum Johannis Baptiste prox, ac pristino sue statui eos restituit usque in eundem diem. Et tunc Dominus eis iniunxit penitentiam subsequentem, viz That they shall uppon some Sundaie betweene this and midsommer daie next in the sayde parish of Tedworth where they were married, in the time of divine service at morninge praier, immediatly in the tyme of the sermon there to bee preached (if there bee anie) or else immedially after the Ghospell read in the Church before the minister and parishioners there present, uppon their knees in the middle of the same Church saie publish and declare: That whereas they contrarie to the Lawes of God and the Church of England have disorderly procured them selves to bee married in that Church, without Banes either three tymes lawfully asked and without any lawfull licence or dispensation first obteined in that behalfe whereby they have incurred by Lawe the sentence of excommunication, and so have cutt them selves of from the societie of true Christians, the which their offence they nowe findinge to bee not wayes warrantable either by the Lawe of God or man, they do most humblie uppon their knees confesse and acknowledge them selves to bee hartily sorry for the same, and beinge nowe by the authority of my Lords Grace of Canterbury his Court restored unto their former estate and unto the Communion of other Christians, they doe promise that they will hereafter live as becommeth good Christians and good subiects in all dutifull obedience unto the Lawes of God and their Prince, and of the performance of this penance they are monished to bringe in Certificate into the Consistorie of Paules on Saterday the seven and twentith daie of June next under the hands of the minister and Churchwardens of the same parishe.

Concordat cum Registro facta Collatione per me Thomam Redman Notarium publicum &c

In respect the parties are already married, and have so continewed the space of two yeeres almost this penance may bee commuted into a pecuniarie mulcte to bee bestowed uppon the poore. Jo: Cantuar

Vicesimo die mensis Junij Anno Dni millesimo septuagesimo primo, Emanarunt sub sigillo officij Literas testimoniales tam super commutacione penitentie als dictis Thome James et Marie eius uxori racione cuiusdam matrimonij clandestini inter eos celebrati iniuncte, quam super eorum absolucione a sententia excommunicacionis als in eos tempore solemnizacionis eiusdem matrimonij Clandestini ipso facto lata, in omnibus et per omnia mutatis mutandis, prout in Lris testimonialibus Davidis Holland et eius uxoris Diocesis Assaphen, et penes Philanthium racionis eiusdem Diocesis remanen continetur.

Lre testi^les super commutacōe et absolucōe dictorum James et James

Universis et singulis Xpi fidelibus presentes Lras nostras Testimoniales visuris lecturis vel audituris, aut quos infrascripta tangunt seu tangere poterunt quomodolibet infuturum. Johannes divina providentia Cantuarien Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus. Ad universitatis vestre noticiam deducimus et deduci volumus per presentes. Quod coram dilecto nobis in Xpo Edwardo Stanhope Legum Doctore vicario nostro in Spualibus generali et officiali principali Comparuerunt personaliter Johannes Bygate de Ratclyffe in Comitat Middlesex marriner et Willimus Bygate de eadem marriner, ac etiam comparuit Thomas Browne procurator Alme Curie Cantuar de Arcubus London, et exhibuit procuratorium suum literatorie pro Anna Wilkenson als Bygate uxore dicti Johannis Bygate et pro Elizabetha Bygate uxore dicti Willmi Bygate et fecit se partem pro eisdem &c, quibus Dominus obiecit, Quod ipsi Johannes Bygate et Anna Wilkenson als Bygate eius uxor matrimonium Clandestinum extra eorum ecclesiam parochialem sine aliqua bannorum matrimonialium edicione, ac sine aliqua Licentia aut dispensacione in ea parte prius obtenta de facto solemnizarunt, quodque prefat Willimus Bygate et eius uxor tempore solemnizacionis dicti matrimonij clandestini eidem interfuerunt, eoque pretextu in maioris excommunicationis sententiam per Canones et Constituciones ecclesiasticas in ea parte editas et promulgatas latam ipso facto inciderunt, et innodati et involuti extiterunt, et eorum quilibet innodatus et involutus extitit, et existit, in animarum suarum grave periculum, dictis Johanne et Willmo Bygate et Thoma Browne nomine procuratorio quo supra faten premissa contra eos obiecta fuisse vera, sed prefatam matrimonij solemnizacionem fuisse celebrat, secundum formam libri publicarum precum auctoritate regia stabilit; quare dictus Johannes et Willimus Bygate submiserunt se, et Thomas Browne nomine procurator quo supra submisit se dictas dominas suas correctioni Dni iudicantis pro prefato crimine, et humiliter petierunt beneficium absolucionis eis et eorum cuilibet impendi, et Communioni Xpi fidelium restitui. Unde prefatus Magister Edwardus Stanhope vicarius noster in spualibus generalis antedictus pronunciavit tam dictos Johannem Bygate et Annam eius uxorem matrimonium predict clandestinum celebrari procurant quam prefatos Willimum Bygate et Elizabetham eius uxorem testes predict matrimonij solemnizacioni interessentes in sententiam excommunicationis in Canone in ea parte lat sic (ut prefertur) incidisse et innodatos extitisse, et existere. Quocirca ex parte eorum omnium et singulorum nobis humiliter supplicat extitit, quatus eos et eorum quemlibet a dicta excommunicationis sententia sic ut prefertur contra eos ipso facto lat absolvere, ac eos et eorum quemlibet in pristinum eorum statum restituere dignaremur. Quorum peticioni nos ex certis causis animum nostrum in hac parte specialiter moventibus eos et eorum quemlibet a sententia excommunicationis pred, usque ad et in tertium diem Juridicum post ffestum sive diem sancti Luce Evangeliste prox futur absolvend et relaxand fore mandavimus et decrevimus: Unde prefatus Mr Edwardus Stanhope antedictus de mandato nostro legitime procedens, ad peticionem tam dicti Johannis et Willmi quam antefati Thome Browne nomine procurio partium predict facta prius per dictos Johannem et Willimum fide in personis suis propriis et per Thomam Browne nomine procurio quo supra de parendo iuri et stando mandatis ecclesie ac loci Ordinario in omnibus licitis et honestis mandatis ipsos -

Lre testi^les super absolucōe Johis Bygate et al

Johannem Brygate et Annam eius uxorem, et Willimum Brygate et Elizabetham eius uxorem a sententia excommunicationis in quam ipsi et eorum quilibet occasione premissorum (ut preferetur) inciderunt, et in qua innodati extiterunt, ac eorum quilibet innodatus extitit et existit, usque ad et in dictum tertium Juridicum post ffestum Luce predict absoluit, eosque pristino statui quantum in eo est, ac quantum de Legibus, statutis, Canonibus et constitucionibus huius inclyti Regni Anglie potuit, et non aliter sic (ut preferetur) restituit et ad eorum petitionem decrevit huiusmodi Lras testimoniales desuper fieri: In quorum omnium et singulorum premissorum fidem et testimonium has literas nras testimoniales fieri, ac sigilli quo in similibus utimur appensione communiri mandavimus et fecimus. Dat vicesimo secundo die mensis Junij Anno Dni millesimo sexcentesimo primo, Et nostre Translationis Anno decimo octavo.

Lre dimissor' Abrahami ffrank

Vicesimo sexto die mensis Junij Anno Dni millesimo sexcentesimo primo, Emanarunt Lre dimissorie Abrahamo ffranck de Aula Clarensi in Universitate Cantabrigiensi Diacono in Artibus Bacchalaureo, ad recipiendum presbiteratus ordines a Reverendo patre Domino Anthonio Cicestrensi Episcopo in quancunque eclia per Provinciam Cantuar' Et subscriptis primitus per eum articulis Religionis de quibus in Synodo London Et consensum est Anno Dni iuxta computacionem ecclesie Anglicane millesimo quingentesimo sexagesimo secundo, prestitoque Juramento supremitatis Regie Maiestatis &c.

Inhibitionis Revocatio in Lra Petri White

Johannes divina providentia Cantuarien Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus. Dilecto nobis Petro White Clerico vicario de St Neots Lincolnien Dioces nostreque Cantuar' Provincie salutem et gratiam: Cum nos alias tibi prefato Petro White Licentiam et facultatem concesserimus ad erudiendum quoscunque pueros in Literis Grammaticalibus, alijsque documentis licitis et honestis ac de iure legibus et statutis huius inclyti Regni Anglie permissis et approbatis in quocunque loco publico vel privato tuo arbitrio eligend infra parochiam de St Neots predict ubilibet constitut, unacum inhibitione in eadem inserta contra omnes et singulas personas quascunque ne ipsi aut eorum aliquis a die dati dicte inhibitionis aut intimationis eiusdem eis faciend, aliquos pueros erudire, aut Ludimagistri officium intra parochiam predictam et circuitum duarum milliarum proxime adiacen dictam parochiam de St Neots quovismodo exercere presumant, seu presumat eorum aliquis sub pena contemptus ad nostrum beneplacitum tantummodo duratur', prout per scriptum nostrum inde tibi factum geren datum vicesimo primo die mensis Novembris Anno Domini millesimo quingentesimo nonagesimo quarto plenius liquet. Nos vero iam ex certis causis veris iustis rationabilibus et legitimis coram nobis propositis et allegatis nos in hac parte specialiter moventibus eandem Inhibitionem quoad hec verba (et Circuitum duarum milliarum proxime adiacentium dictam parochiam de St Neots) penitus revocamus, proque revocata nulla et invalida ad omnem iuris effectum haberi volumus per pntes In cuius rei Testimonium sigillum quo in hac parte utimur pntibus appom fecimus Dat Tertio die mensis Julij Anno Dni millesimo sexcentesimo primo, Et nre Translationis Anno decimo octavo.

Lra instruend concess Barth Newman

Johannes divina providentia Cantuar' Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus Dilecto nobis in xpo Bartholomeo Newman de Collegio Christi in Universitate Cantabrigiensi in Artibus Bacchalaureo salutem et gratiam. Ad instruendum erudiendum et informandum quoscunque pueros in Lris Grammaticalibus alijsque documentis licitis et honestis ac de iure et huius Regni Anglie Ordinationibus, statutis, ac regijs iniunctionibus permissis et approbatis in quocunque loco publico tuo arbitrio eligend, infra parochiam de Eton in Comitatu Bedford Lincoln Dioces ac infra Dioces Lincoln et Peterburgen except parochia de St Neots predict nostre Cantuar' Provincie ubilibet constitut, Tibi de cuius fidelitate, literarum scientia, conscientie puritate, morum probitate, religionis sinceritate

citate et diligentia plurimum confidimus. Dummodo articulis de quibus in Synodo London
&c. consensum est Anno Domini iuxta Computacionem ecclesie Anglicane millesimo quingentesimo
sexagesimo secundo, ad tollendum opinionum varietatem et confirmandum veram vniformem
xpi religionem regia auctoritate et assensu publicatis, manu tua propria coram venera-
bilibus viris Johanne Jegon et Humfrido Tindall sacre Theologie professoribus, ac
Johanne Cowell Legum Doctore per nos in hac parte legitime constitutis eorumve
vno subscribas, Ac iuramentum tam de agnoscendo regiam supremam potestatem
in causis ecclesiasticis et temporalibus, quam de renunciando omni et omnimode Jurisdic-
tioni potestati auctoritati et superioritati forinsecis, iuxta vim formam et effectum
Statuti (huius incliti Regni Anglie in ea parte edit et provis, prestes, antequam
onus execucionis officii Ludimagistri huiusmodi vigore presentium in te assumas et non aliter
neque alio modo) Licentiam et facultatem nostras concedimus et impertimur per pre-
sentes ad nostrum beneplacitum tantummodo duratur'. In cuius rei Testimonium
sigillum quo in hac parte vtimur presentibus apponi fecimus. Dat Tercio die mensis
Julii Anno Domini millesimo sexcentesimo primo, Et nostre Translationis Anno
decimo octavo

Eisdem die et anno Emanavit Commissio venerabilibus viris
Johanni Jegon sacre Theologie professori Alme Vniversitatis Cantabrigien Pro-
cancellario, Humfrido Tindall sacre Theologie professori Decano ecclesie Cathedralis Elien
et Johanni Cowell Legum Doctori coniunctim et divisim ad recipiendum subscriptionem prenominati Bartholomei Newman super articulis religionis &c. eiusque iuramentum
supremitatis regie Maiestatis &c in predict Licentia mentionat ad transmittend huiusmodi
Commissionem citra festum Sancte ffidis prox &c.

Commissio ad recipiend subscript Bar tholomei Newman

Introducta fuit Commissio predicta decimo tercio die mensis Augusti Anno Domini predict
vnacum Certificatorio in dorso super expedicione eiusdem Commissionis et remanet penes Ca-
ncellarium huiusmodi &c.

The nynthe daie of Julie Anno Domini millesimo sexcentesimo
primo, Mr Doctor Stanhope Chancellor to my Lords Grace of Canterburie by
authoritie from his Grace graunted a licence to Edwarde Kidder of Lewes in the
Countie of Sussex, to teach children to write and reade and cast accompts with in the
Diocesse of Canterbury and Chichester and his graces peculiers with in the saide
Diocesse of Chichester he first subscribinge to the articles of Religion agreed on
by the Clergie in Anno one thousand five hundreth sixtie two, and takinge the oath
of supremacie to hir Maiestie, To continue duringe his Graces pleasure.

[illegible] Edwardo Kidder data

Elizabeth Dei gratia Anglie ffrancie et Hibernie Regina fidei
Defensor &c. Reverendissimo in Christo patri Domino Johanni miseratione divina
Cantuarien Archiepiscopo totius Anglie Primati et Metropolitano salutem. Cum
nuper per Literas vestras, aut per Literas nuper predecessorum vestrorum sigillis vestris
autenticis sigillat acceperimus diversos incumben firmari, proficuorum receptores
et alios occupatores beneficiorum et promotionum spiritualium in quadam schedula
presentibus annex content et specificat renuere et recusare soluere ad vsum nostrum
separales decimas separalium beneficiorum et promotionum in dict schedul content
iuxta et pena statutorum in ea parte edit omnino spret et neglect. Nos vero volen-
tes eosdem separales incumben, firmar proficuorum receptores, et alios occupatores
separalium beneficiorum in dicta schedula content et eorum quemlibet contempt
et neglect officii sui debita afficere pena: Certis de causis nos specialiter moven-
tibus et ac de fidelitatibus et providis circumspectionibus vestris plurimum confiden
Assignavimus vos et nihilominus volumus et mandamus, quod vos in eorundem terro-
rem vbi maxime videritis expedire per ministros vestros idoneos illos aut saltem
eorum aliquos sic renuentes et recusantes per deprivationem aut aliter pro ratio-
ne actorum et Statutorum in huiusmodi casu editorum et provisorum tractetis, et vt

Breve Regium

pecunias pro eorum rata portione in schedula predict content vobis ad usum nostrum persolvere coartatis et urgeatis omnino, necnon pro defectu solutionum decimarum pred sequestretis et in manus seisiri faciatis omnia et singula redditus, reventiones, exitus proficua, fructus, commoditates, decimas, glebas, oblationes, pentiones, portiones et alia emolumenta et proficua quecumque ad seperalia beneficia et promociones spirituales in dicta schedula content et eorum quodlibet spectan et pertinen in quorumcumque manibus possessione sive occupatione illa vel eorum aliqua modo existunt aut imposterum existent, quousque debit in huiusmodi schedula content persolvantur: intimetisque, publicetis et declaretis hanc sequestrationem nostra authoritate factam, talibus temporibus locis et huiusmodi personis prout vobis maxime videbitur expedire. Nolumus autem quod templa obseretis, aut aliquam edem sacram occludatis schedulasve aut alia scripta postibus aut temporibus valu sigillo vestro autentico munit aut aliter affigatis, quominus ministri divina celebrent, aut parochiani sacris celebrand intersint. Volumus autem quod si qui acquietantias aliquas premonstraverint, quod illos idonea cautione ut tempore infrascript Baronum nostrorum ordini et iudicio subdit compar aut vinctis. Et insuper petatis, exigatis, levetis, colligatis et in manus nostras recipiatis a quibuscumque aliis tenentibus firmariis et occupatoribus dictorum separalium beneficiorum et promotionum spiritualium et eorum cuiuslibet, omnia redditus reventiones exitus proficua et alia quecumque commoda et emolumenta pro nobis et ad usus et commoditates nostras. Bona vero et Cattalla si que forte fuerint peritura maiori commodo nostro vendantur. Ceteraque que de iure exigere poteritis peragatis quo separalium debit in dicta schedula content plenar solutionem expeditius accelerare poteritis, huicque mandato nostro conspic insistetis, donec et quousque tant redditus, reventiones et proficua separalium beneficiorum predictor et eorum cuiuslibet ad manus nostras pervenerint quibus de predictis separalibus debit in dicta schedula content pro huiusmodi rata portione nobis abunde satisfiet. Ceterumque quo que peteritis post receptionem eorundem ad recept Scaccarij nostri ad usum nostrum recept inde denarios integre persolvatis. Assignavimus enim et constituimus vos et alios discretos et boni nominis viros qui vobis approbati et commodi videbuntur collectores et receptores in premissis. Certiores igitur reddatis Barones nostros predictos apud Westmon' in Quindena sancti Michaelis Archangeli prox futur quid feceritis in premissis remittend eisdem Baronibus nostris tunc et ibidem presens mandatum nostrum: Vos enim in reddicione Compoti vestri pro decimis ad ffestum Natalis Domini ult preterit cum summis in schedula pred et ad usum nostrum nondum solut onerand fore nisi Commodiori responso sub sigillo vestro autentico in membrana reddat Baronibus nostris predictis persuaseritis premonemus per presentes. Damus autem tenore presentium in mandato omnibus et singulis Justiciariis, maioribus Vicecomitibus, Ballivis, constabulariis et aliis officiariis et ministris nostris quibuscumque tam infra libertates quam extra quod vobis et vestris in hac parte deputat circa execucionem presentis Commissionis nostre obedientes, auxiliantes sint et intendentes prout decet. In cuius rei Testimonium has literas nostras fieri fecim patentes, Teste Willmo Peryam milite apud Westmon' duodecimo die ffebruarij Anno Regni nostri Quadragessimo tercio. Jo: Taylor deputat Edw Stafford militis.

Arreragia decimarum debit tempore nuper Cardinalis Poli

Eshere vicar'	De vicaria ibidem pro decima inde debit ad ffestum Natalis Domini Anno secundo et tercio Philippi et Marie nuper Regis et Regine	xviijs xiijd
Tonland et	De Rectoria ibidem pro decima inde debit dicto Anno	viijs
Thornton libera capella	De Libera Capella ibidem pro decima inde debit Anno supradicto	ixs iiijd
Hospital sancti Jacobi	De Hospital ibidem pro decima inde debit ad ffestum Natalis Domini 1556	lxvijs ijd

De vicaria ibidem pro decima inde debit eodem Anno 1556	viij s	vic' sci petri de Dover
De Rectoria ibidem pro decima inde ad xl li iiij d per Annum debit pro duobus annis finit dicto anno 1556	xx s viij d	Chilham R
De Rectoria ibidem pro decima ad xv li iij d per annum debit pro eisdem duobus Annis	xxx s vj d	Newington R

Arreragia Decimarum debitarum tempore Dne Regine Elizabeth

De Archidiaconatu ibidem pro decima inde debit ad ffestum Natalis domini Anno primo Elizabeth &c	Cvj li x s j d q	Archidiac' Cant'
De Rectoria ibidem pro decima inde Anno primo Elizabeth	lxxiij s	Chartham R
De Rectoria ibidem pro decima inde dicto Anno primo Elizabeth	iiij li x s	Ste Marie Aldermary London
De Rectoria ibidem pro decima inde debit eodem anno primo Elizabeth	lxxiij s	Lanyngdon et Luttno
De Rectoria ibidem pro Decima inde debit dicto Anno primo Elizabeth	vj li – ix d ob	R sci Dunstani in Estren London
De vicaria ibidem pro decima inde Anno primo Elizabeth	xxvj s vj d	Monkton V
De Rectoria ibm pro xa inde eodem Anno primo Elizabethe debit	xxvj s viij d	R sci Jacobi de Dover
De Rectoria ibidem pro decima inde ad viij li per Annum debit tam ad ffestum Natalis Dni Anno octavo Elizabeth Regine quam pro quatuor Annis finit Anno xvij° eiusdem Regine	xl s	R sci petri de Dov

Sequestr' fruct vicar' de Ethelwik Regiis

Johannes divina providentia Cantuar Archiepus totius Anglie primas et metropolitanus: Dilectis nobis in xpo Richardo Knott, Willmo Scott Gardianis vicarie de Ethelwik in Comitat Kancij nostre Cantuar dioces salutem et gratiam. Cum decime infrascripte Illustrissime Domine nostre Dne Elizabeth Dei gratia Anglie ffrancie et hibernie Regine fidei Defensor &c debite pro vicaria de Ethelwik predict fuerint insolute prout ex tenore Brevis dce Dne nostre Regine nuper dat Duodecimo die ffebruarij Anno dce Dne Regine Quadragesimo tertio, nobis in hac parte directi plenius liquet et apparet: Nos igitur auctoritate Brevis Regij predict ac iuxta mandatum dicte Illustrissime Domine nostre Regine nobis in hac parte factum omnia et singula proficua, redditus, reventiones, fructus, decimas, oblationes, glebas, pentiones, portiones, aliaque emolumenta ecclesiastica quecumque ad dictam vicariam quomodolibet spectan et pertinen, in quorumcumque manibus possessione sive occupatione illa vel eorum aliqua modo existunt, vel imposterum existent auctoritate predict duximus sequestrand, prout etiam harum serie sic sequestramus, ac hmoi sequestri nostri custodiam vobis conm et dim committimus per presentes. Ad publicandum igitur et denunciandum hmoi sequestrum sic (ut premittitur) auctoritate regia interpositum, a die Dominica proximi sequent post receptionem presentium tempore divinorum matutinorum dum maior ibidem populi affuerit multitudo, ac talibus temporibus locis et personis quibus vobis maxime videbitur expedire: Necnon ad petendum exigendum levandum, colligendum et recipiendum ad usum et commodum dce Domine nostre Regine ab Incumben, tenent, firmar, sive occupatore prefate vicarie omnia proficua, redditus, reventiones, exitus, obventiones, decimas, oblationes Ceteraque ~~omnia~~ emolumenta quecumque ad eandem vicariam spectan et pertinen, Illaque omnia et singula et quamlibet inde porcellam in usum antedictum reponend et servand. Ac insuper bona et cattalla (si que fuerint peritura) maiori commodo dce Dne nre Regine vendend Ceteraque omnia et singula que de iure poteritis in hac parte faciend et peragend donec et quousque aliud inde a nobis habueritis in mandatis: Ad que omnia et singula premissa faciend vobis auctoritate Brevis Regij predict conm et dim committimus vices nostras; Volentes nihilominus quod de receptis per vos ad usum dne nostre Regine predict vigore et auctoritate hmoi sequestri nostri (immo verius Regij) fidelem nobis Computum sive ratiocinium circa tertium diem iuridicum post festum sive diem sce ffidis virginis proxime futur' in loco Consistoriali ecclesie Cathedralis sci Pauli London hor' causarum ibidem consuet ad iura reddend iuste personaliter reddere non postponatis sub periculo Incumben, nisi aliter a nobis sub sigillo nostro contentis in mandatis citra dictum diem habueritis: Et denique vobis harum serie significamus, Quod dicta Illustrissima Domina nostra Regina in Brevi suo predicto in mandatis dedit omnibus et singulis Justiciarijs, Maioribus, vicecomitibus, Ballivis, Constabularijs, et alijs officiarijs et ministris quibuscumque tam infra libertates quam extra, quod nobis et vobis circa executionem presentis sequestri obedientes assistentes, auxiliantes sint et intendentes prout decet, quorum assistentia virtute brevis Regij predicti in executione premissorum vos implorare si opus fuerit, oportet, Dat sub sigillo quo in hac parte utimur vicesimo tertio die mensis Julij Anno Domini millesimo sexcentesimo primo, Et nostre Translationis Anno decimo octavo/

Ab Incumbente vicarie de Chislett predicti, pro decima inde debit ad ffestum Natalis Domini Anno secundo et tertio Philippi et Marie nuper Regis et Regine } viij^s vij^d.

And for the officers fees sett downe for the officers of that Courte, as in a schedule in the sayde writt annexed to sett downe } v^s viij^d.

The Churchwardens are to make their accompte in the Consistory in Paules the first daie of Michaelmasse terme beinge the ninth of October 1601/

Loveland — Emanavit similis Sequestratio ecclesie de Loveland Radulpho Yeomanson Gardiano ibidem/

Hospital Sci Jacobi — Emanavit similis sequestratio Hospitalis Sancti Jacobi Thome Yonge de [illegible] in Comitatu Kancij yeoman

Rec' et vicar' Sci Petri Dover — Emanavit similis sequestratio Rectorie et vicarie Sancti Petri de Dover, Johanni Batcheler Maiori de Dover, et Henrico Philpott de ffolkeston in Comitatu Kancij generosis coniunctim et divisim/

Chilham — Emanavit similis Sequestratio ecclesie de Chilham in Comitatu Kancij Georgio Pownd et Mattheo Austen Gardianis ibidem/

Newington — Emanavit similis Sequestratio de Newington iuxta hithe Henrico Man et Willelmo Brockman Gardianis ibidem/

Saltwood — Emanavit similis Sequestratio de Saltwood Richardo Marsh et ffrancisco Rose Gardianis ibidem

Sci Jacobi Dover — Emanavit similis Sequestratio ecclesie sancti Jacobi de Dover Johanni Coome et Jacobo Neales Gardianis ibidem

Monckton — Emanavit similis Sequestratio vicarie de Monckton Johanni Marshsteed, et Nicholao Foad Gardianis ibidem.

Lathingdon et Lallinge — Emanavit Similis Sequestratio ecclesie de Lathingdon et Lallinge Beck et ffrancis Gardianis ibidem

His grace his concerninge the observance of the last constitucions — **Salutem** in Christo. Notwithstandinge the advised care taken in the last Convocation amongest the rest of theise two Chapters followinge of the Constitutions then made and by her most excellent Maiestie confirmed: Ut beneficiati in suis beneficijs Curatis Hospitalitatem exerceant: the other, Ut Decani et Canonici in ecclesijs Cathedralibus suis vicibus Conciones habeant: yet are their daily complaints made that some beneficed men havinge prebends in Cathedrall Churches do take longer scope by collor thereof of absence from their Cured benefices then by the sayde Constitutions is allotted them, and that some others who would seme to live at their prebends, doe neglect their dutie both of preachinge and attendance on their other divine functions there: ffor preventinge of theise and the like insinuations (whereof wee may happely ere longe heare more) I doe hereby pray and require your Lordshipp, that you will together with your Deane advise uppon everie particuler branche of each of the above named Chapters, and enforme your selfe whether anie prebendarie of your Church do breake anie parte of theise two titles whereunto he is either in respecte of his Cured benefice, or of his prebend tied and so to reforme the offenders therein with all convenient speede as that I may before the ffeast of all Saints next ensuinge receive under your Lordshipps hand a true Certificate aswell of anie breach of the sayde Constitutions, as of your Lordships due reformation of it, wherein nothing doubting of your Lordships part, I bidd you hartely ffarewell. ffrom my pallace in Canterbury this sixth daie of August 1601. Your Lordships loving brother, Jo: Cantuarien

presentacio omnium sanctorum maior in Thamestrete

Johannes divina providentia Cantuar Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus, Reverendo in Christo patri ac venerabili confratri nostro Domino Richardo eadem providentia London Episcopo, eiusve vicario in spiritualibus generali aut alij cuicunque hanc nostram presentacionem admittendi potestatem habenti salutem et fraternam in Domino charitatem. Ad ecclesiam parochialem Omnium Sanctorum ad fenum als maior in Thamestreate Civitatis London ac vestre London dioces per mortem naturalem Nicholai Balgay sacre Theologie professoris et ultimi Rectoris et incumbentis ibidem iam vacantem et ad nostram presentacionem pleno iure spectantem dilectum nobis in Christo Johannem Arnold presbiterum sacre Theologie Bacchalaureum vestre confraternitati harum serie presentamus, Rogantes quatenus eundem Johannem Arnold ad eandem ecclesiam admittere, ipsumque Rectorem eiusdem ac in et de eadem instituere, canonice et investire cum suis iuribus et pertinentijs universis; Ceteraque peragere et perimplere que vestro in hac parte incumbunt officio pastorali velitis cum favore. In cuius rei Testimonium sigillum nostrum Archiepiscopale presentibus apponi fecimus. Dat decimo tertio die mensis Augusti Anno Domini millesimo sexcentesimo primo, Regnique Illustrissime in Christo principis et domine nostre Domine Elizabeth Dei gratia Anglie Francie et Hibernie Regine fidei Defensoris etc Quadragesimo tertio, Et nostre Translationis Anno decimo octavo.

Johannes

presentacio ecclesie Sancti Edmundi in Lumbertstrete

presentacio Hills ad prebend in ecclesia Elien

Sexto die mensis Augusti, Anno Domini millesimo sexcentesimo primo Johannes Hills presbiter sacre Theologie Bacchalaureus presentatus fuit per Reverendissimum in Christo patrem Dominum Johannem Archiepiscopum Cantuar etc. ad Canonicatum illum cum prebenda in ecclesia Cathedrali Elien quam Edwardus Grant sacre Theologie professor nuper habuit et possidebat, per mortem eiusdem Edwardi Grant ultimi Canonici et prebendarij ibidem vacantem, et ad presentationem predicti Reverendissimi patris (ratione cuiusdam advocationis iuris patronatus eiusdem per Dominum Martinum Elien Episcopum eidem Reverendissimo patri fact et concess) Literas presentationis dicto Johanni Hills fact annexas hac vice spectantem etc.

Lre dimissorie Thome Tayler

Decimo quinto die mensis Augusti Anno Domini millesimo sexcentesimo primo, Emanarunt Litere dimissorie Thome Tayler diacono in artibus

Bartholomeo Curato ecclesie parochialis de Gravene Cantuar' dioces', ad recipiendum sacrum presbiteratus ordinem a Reverendo patre domino Johanne Roffen' Episcopo &c Observatis in omnibus que per Constituciones ecclesiasticas nuper editas &c in ea parte requiruntur

Bre' reg' pro scrutinio faciend' ecclesie de Duxforth sci petri Elien' dioc'

Elizabeth Dei gratia Anglie ffrancie et hibernie Regina fidei defensor &c Reverendissimo in xpo patri domino Johanni providentia divina Cantuarien' Archiepo totius Anglie Primati et Metropolitano salutem. Volentes certis de causis qd Barones de Scaccario nostro per vos certiorentur de nomine et cognomine ecclesie parochialis de Duxforth sancti Petri in Comitat' Cantabrigien', ac quibus die et anno admissus fuit ad eandem, utrum quidam Eucidius Ascham Clericus aliqualiter admissus sive institutus fuit ad eandem, et si admissus fuit, utrum eidem aliquando resservit, aut eandem in manus vestras aut alterius ordinarii cuiuscumque resignaverat, aut vacuam reliquerit, aut ab eadem aliqua causa amotus vel deprivatus erat, quos fructus et que emolumenta inde recepit aut habuit, deinque qua de causa eadem frui et gaudere nequivit, Vobis precipimus quod diligenti indagine scrutatis Registris et aliis Archivis vestris, necnon aliis viis modis et mediis quibus melius sciveritis aut poteritis quicquid pro certitudine premissorum inveneritis prefatos Barones nostros apud Westm' in Quindena sancti Michaelis proxime futur' sub sigillo vestro autentico, ac manus proprie subscriptione distincte lucidenter et aperte in pergameno fideliter scriptis certiores reddatis una cum hoc Brevi. Teste Thoma Barone de Burckhurste Dno Thesaurario Anglie Ultimo die July Anno Regni nostri Quadragesimo tercio. Jo: Tayler deputat' Edwardi Stafford militis

Commissio pro eod' scrutin' faciend' Epo' Elien'

Johannes divina providentia Cantuar' Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus dilecto nobis in xpo Richardo Swale legum doctori vicario in spiritualibus generali sive Cancellario Reverendi patris domini Martini permissione divina Eliensis Episcopi eiusque Surrogato, et Weston Registrario eiusdem Reverendi patris, necnon omnibus aliis quibuscumque penes quos aliqua scripta sive munimenta infrascriptum negotium tangentia remanet salutem et gratiam. Breve Illustrissime in xpo principis et domine nre domine Elizabeth dei gratia Anglie ffrancie et hibernie Regine fidei defensor' &c, nuper recepimus in hec verba vizt, Elizabeth dei gra &c, Cuius vigore pariter et auctoritate vobis con' et di' committimus, ac firmiter iniungendo mandamus, quatenus scrutinium diligens et exactum tam in Registro et Archivis sedis Episcopalis Elien' predict', et in aliis locis quibuscumque penes quos aliqua munimenta, instrumenta sive scripta (premissa tangentia) existunt, quam inquisitionem omnibus aliis viis modis et mediis quibus sciveritis aut poteritis iuxta tenorem schedule presentibus annexe pro satisfactione brevis regii predict' cum ea qua poteritis matura celeritate faciatis seu fieri curetis et procuretis. Compertaque et inventa in huiusmodi scrutinio et inquisitione que ad satisfactionem contentorum in brevi regio predict' quovismodo faciunt et conducunt fideliter exemplificari et transumi, Copiasque sic transumptas cum originalibus in Registris et Archivis sive locis respective predict' remanen' fideliter conferri faciatis. Ac deinde vicario nostro in Spiritualibus generali et officiali principali, aliive Iudici in hac parte competen' cuicumque ad locum Consistor' infra ecclesiam Cathedralem sancti Pauli London tercio die iuridico post ffestum sive diem sancte ffidis virginis proxime futur' post dat' presentium, vel citra plene plane et fideliter atque sub debita et autentica forma una cum presentibus transmittatis et certificetis cum effectu. Dat' sub sigillo quo in hac parte utimur decimo quinto die mensis Augusti Anno Dni millesimo sexcentesimo primo, Et nostre Translationis Anno decimo octavo

The points wch are to bee certified of are theise vizt

Johannes divina providentia Cant' Archiepus totius Anglię Primas et Metropolitanus. Dilecto nobis in Xpo Georgio Gonty parochię Sti Olavi in Hartstreete Civitatis et Dioces' London nrę Cantuar' provincię salutem et gratiam. Cum ex testimonio professorum in arte medendi, quibus fidem sufficientem in hac parte adhibemus, acceperimus te in arte medicinę per non modicum tempus versatum fuisse, multisqz de salute et sanitate corporis pene desperatis (Deo omnipotente iuvante) subvenisse eosqz sanasse, necnon in arte medicinę predict' multorum peritorum laudabili testimonio pro experientia fidelitate diligentia et industria tuis circa curas quas susceperis peragend' in huiusmodi arte merito commendatum fuisse. Ad practicand' igitur et exercend' dictam artem medicinę in et per Dioces' nram Cantuar' necnon Dioces' Winton Roffen Cicestren Lincoln et Bristollien, ac peculiares et exempt' Iurisdictiones nras infra easdem respective Dioces' existen' (Circuitu septem milliarium Civitati London proxime adiacente integre et tantummodo excepto) ex causis pred' et aliis nos in hac parte iuste moventibus, quantum nobis per statuta huius Regni Anglię licet et non aliter neqz alio modo te admittimus et approbamus, Tibiqz prestito primitus per te Iuramento tam de agnoscendo Regiam supremam

ptatem in causis ecclesiasticis et temporalibus, quam de renunciando recusando et refutando omni et omnimode Iurisdiccioni potestati auctati et superioritati forensis iuxta vim formam et effectum Statuti Parliamenti huius inclite Regni Anglie in ea parte editi et provisi) Licentiam et facultatem in hac parte tenore pntium quam diu te bene et laudabiliter gesseris benigne concedimus et elargimur: In cuius rei Testimonium sigillum quo in hac parte utimur pntibus apponi fecimus. Dat. decimo sexto die mensis Novembris Anno Dni millesimo sexcen^mo secundo, Et nre Translac Anno Vicesimo

Lra erudiend Willo Wood

Johannes divina providen Cantuar Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus. Dilecto nobis in xpo Willimo Wood ville sive oppidi de Sherborne in Comitat Dorset nre Cantuar Provincie in artibus magro salutem et gram. Ad instruend erudiend et informand quoscunqz pueros in Lris Grammaticalibus aliisqz documentis licitis et honestis, ac de Iure legibus et huius Regni Anglie ordinacionibus statutis ac regiis iniunctionibus permissis et approbatis, in quocunqz loco publico tuo arbitrio eligend tam infra villam sive oppidum de Sherborne predict, quam in et per totam Provinciam nram Cantuar ubilibet constituto Tibi de cuius fidelitate, Lrarum sciencia, Conscientie puritate, morum probitate, religionis sinceritate et diligentia plurimum confidimus; Dummodo articulis de quibus in Synodo London Communi assensu Archiepiscoporum Episcoporum et Cleri utriusqz Provincie Cantuar et Eboracen consensum est Anno Dni iuxta Computacionem ecclie Anglicane millesimo quingentesimo sexagesimo secundo, Ad tollendum opinionum varietatem et confirmandum veram uniformem xpi religionem regia auctate et assensu publicatis, Coram Dilecto nobis in xpo magro ffrancisco James Legum doctore per nos in hac parte Comiss constituto subscribas, ac Iuramentum tam de agnoscend regiam supremam potestatem in causis ecclesiasticis et temporalibus, quam de renunciando omni et omnimode Iurisdiccioni ptati auctati et superioritati forensis iuxta vim formam et effectum Statuti Parliamenti huius inclyti Regni Anglie in ea parte editi et provisi, antequam onus execucionis Officium Ludimagri huiusmodi in te assumas, prestes, (et non aliter neqz alio modo) Licentiam et facultatem nras concedimus et impertimur per pntes ad nrum beneplacitum tantummodo duratur. In cuius rei Testimonium sigillum quo in hac parte utimur pntibus apponi fecimus. Dat. decimo nono die mensis Novembris Anno Dni millimo sexcentesimo secundo, Et nostre Translacionis Anno Vicesimo

Commissio ad recipiend subscript. iurament Wood

Johannes divina providen Cantuar Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus. Dilecto nobis in xpo magro ffrancisco James Legum Doctori salutem et gratiam. Cum nos ex certis causis, nos in ea parte moventibus, Dilectum nobis in xpo Willimum Wood ville sive oppidi de Sherborne in Comitat Dorset nre Cantuar Provincie in artibus magrum ad instruend et informand quoscunqz pueros in Lris Grammaticalibus aliisqz documentis licitis et honestis, Dummodo ipse articulis (pntibus annex) Coram te subscribat, ac Iuramentum supremitatis Regie Maiestatis (pntibus etiam annex) antequam onus execucionis Officii Ludimagri huiusmodi in se assumat, prestet, et non aliter neqz alio modo, licentiaverimus, prout per Lras nras sibi inde factas et concessas gerentes dat. die dati pntium plenius liquet et apparet. Ad recipiendum igr prefat Willimum Wood, Ipsumqz libro articulorum Ceterisqz articulis pntibus annex manu sua propria in pntia tua subscribere, ac consensum et assensum suos eisdem prebere vice et auctate nris videnda: Ac Iuramentum tam de agnoscend regiam supremam ptatem in Causis ecclesiasticis et temporalibus, quam de renunciando omni et omnimode Iurisdiccioni, potestati auctati et superioritati forensis iuxta vim formam et effectum Statuti Parliamenti huius inclyti Regni Anglie in ea parte editi et provisi, ab eodem Willimo Wood vice et nomine nris recipiend et prestari videnda: Tibi de cuius fidelitate, conscientie puritate et religionis sinceritate in hac parte plurimum confidimus vices et auctatem nras in hac parte committimus et impertimur per pntes: Volentes qd de omni eo qd per te in hac parte actum gestum sive expeditum fuerit, Nos aut vicarium nrum in spualibus generalem et Officialem principalem, aliumve Iudicem in hac parte competen quemcunqz in Loco Consistor infra ecclesiam Cathem Sancti Pauli London, tercio die Iuridico post festum sive diem sancti Wolstani Epi proxime futur' post dat' presentium sub forma autentica debite Certificetis unacum presentibus. In cuius rei Testimonium sigillum quo in hac parte utimur presentibus apponi fecimus. Dat' decimo nono die mensis Novembris Anno Domini millesimo septentesimo secundo, Et nre Translationis Anno Vicesimo.

Lra instruend' concess' Joh' Burton

Vicesimo septimo die mensis Novembris Anno Dni millesimo septentesimo secundo, per venerabilem virum Edwardum Stanhope legum doctorem vicarium in spualibus generalem Reverendissimi in xpo patris Dni Johannis Archiepi Cantuar' &c, concessa fuit Licentia Johanni Burton de Church Brampton in Comitatu Northampton Petriburgen Dioces' Cantuarien' Provincie in artibus magro ad instruendum quoscunque pueros in Lris Grammaticalibus aliisque documentis licitis &c, in quocunque loco publico suo arbitrio eligend' tam infra villam sive parochiam de Church Brampton predict' quam in et per Dioces' ~~Elien~~ Petriburgen, Elien, Lincoln, Norwicen et Gloucestren ubilet constitut' &c, prestito primitus per eum Juramento supremitatis Regie Maiestatis, subscriptisque articulis Convocationum consensum religionum concernen' &c, ad beneplacitum Reverendissimi patris predict' duratur' &c.

Die Jovis undecimo vizt die mensis Novembris Anno Dni millesimo septentesimo scdo, Coram Reverendmo in xpo patre et Dno Johanne divina providen' Cantuar' Archiepo &c in interiori Camera infra manerium suum de Lambehith, inter horas nonam et undecimam ante meridiem eiusdem diei, in presentia mei Johis Incent notarii publici

Actus tangen' Collegium omnium Aiarum in Oxonia

Quibus die et loco Comparuerunt personaliter Robertus Hovenden sacre Theologie professor Custos Collegii omnium Animarum in Oxonia, Rodericus Lloyd in Jure Civili Bachalaureus, Vicecustos eiusdem Collegii, et Thomas ffryth in artibus magr Bursarius Artista dci Collegii, Ac tunc et ibm dictus Reverendmus pater prefato Doctori Hovenden obiecit qd in visitatione dicti Reverendmi patris infra dictum Collegium nuper exercita inter alia detect' existit, Qd ipse Custos male se gerit in administratione bonorum et Jurium dicti Collegii, et qd male dissipavit, dissipat et attenuat opes et patrimonia eiusdem Collegii in expensis inutilibus vizt in assidue equitando, superflue edificand', lites quasi inanes prosequend', et in Collocando ad firmam sub minori valore terras et tenementa dicti Collegii in magnum eiusdem Collegii damnum et preiudicium non modicum ut latius in billa detectionis per eundem Reverendmum patrem public' lecta, et cum eodem Reverendmo patre remanente continetur, dicto Doctore Hovenden respondente, qd ipse nihil agit nec egit quoad premissa sine consensu et consilio maioris et sanioris partis dicti Collegii: Deinde dictus Reverendmus pater post nonnullas salutares monitiones eisdem Custodi, Vicecustodi, et Bursario Artiste habitas et factas, detectiones omnes et singulas hmoi emendari, et reformationem fieri voluit, iussit et mandavit sub pena Incumbent': Hiis gestis prefatus Reverendmus pater ministravit et tradidit manibus prefati Roberti Hovenden Custodis dicti Collegii omnium Animarum Oxon, in presentiis dictorum Roderici Lloyd Vicecustodis, Thome ffryth Bursarii Artiste antedict, necnon Thome Edwards et Willmi Byrde legum doctorum sociorum dicti Collegii quasdam iniunctiones in pergameno scriptas dictum Collegium omnium Aiarum in Oxon et socios eiusdem Collegii, necnon honorem statum ac utilitatem eiusdem apprime concernen', sigillo suo Archiepali sigillat', manu sua propria subscript', Easque tam ab eisdem Custode Vicecustode et Bursario ac sociis presentibus, quam Ceteris eiusdem Collegii sociis Officiariis et ministris quatus eos et eorum quemlet respective concernunt iuxta verum tenorem earundem iniunctionum inviolabiliter observari, mandavit iussit et iniunxit sub pena in eisdem contenta, presentibus tunc et ibm venerabili viro magro Edwardo Stanhope Legum Doctore dicti Reverendissimi pris vicario in spualibus generali et Officiali principali, Roberto Masters Legum etiam Doctore, Abrahamo Hartwell, notario publico, procuratorum generalium Curie Cantuar' de Arcubus London uno, et Willmo Barnes generoso testibus &c.

Comiss' ad admittend' Johem Hart in procuratorem de Arcubus

Johannes divina providen' Cantuar' Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus. Dilecto nobis in xpo ac venerabili viro Danieli Dun legum Doctori Almo Curie nostre Cantuar' de Arcubus London' Officiali, aut alij dicte Curie presidenti cuicunque salutem et gratiam. Literarum scientia, praxis in rebus gerendis, aliaque virtutum et probitatis dona quibus dilectus nobis in xpo Johannes Harte notarius publicus insignitur, nos merito inducunt ut personam illius favore benevolo prosequamur. Ad dispensandum igitur cum eodem Johanne Harte ut in numerum procuratorum dicte Curie exercentium (ratione et intuitu resignationis facte per Abrahamum Hartwell notarium publicum, nuper dicte Curie procuratorem generalium unum, officij, loci, sive muneris sui procuris in eadem Curia) recipi et admitti, ac in eadem procuratoris Officium publice exercere valeat, ipsumque procurem dicte Curie admittendum, atque in numerum procuratorum generalium in dicta Curia exercentium aggregandum: Tibi vices nras committimus et plenam in Domino tenore pntium concedimus facultatem, Statutis et Ordinationibus dicte Curie nre, aut aliquo alio decreto per nos antehac fact' in contrarium facien' non obstantibus quibuscunque. In cuius rei Testimonium sigillum quo in hac parte utimur pntibus apponi fecimus. Dat' vicesimo nono die mensis Novembris Anno Dni millesimo sexcentesimo secundo, Et nostre Translationis Anno Vicesimo.

Nominatio Decani Juriste in Collegio omnium Animarum in Oxon

Johannes divina providentia Cantuar' Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus, Collegij omnium Animarum fidelium defunctorum in Universitate Oxonie Visitator, patronus et Ordinarius. Dilectis nobis in xpo Roberto Hovenden sacre Theologie professori dicti Collegij Custodi, omnibusque et singulis eiusdem Collegij socijs et scholaribus salutem et gratiam. Cum nobis per Lras tui antedicti Roberti Hovenden Custodis memorati Collegij gerentes dat' vicesimo die mensis presentis Decembris Anno Dni millesimo sexcentesimo secundo significatum sit, Quod cum ex Statutis dicti Collegij provisum sit sub hoc qui sequitur verborum tenore, vizt. Et si prefatorum Vicecustodis, bursariorum et Decanorum vel eorum alicuius electionem infra tres dies post tempus in dictis Statutis limitatum, seu dictorum trium dierum spatium celebrari non contigerit, quod tunc ad nos et successores nros Cantuarien' Archiepos sede plena, ipsa vero sede vacante ad Priorem Eclie nre Cantuarien', vel in ipsius absentia ad Officialem Curie nre Cantuar' ipsorum electio pertinere debet, mandantes quatus vos et Successores vri huic nre Ordinationi pareatis et pareant cum effectu: Cumque vos, in electione Vicecustodis, bursariorum et Decanorum dci Collegij per vos (Convocatis ad hoc de Statutis et Ordinationibus dci Collegij convocandis) nuper vizt decimo septimo die instantis mensis Decembris Anno Dni millmo sexcentesimo secundo predict' inchoata, et in proximos duos dies immediate sequent' continuata, procedentes in Vicecustodem, duos Bursarios, Decanumque Artistam iuxta formam Statutorum dicti Collegij consenseritis et convenieritis; De Decano vero Jurista eligendo nullo modo concordare poteritis, pro eo vizt et ex eo, quod licet tribus vicibus (vobis ad hoc convenientibus) maior pars suffragantium atque in ijs duo seniores Juriste Carolum Twisden Juris Civilis baccalaureum in Decanum Juristam nominarent, unum tamen ex tribus Juristis senioribus, vizt Thomas Boys nullo modo eundem nominare voluit, prout per easdem Lras ad quas habeatur relatio plenius liquet et apparet; Atque ea de causa potestas nominandi et designandi Decanum Juristam dicti Collegij ad nos tanquam patronum Visitatorem et Ordinarium sit rite et ltime devoluta. Vobis igitur et singulis vrum significamus, nos cum Cause cognitione et matura deliberatione prefatum Carolum Twisden Juris Civilis Baccalaur' in Decanum Juristam nominasse et designasse ac tenore pntium nominare et designare. Vobis et vestrum singulis mandantes, ut a tempore publicationis pntium eundem Carolum in Decanum Juristam recipiatis et admittatis, et pro Decano Jurista dicti Collegij quoad omnes effectus iuxta formam Statutorum dicti Collegij accipiatis. In quorum omnium et singulorum premissorum fidem et Testimonium pntes Lras nras sigilli nri Archiepalis appensione communiri mandavimus. Dat' in manerio nro de Lambehith vicesimo tertio die mensis Decembris Anno Dni millesimo sexcentesimo secundo, Et nre Translationis Anno Vicesimo.

Lra instruend' Joh. Guy

Johannes divina providen' Cantuar' Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus. Dilecto nobis in xpo Johanni Guy Civitatis Cicestren' pro Cant' Provincie licato salutem et gratiam. Ad instruend' et erudiend' quoscunque pueros in expedita legendi Anglice, scribendi, calculandi, numerandique facultate, ac etiam in rudimentis lingue Romane in quocunque loco publico tuo arbitrio eligend tam infra Civitatem Cicestren predict, quam in et per Dioces Cicestren, Winton, Sarum Gloucestren, Bathon Wellen et Bristollen, ac peculiares et exemptas Jurisdictiones nras infra easdem Dioces respective existen ubilibet constitut: Tibi de cuius fidelitate, lrarum scientia, Conscientie puritate, morum probitate, religionis sinceritate et diligentia plurimum confidimus, primitus articulis Religionis de quibus in Synodo London communi assensu Archiepiscoporum, Eporum et Cleri pro consensum est Anno Dni iuxta computacionem ecclie Anglicane millimo quingentesimo sexagesimo secundo, Ad tollend opinionum varietatem et manu tua propria subscribenti, necnon Juramentum tam de agnoscendo regiam supremam potestatem in Causis ecclesiasticis et temporalibus, quam de renunciando omni et cuicunque Jurisdictioni, potestati, auctoritati et superioritati forancis iuxta vim formam et effectum Statuti Parliamenti huius inclit Regni Anglie in ea parte editi et provisi, ad sancta Dei Evangelia per te corporaliter tact et deosculat coram nobis prestanti et subeunti, Licentiam et facultatem concedimus et impertimur per presentes, ad nrum beneplacitum tantummodo duratur. In cuius rei Testimonium sigillum quo in hac parte utimur presentibus apponi fecimus. Dat Quarto die mensis Januarij Anno Dni iuxta computacionem ecclie Anglicane millimo sexcentesimo secundo, Et nre Transl Anno Vicesimo:

Bre Regium tangen ecliam de Simpson in Com Buck.

Elizabeth Dei gra Anglie ffrancie et hibernie Regina fidei defensor etc Reverendissimo in xpo patri Dno Johanni miseracione divina Cantuar Archiepo totius Anglie Primati et Metropolitano salutem: Volentes certis de causis qd Barones de Scaccario nro per vos certiorentur, utrum Humfridus Clarke nuper Rector Ecclie parochis de Simpson in Comitat Buck Cant provincie ab eadem in aliqua accione ad legem communem amotus fuit. Vobis mandamus qd diligenti indagine scrutatis Registris et alijs Archivis vris, necnon omnibus alijs vijs medijs et modis quibus melius sciveritis aut poteritis quicquid inde inveneritis premiss quibuscunque tangen prefatos Barones nros apud Westmr in Octabis Purificacois beate Marie Virginis prox futur sub sigillo vestro autentico, et manus vre proprie subscriptione distincte luculenter et aperte in pergameno fidelr script Certiores reddatis, remitten unacum Certificatorio vro hoc Breve nrum. Teste Thoma Barone de Burkhurst magno Thesaurario nro Anglie sexto die Januarij Anno Regni nri Quadragesimo quinto, Jo Tayler deputat Edwardi Stafford, militis.

Cert Scaccar tangen breve Regium predict

Honorabilibus et egregijs viris Dnis Baronibus Curie Scaccarij Illustrissime in xpo principis et Dne nostre Dne Elizabethe Dei gra Anglie ffrancie et Hibernie Regine fidei defensor etc, et eiusdem Curie Thesaurario, Ceterisque in eadem a Consilijs; Johannes divina provident Cantuar Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus Salutem in Domino. Breve supradicte Dne nre Regine presentibus annex nuper cum ea qua decuit reverentia obedientia et subiectione humiliter recepimus exequend, Cuius vigore pariter et auctate scrutatis diligenter de mandato nro Registris et Archivis nris sub Custodia Johannis Coston notarij publici Officium Registrariatus nri principalis exercentis existen et fideliter custodit; comperimus et invenimus in eisdem qd Vicesimo septimo die mensis Aprilis ultimo preterit Anno Dni millesimo sexcentesimo secundo iam currente, Breve dicte Dne nre Regine nobis in scriptis direct de recuperando presentacionem eiusdem Dne nre Regine, versus Dnm Willimum Lincoln Epum et Robertum Lingard Clericum ad Eccliam de Sympson Lincoln Dioces, et ad amovendum quendam Humfridum Clarke Clericum ad eandem Eccliam admissum institutum et inductum ab eadem Ecclia, et ad admittendum personam idoneam ad eandem ad presentacionem dicte Illustrissime Dne nostre Regine, recepimus, Cuius vigore pariter et auctate Dilectus noster magr Edwardus Stanhope legum Doctor Vicarius nr in Spualibus generalis et officialis principalis ltime constitutus, ex officio suo rite et legitime procedens, eundem Humfridum Clarke sexto die mensis Maij ultimo etiam preterit Juris ordine requisito in hac parte servato, per sententiam diffinitivam per eum in scriptis in hac parte latam a dicta Ecclia parochi de Simpson amovit, atque idoneam personam per dictam Dnam nram Reginam presentand et per nos approband ad et in eandem Eccliam admittend et instituend fore decrevit: Que omnia et singula ita se habere et vera esse vestris Reverentijs significamus per presentes. In cuius rei Testimonium sigillum quo in hac parte utimur presentibus apponi fecimus. Dat decimo die mensis Januarij Anno Dni iuxta Computaconem ecclie Anglicane millesimo sexcentesimo secundo, Et nre Translac Anno Vicesimo /

Elizabeth Dei gra Anglie ffrancie et hibernie Regina fidei defensor &c, Reverendissimo in Xpo patri Domino Johanni miseracione divina Cantuar Archiepo totius Anglie Primati et Metropolitano, salutem, Volentes certis de causis qd Barones de Scaccario nro per vos Certiorentur, quibus die et anno Nicholaus Parson Clericus admissus sive institutus fuit ad Rectoriam de Loughton magna in Comitatu nostro Buck et qua de causa eadem frui et gaudere nequivit: Vobis mandamus qd diligenti indagine scrutatis Registris et alijs Archivis vris, necnon omnibus alijs viis medijs et modis quibus melius sciveritis aut poteritis premiss tangen quibuscunque quicquid inde inveneritis prefatos Barones nros apud Westmr in Quindena Pasche iam proxime futur sub sigillo vestro autentico, et manus vre proprie subscriptione distincte luculenter et aperte in pergameno fideliter script Certiores reddatis remittentes hoc Breve. Teste Willmo Periam milite apud Westmr vicesimo octavo die Januarij Anno Regni nri Quadragesimo quinto, Jo: Tayl deputat Ed: Stafford milits

Bre Regium tangen ecclesiam de Loughton magna in Com Buck.

Johannes divina providentia Cant Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus. Reverendo in Xpo patri ac venerabili Confratri nro Dno Willimo eadem providentia divina Lincoln Episcopo, necnon omnibus alijs quibuscunque penes quos aliqua scripta sive munimenta infrascriptum negotium tangentia remanent, Salutem in omnium salvatore. Breve Illustrissime in Xpo principis et Dne nre Dne Elizabethe Dei gra Anglie ffrancie et hibernie Regine fidei defensor &c nuper recepimus in hec verba, vizt, Elizabeth Dei gra Anglie ffrancie et hibernie Regina fidei defensor &c. Reverendmo &c. Cuius vigore pariter et auctoritate vre Confraternitati Committimus, ac firmiter iniungendo mandamus, quatus scrutinium diligens et exactum, tam in Registro et Archivis vris Episcopalibus Lincoln, quam in alijs locis quibuscunque penes que aliqua munimenta instrumenta sive scripta premissa tangentia existunt, cum ea qua poteritis matura celeritate faciatis, seu fieri curetis et procuretis, Compertaque et inventa in huiusmodi scrutinio que ad satisfactionem contentorum in brevi Regio predict quovismodo faciunt et conducunt, et presertim quibus die et anno dictus Nicholaus Parson Clericus admissus sive institutus fuit ad Rectoriam de Loughton magna predict ac qua de causa eadem frui et gaudere nequivit, ac quis fuit Incumbens ibm tempore institucionis et admissionis dicti Nicholai Parson, et quis est Rector modernus in presenti in eadem Rectoria institutus fideliter exemplificari et transumi, Copiasque sic transumptas cum originalibus in Registro et Archivis vris sive locis respective predict remanen fideliter conferri faciatis: Ac deinde nobis aut Vicario nro in spiritualibus generali et Officiali principali, aliquive Judici in hac parte competenti cuicunque ad locum Consistor infra ecclesiam Cathem Sci Pauli London tertio die Juridico post festum sive diem Quindene Pasche proxime futur post dat presentium vel citra, plene plane et fideliter atque sub debita et autentica forma una cum presentibus transmittatis cum effectu. Dat sub sigillo quo in hac parte utimur Ultimo die mensis Januarij Anno Dni iuxta Computaconem ecclie Anglicane millesimo sexcentesimo secundo, Et nre Translacois Anno vicesimo.

Commisso Epo directa pro scrutinio fiend q'ad dict ecclesiam de Loughton magna

Salutem in Christo: whereas earnest suite hath been made unto mee in the behalfe of theis parties whose names are hereunder written that they might bee admitted Proctors in my Courte of the Arches: And for that I am likewise enformed that the most of them have been of longe tyme trained upp under the experients of that Courte, whereby they are growen to that knowledge and experience as they are thought verie fitt to bee Proctors presentlie, I have thought good for their better encouragement in their well doinge to admitt them at this tyme Proctors there. But

His Graces warrant to admitt proctors

for asmuch as I haue taken order heretofore uppon good consideracon, that the number of Proctors shall not bee aboue Twentie wch number is nowe full: my meaninge is not that the parties undernamed shall bee otherwise admitted, then in manner and forme followinge vizt, that they and every of them doe stande non exercentes in my Courtes, untill such time as all those who were admitted at my last generall admission (but yet stande non exercentes, by reason that noe places bee yet voyde for them) bee all ~~now~~ become exercent either by death or other avoydance of their auncients according to my former warrants. And then, after all of them be so placed, that party be first placed in the rowme vacant wch is first named, and soe successiuely one after another in order, as they are hereunder by name sett downe. I haue signified soe much to Mr Deane of the Arches, and therefore doe require you to make out their Commissions for the same accordingly. Vale in Xpo ffrom Lambehith the Twelueth of ffebruary 1602 Yor Lovinge friende Jo: Cantuar. ffrancis Michell, Andrewe Sharpe, Humfrey Baldwyn, George Cole, Daniel Addey, Henrie Iremonger, Humfry Lloyd, Augustine Rawe, Thomas Stocke, Richard Williamson, Gilbert Eckhurst, William Swan, Robert Gardiner, Roberte Scott, Richard Hudson, Jonathan ffludd. Jo: Cantuar

Commissio ad admittend ffranciscum Michell in procuratorem licet non exercentem

Johannes divina providentia Cantuar Archiepus totius Angliæ Primas et Metropolitanus. Dilecto nobis in Xpo ac venerabili viro Danieli Dun legum doctori almæ Curiæ nræ Cantuar de Arcubus London officiali vel alij dictæ Curiæ presidenti cuicunque salutem et gram. Literarum scientia praxis in rebus gerendis aliaque virtutum et probitatis dona, quibus dilectus nobis in Xpo ffranciscus Michell Armiger insignitur, nos merito inducunt ut personam illius favore benevolo prosequamur: Ad dispensandum igitur cum eodem ffrancisco Michell, ut in numerum procuratorum generalium dictæ Curiæ recipi et admitti, inque eadem procuratoris officium sub limitacone subscripta et non aliter publice exercere valeat, ipsumque procuratorem dictæ Curiæ sub hac tamen lege et condicione quod stet non exercens in Curijs nris, donec numerus procuratorum exercentium infra numerum vicenarium decreverit, ac donec omnes procuratores alias per nos in Anno Domini millesimo quingentesimo nonagesimo nono admissi qui adhuc stant non exercentes in numerum exercentium sub condicone in eorum respectiue Commissionibus inserta recipiantur: Et quod tunc dictus ffranciscus Michell admittatur exercens in locum demortui vel cedentis, iuxta ordinem et senioritatem ei designatam sub manus nræ signatura in Literis nris missiuis vobis in hac parte directis sub dat duodecimi diei huius presentis mensis ffebruarij admittendum, et in numerum procuratorum generalium in eadem Curia, (sub modo forma condicione et limitacone predict et non aliter neque alio modo) aggregand: Tibi vices nras committimus, ac plenam in Domino tenore presentium concedimus facultatem, Statutis et Ordinacionibus dictæ Curiæ in contrarium facien non obstantibus. In cuius rei Testimonium sigillum quo in hac parte utimur presentibus apponi fecimus. Dat dicto duodecimo die mensis ffebruarij Anno Dni iuxta Computacionem ecclesiæ Anglicanæ millesimo sexcentesimo secundo, Et nræ Trans Anno vicesimo.

Eisdem die mense et anno Emanavit similis Commissio Andreæ Sharpe in ~~art~~ artibus magro.

Eisdem die mense et anno, Emanavit similis Commissio Humfrido Baldwyn notario publico.

Eisdem die mense et anno, Emanavit similis Commissio Georgio Cole notario publico.

Eisdem die mense et Anno, Emanavit similis Commissio Danieli Addey notario publico.

Eisdem die mense et Anno, Emanavit similis Commissio Henrico ~~Iron~~ Iremonger notario publico.

Eisdem die mense et Anno, Emanavit similis Commissio Humfrido Lloyde notario publico.

Eisdem die mense et Anno Emanavit similis Commissio Augustino Rawe notario publico.

Eisdem die mense et Anno Emanavit Similis Commissio Thome Crooke notario publico.

Eisdem die mense et Anno, Emanavit Similis Commissio Richardo Williamson notario publico.

Eisdem die mense et Anno, Emanavit Similis Commissio Gilberto Dethicke in artibus bacchalaureo

Eisdem die mense et Anno Emanavit Similis Commissio Willimo Bruen notario publico

Eisdem die mense et Anno, Emanavit Similis Commissio Roberto Budmer notario publico.

Eisdem die mense et Anno, Emanavit Similis Commissio Roberto Croft notario publico.

Eisdem die mense et Anno, Emanavit Similis Commissio Richardo Hewson notario publico

Eisdem die mense et Anno, Emanavit Similis Commissio Jonathano Lloyd notario publico.

Johannes divina providentia Cantuar Archiepus totius Angliæ Primas et Metropolitanus: Dilecto nobis in xpo ac venerabili viro Danieli Dun Legum Doctori almæ Curiæ nræ Cantuar de Arcubus London officiali vel alij dictæ Curiæ presidenti cuicunqz salutem et gram: Lrarum scientia, praxis in rebus gerendis, aliaq virtutum et probitatis dona, quibus dilectus nobis in xpo Johannes Arkenstall in legibus bachalaureus insignitur, nos merito inducunt ut personam illius favore benevolo prosequamur: Ad dispensandum igitur cum eodem Johanne Arkenstall, ut in numerum procuratorum generalium dictæ Curiæ recipi et admitti, inqz eadem procuratoris officium sub limitacone subscripta et non aliter publice exercere valeat, ipsumqz procuratorem dictæ Curiæ, sub hac tamen lege et conditione, qd sit non exercens in Curijs nris donec numerus procuratorum exercentium infra numerum vicenarium decreverit, ac donec omnes procuratores alias per nos in Anno Dni millesimo quingentesimo nonagesimo nono admissi, qui adhuc stant non exercentes, in numerum exercentium, sub conditio ut in eorum respectiuis Commissionibus inserta recipiantur: Et qd tunc dictus Johes Arkenstall admittatur exercens in locum demortui vel cedentis, iuxta ordinem et senioritatem ei designatam sub manus nræ signatura in lris nris missivis vobis in hac parte directis, sub dat decimi quarti diei huius pntis mensis ffebruarij, vizt post omnes per nos duodecimo die instantis mensis ffebruarij predict in numerum procuratorum admitti mandatos admittendum, et in numerum procuratorum generalium in eadem Curia, sub modo forma Conditione et limitacone predict et non aliter nec alio modo aggregandum: Tibi vices nras Committimus ac plenam in Domino tenore pntium concedimus facultatem, Statutis et Ordinationibus dcæ Curiæ in contrarium factis non obstan quibuscunqz. In cuius rei Testimonium sigillum quo in hac parte utimur pntibus apponi fecimus Dat decimo quarto die mensis ffebruarij Anno Dni iuxta Computacionem ecclie Anglicanæ millesimo sexcentesimo secundo Et nostræ Translacionis Anno vicesimo.

Commissio ad admittendum Johem Arkenstall in procuratorem de Arcubus

Johannes divina providentia Cantuar Archiepus totius Angliæ Primas et Metropolitanus, Dilecte nobis in xpo Brigitte Paman uxori Clementis Paman de Chevington in Comitat Suffolciæ Norwicen Dioces nræ Cantuar Provinciæ generosi, salutem et gram. Cum leges ad omnium utilitatem condite ad salutem singulorum de rigore suo aliquid remittere etiam ipse cupiant, Nos partim ex relatione tua, partim ex aliorum fidedignorum testimonio intelligentes te nonnullis et diutinis corporis tui infirmitatibus ita affectam fuisse et esse, ut piscium esus sanitati Corporis tui contrarius et admodum nocivus existat, Ac propterea sanitatem tuam ex animo exoptantes permittimus et indulgemus tibi, ut Carnibus cum debita gratiarum actione quibuscunqz die et tempore publice vetitis integra conscientia pro hoc Quadragesimali tempore iam proxime futur tantum vesci possis: Proviso tamen qd sobrie id et frugaliter caute

Lra concernen carnibus concessa Brigitte Paman

iten

item et ad vitandum publicum scandalum quoad eius fieri possit tecte non palam facias nec ad dictam valetudinis causa tibi permiss aliquos Convivas admittas, Proviso etiam qd iuxta statutum nuper in ea parte editum summam sex solidorum et octo denariorum legalis monete Anglie ad Cistam pauperum in parochia infra quam habitas conferes et numerabis, Cetera omnia et singula alia perimplebis que in predicto Statuto actus Parliamenti nuper Anno quinto Regni Serenissime Dne nostre Dne Elizabethe Regine edit et provis continentur, Legibus alijs ac Constitucionibus canonicis in Contrarium facien non obstan quibuscunqz. In cuius rei Testimonium sigillum quo in hac parte utimur pntibus apponi fecimus. Dat Lambehith quinto die mensis ffebruarij Anno Domini iuxta &c millesimo sexcentesimo secundo, Et nre Translacois Anno Vicesimo

Comissio ad admittend D. Oliv. Lloyd in Advocat

Johannes divina providentia Cantuar Archiepus totius Anglie Primas et metropolitanus. Dilecto nobis in xpo ac venerabili viro Danieli Dun legum doctori alme Curie nre Cantuar de Arcubus London officiali, aut alij dicte Curie Presidenti cuicunqz salutem et gram. Lrarum scientia, vite probitas morum honestas, multaqz alia virtutum dona quibus Altissimus dilectum nrum Oliverum Lloyd legum doctorem haud vulgariter insignivit, nos merito inducunt ut personam illius singulari studio et favore benevolo prosequamur. Hinc est quod nos eundem magrum Oliverum Lloyd intuitu premissorum suorum hmoi in numerum et Collegium Advocatorum alme Curie nre Cantuar predict admittendum et aggregandum non gravemur. Ad dispensandum igitur cum eodem magro Olivero Lloyde in forma Curie nre predict solita et consueta, ut in numerum et Collegium Advocatorum Curie nre Cantuar predict, sub hac tamen lege et Condicione, qd stet non exercens in eadem Curia durante beneplacito nostro) admitti et in eadem patrocinari valeat, Ipsumqz in Advocatum Curie predicte admittendum, ac in numerum Advocatorum Curie predicte, sub modo forma et Condicione predicis, et non aliter neqz alio modo aggregandum: Tibi vices nostras tenore pntium committimus, ac specialem elargimur facultatem, Statutis et Ordinationibus eiusdem Curie nre, in Contrarium editis non obstantibus quibuscunqz. In cuius rei Testimonium sigillum quo in hac parte utimur pntibus apponi fecimus. Dat Lambehith quinto die mensis ffebruarij Anno domini iuxta Computacoem ecclie Anglicane millesimo sexcentesimo secundo, Et nre Trans Anno Vicesimo

Absoluc J. Spencer solemizan clandestinum matrimonium inter &c et sequen in Ord [illegible]

Johannes divina providentia Cantuar Archiepus totius Anglie Primas et metropolitanus. Dilecto nobis in xpo Johanni Spencer sacre Theologie doctori salutem in authore salutis. Cum quoddam matrimonium Clandestinum inter Hattonum ffarmer de Eston Neston in Comitat Northampton Armigerum, filium Dni Georgij ffarmer militis, et Elizabetham Anderson als ffarmer filiam domini Edmundi Anderson militis, Capitalis Justiciarij Domine nre Regine de Communi Banco, extra eorum ecclesiam parochiam ac sine aliqua bannorum matrimonialium editione aut publicatione prius in ea parte habit et fact, ac sine aliqua Licentia sive dispensacone in ea parte prius petita et obtenta, in edibus privatis dicti Dni Edmundi Anderson militis (iuxta tamen formam libri publicarum precum auctate Parliamenti Anno Primo Illustrissime Dne nostre Regine edit et promulgat) per te solemnizatum fuerit, Cuius pretextu tu prefatus Johannes Spencer a functione tua ecclesiastica per triennium ipso facto ex Canonibus et Constitucionibus ecclesiasticis in ea parte edit fueris et sis suspensus: Tu vero iam Canonum et Constitucionum ecclicarum offensionem in ea parte sentiens, nobis humiliter petijsti ut tibi de aliquo remedio opportuno gratiose in hac parte providere velimus: Nos igitur considerantes, qd errore tantum ac Jurium ecclesiasticorum in ea parte ignorantia, animo minime obdurato nec contemptui dedito in dictam penam incidisti, qdqz in veræ tue resipiscentie testimonium nobis in hac parte te submisisti, Cum ecclia Christi nulli ad se redeunti gremium claudat: Nos igitur petitioni tue inclinantes et annuentes (Cauta prius per te fide de parendo Juri et stando mandatis ecclie) a dicta suspencionis sententia et alijs Censuris et penis ecclesiasticis quibuscumque in quibus de Jure facto aut Canone innodatus et irretitus racione premissorum fuisti et es, quantum in nobis est, et quantum de Jure legibus Statutis et Constitucionibus et Canonibus ecclesie Anglicane possumus auctoritate nostra te absoluimus, et pro sic absoluto ad omnem Juris effectum haberi volumus per presentes, pristinoque tuo statui (quantum in nobis est) auctoritate predicta te restituimus, ac pro sic restituto pronunciamus decernimus et declaramus per presentes: In cuius omnium et singulorum premissorum fidem et Testimonium has literas nostras testimoniales fieri fecimus. Dat decimo septimo die mensis ffebruarij Anno Domini iuxta Computacionem ecclesie Anglicane millesimo sexcentesimo secundo, Et nostre Translacionis Anno Vicesimo.

Dispensacio pro matrimonio clandestino inter Hattonum ffarmer et Eliz. Anderson

Johannes divina providentia Cantuar Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus. Dilectis nobis in Christo Hattono ffarmer de Eston Neston in Comitat Northampton Armigero, filio Domini Georgij ffarmer militis, et Elizabethe Anderson als ffarmer filie Domini Edmundi Anderson militis Capitalis Justiciarij Domine nostre Regine de Communi banco, dicto Edmundo Domino Anderson et Domine Magdalene eius uxori, dicto Domino Georgio ffarmer militi et Domine Marie eius uxori, Jane ffarmer et Marie ffarmer, Domino Richardo Knightly militi, Domino Johanni Rotheram militi, Domine Brocket vidue relicte Domini Johannis Brocket militis defuncti, Edwardo Anderson Armigero et Elizabethe eius uxori, ffrancisco Anderson Armigero, Valentino Knightley Armigero, Willelmo Dobson Armigero, Roberto Davenport, Reinoldo Bristoe, Mauritio Evans, Willelmo Cragge, Richardo Cadbury et Richardo Berke generosis, nostre Cantuariensis provincie salutem et gratiam in authore salutis: Ex parte vestra et cuiuslibet vestrum nobis humiliter est supplicatum et ostensum, Quod cum vos memorati Hattonus ffarmer, et Elizabetha Anderson als ffarmer matrimonium adinvicem contraxeritis, Illudque in privatis edibus dicti Domini Edmundi Anderson militis infra le Charter house, in Comitat Middlesex London Diocesis nostreque Cantuar provincie solemnizaveritis, seu solemnizari procuraveritis per Johannem Spencer sacre Theologie professorem (iuxta tamen formam libri publicarum precum auctoritate Parliamenti Anno Primo Illustrissime Domine nostre Regine edit et promulgat,) nulla prius publica bannorum editione, saltem in Ecclesia aliqua precedente, et absque aliqua legitima dispensacione in ea parte prius habit et obtenta. Cuius matrimonij solemnizacioni clandestine vos Dominus Edmundus Anderson et Domina Magdalena uxor tua, Dominus Georgius ffarmer miles et Domina Maria uxor tua, Jana ffarmer et Maria ffarmer, Dominus Richardus Knightley miles, Dominus Johannes Rotheram miles, Domina Brocket vidua, Edwardus Anderson Armiger et Elizabetha uxor tua, ffranciscus Anderson Armiger, Valentinus Knightley Armiger, Willelmus Dobson Armiger, Robertus Davenport, Reinoldus Bristoe, Mauritius Evans, Willelmus Cragg, Richardus Cadbury, et Richardus Berke interfuistis, Claves et auctoritatem Ecclesie in ea parte negligendo, eoque intuitu in maioris excommunicationis sententiam penasque de Jure ecclesiastico ob dictum crimen debit incideritis, ac singuli vestrum inciderit, Vos tamen ac quilibet vestrum Legum ecclesiasticarum offensionem in ea parte sentientes per Johannem Price notarium publicum Alme Curie nostre Cantuar de Arcubus London procuratorum generalium unum, vestrum in hac parte procuratorem legitime constitutum, a nobis humiliter petijstis et quilibet vestrum petijt, ut vobis et vestrum cuilibet de aliquo remedio opportuno gratiose in hac parte providere velimus: Nos igitur Considerantes quod errore tantum et Jurium ecclesiasticorum in ea parte ignorantia animo minime obdurato nec contemptui dedito in dictas penas incidistis, cumque in vere vestre resipiscentie testimonium nobis in hac parte vos submisistis, ac unusquisque vestrum per procuratorem vestrum suprascriptum se submisit, Cum Ecclesia Christi nulli ad se redeunti gremium claudat: Nos (ut diximus) vestris in ea parte petitionibus inclinantes et annuentes (facta prius fide per prefatum Johannem Price vestrum in hac parte procuratorem predict) in animas et nomine singulorum et uniuscuiusque vestrum de parendo Juri et stando mandatis Ecclesie, tam vos prefatos Hattonum ffarmer, et Elizabetham Anderson als ffarmer uxorem tuam, Dominum Edmundum Anderson et Dominam Magdalenam uxorem tuam, Dominum Thomam Mounson militem et Dominam Magdalenam eius uxorem ibidem presentem, Dominum Georgium

ffarmer militem et Dnam Mariam uxorem suam, Janam ffarmer et Mariam ffarmer
Dnum Richardum Knightley militem, Dnm Johannem Rotheram militem, Dnam
Brocket viduam, Edwardum Anderson Armigerum et Elizabetham uxorem suam, ffranciscum Anderson Armigerum, Valentinum Knightley Armigerum, Willimum Dobson Armigerum
Richardum Davenport, Reinoldum Bristoe, Mauritium Evans, Willimum Cragge,
Richardum Cadbury et Richardum Borke, ac etiam omnes et singulos famulos, viros, ac
alias quascunque personas cuiuscunque sexus vel quocunque nomine censeantur, qui dicti matrimonij
solemnizacioni interfuerint ac si sigillatim nominati essent, a quibuscunque excommunicationis
maioris seu minoris suspentionis seu interdicti sententijs, et alijs Censuris et penis ecclesiasticis
quibuscunque in quibus de Jure facto aut Canone innodati et irretiti racione premissorum fuistis
seu quilibet vrum fuerit, quantum in nobis est, et quantum de Jure legibus statutis constitucionibus et Canonibus ecclie Anglicane possumus, auctate nra absolvimus, et pro sic absolut
ad omnem Juris effectum haberi volumus per putes, pristinoque vestro statui quantum in
nobis est auctate predict, vos et quemlibet vrum restituimus, ac sic pro sic restitutis pronunciamus decernimus et declaramus per putes: Ac in omnium et singulorum premissorum sic per
nos (vt prefertur) gestorum fidem et testimonium has Lras nras testimoniales fieri
fecimus. Dat decimo septimo die mensis ffebruarij Anno domini iuxta computacionem ecclie
Anglicane millesimo sexcentesimo secundo, Et nre Translac Anno vicesimo. -8-

Commissio ad exercend Jurisdictionem infra parochias de Southwotton, Northwotton, Castle Rising et Roydon in Com Norff

Johannes divina providentia Cantuar Archiepus totius Anglie Primas
et Metropolitanus. Dilecto nobis in xpo Henrico Woodhouse legum doctori salutem
et gratiam. De tuis sana doctrina, Conscientie puritate, fidelitate, circumspectionis
industria et provida in rebus gerendis dexteritate plurimum freti, te Commissarium
nostrum in et per parochias de Southwotton, Castle Risinge, Northwotton et
Roydon in Comitat Norfolcie nostre et Eccle nostre Cathedralis et Metropolitice Christi Cantuar Jurisdiccionis immediate et peculiaris preficimus, constituimus et deputamus per presentes. Ad visitandum igitur Ecclesias parochiales de
Southwotton, Castle Risinge, Northwotton, et Roydon predict, Clerumque et
populum parochiarum predictarum, prout ab antiquo visitatum fuerat, ac procurationes debitas recipiend; Necnon ad inquirend seu inquiri faciend de et
super quorumcunque subditorum parochiarum predict Criminibus excessibus et
delictis quibuscunque hactenus Commissis vel imposterum committend, quorum Cognitio et Correctio et punitio ad nos et forum ecclesiasticum de Jure vel consuetudine
aut huius Regni Anglie legibus et statutis, (citra tamen offensam legum et
statutorum huius Regni Anglie, et Constitucionum ecclesiasticarum regia auctoritate in Anno Domini millesimo quingentesimo nonagesimo septimo sub magno sigillo
Anglie editarum) poterint pertinere. Ipsosque et ea debite corrigend puniend et
reformand; Ac etiam ad cognoscend statuend et definiend in omnibus causis
et negotijs ecclesiasticis quibuscunque in dictis parochijs, tam ex officio mero mixto
vel promoto, quam ad quarumcunque partium instantias seu promotiones hactenus motis inchoatis et intentatis, aut imposterum movend et intentand, causasque
et ea cum suis incidentibus emergentibus annexis et connexis quibuscunque audiendum, discutiendum, et quatenus leges et statuta huius Regni Anglie ac
constituciones (Regie predicte) permittant et non aliter neque alio modo citra
offensam earundem) faciend et terminand, ac etiam in omnibus Casubus a
Jure et statutis eiusdem Regni permiss et approbat; Testamenta etiam et
vltimas voluntates quorumcunque in dictis parochijs ab hac luce (Domino
iubente) migrantium sive decedentium insinuand et approband, Administrationemque bonorum quorumcunque testantium hmoi, sive ab intestato vel per viam
intestati decedentium executoribus in hmoi Testamentis nominatis, aut illi
seu illis cui vel quibus de Jure vel Consuetudine, aut huius Regni Anglie statutis committi debeant Committend; Ac Computum calculum sive ratiocinium
executoribus et administratoribus hmoi recipiend audiend examinand et admittend
ac Computantes hmoi ab omni vlteriori Computo Calculo sive ratiocinio
in hac

in hac parte reddend prout Juris fuerit et equitatis absoluend et finaliter dimittend,
Alium insuper seu alios in premissis aut eorum quolibet loco tuo substituend, ac eum
seu eos quoties et quando tibi videbitur expediens revocand, necnon omnia et singula alia
ad Officium Commissariorum nrorum et exercitium Jurisdictionis ecclesiastice dictarum
parochiarum spectand et pertinen, et que in premissis et circa ea necessaria fuerint
seu quomodolibet opportuna, (citra tamen offensam legum et statutorum huius Regni
Anglie et Constitutionum regiarum prenominatarum, et non aliter neqz alio modo)
exercendum et expediendum; Tibi cum cuiuslibet Cohertionis Canonice (excepta
pecuniaria Commutatione a Canonibus inhibita) exequend que in hac parte decre-
veris potestate vices nostras committimus per presentes ad nostrum beneplacitum -
tantummodo duratur; Assumpto tibi et substitutis tuis hmoi vni vel pluribus
dilecto nobis in Xpo Johanne Coston notario publico Officium Registrariatus nri
principalis exercente, vel eius in hac parte Deputato, in Registrarium et actorum
tuorum scribam durante hac nostra Commissione: (Prioribus Lris nris Com-
missionalibus gerentibus dat quarto die mensis Decembris Anno domini millesimo
quingentesimo octogesimo quarto quibusdam Nicholao Baldwyn artium magro et
henrico Kitson verbi dei predicatori Rectori eccl'ie parochis de Southwotton pred
aut Cuidam Richardo Ffranklyn Clerico Rectori eccl'ie parochis de Castle Risinge
predict vel Adamo Ffurnes Clerico artium magro vicario de Northwotton
predict gerentibus dat decimo septimo die mensis Junij Anno Dni millesimo
quingentesimo octogesimo quinto, aut aliquibus alijs in hac parte autoritate
nra antehac factis non obstantibus quibuscumqz) quas harum serie revocamus et
pro revocatis haberi volumus per presentes; In cuius rei Testimonium sigillum quo
in hac parte utimur presentibus apponi fecimus. Dat Septimo die mensis Martij
Anno Dni iuxta Computacionem eccl'ie Anglicane millesimo septentesimo secundo, Et
nre Translacionis Anno decimo. /S/

Johannes divina providen Cantuar Archiepus totius Anglie Primas
et Metropolitanus. Dilecto nobis in Xpo Richardo Basset de Beauprere
in Comitatu Glamorgan Landaven dioces nreqz Cantuar provincie Armi-
gero salutem et gratiam: Cum leges ad omnium utilitatem condite ad salutem
singulorum de rigore suo aliquid remittere etiam ipse Cupiant: Nos partim ex rela-
tione, partim ex aliorum in arte medendi peritiorum fidedignorum testimonio
intelligentes te prefatum Richardum Basset grandeve esse etatis, et fere -
septuagenarium, nonnullisqz et diutinis Corporis tui infirmitatibus ita affectum
fuisse et esse, qd piscium esus sanitati Corporis tui contrarius et admodum
nocivus existat; Ac propterea sanitatem tuam ex animo exoptantes, permittimus
et indulgemus tibi vt una cum Catherina Basset uxore tua Carnibus cum debita
gratiarum actione quibuscunqz diebus et tempore publice vetitis integra conscientia
durante egritudine et infirmitate tua tantum vesci possis: Proviso tamen qd
sobrie id et frugaliter, caute item et ad vitandum publicum scandalum, quoad
eius fieri possit, secrete, non palam facias, nec ad dictam valetudinis causa tibi per-
missam alios Convivas admittas: Proviso etiam qd iuxta statutum nuper in
ea parte editum summam sex solidorum et octo denariorum legalis monete Anglie
ad Cistam pauperum in parochia infra quam habitas, conferes et numerabis:
Ceteraqz omnia et singula alia perimplebis et observabis, que in predicto statuto actus
Parliamenti nuper Anno quinto Regni Serenissime Domine nre Regine Eliza-
bethe edit et provisis, ac proclamationibus et alijs Constitutionibus Regijs
continentur. In cuius rei Testimonium Sigillum quo in hac parte utimur -
presentibus apponi fecimus. Dat decimo die mensis Martij Anno Dni iuxta
Computacionem eccl'ie Anglicane millesimo septentesimo secundo, Et nre Tran-
slationis Anno decimo /

Lra vescend carnibus
Ricardo Basset et
Catherine eius uxori

Decimo quinto die mensis Martij Anno Dni iuxta Computacionem eccl'ie
Anglicane millesimo septentesimo secundo, Emanavit Licentia vescendi Carnibus

Christian Foste
Lra

pro hoc Quadragesimali tempore tantum Roberto Christian Ciuitatis London generoso etc.

Licentia [illegible] ffrancisco Ayres

Decimo octavo die mensis Martij Anno domini iuxta Computacionem Ecclesie Anglicane millesimo sexcentesimo secundo, Emanavit Licentia vescendi Carnibus ffrancisco Ayres [illegible] Georgij Ayres parochie Sancti Saluatoris in Burgo de Southwarke in Comitatu Surrie Winton Diocesis Cantuariensis Prouincie Armigero pro hoc Quadragesimali tempore tantum etc.

A praier for the Queenes maiestie

